AVREVM VIATORIVM VTRIVSQVE IVRIS,

olim

A clarissimo & in praxi versatissimo viro DOM. IOANNE BERBERIO Occitano I.C. concinnatum.

NVNC RECENS RECOGNItum, nouis argumentis & rubricis quibusdam antea non editis auctum & illustratum.

Additis quoque Indicibus.

APVD IACOBVM CHOVET.

M. D. XCV.

BENEVOLO ATQVE HVMANO LECTORI S. D.

SAEPIVS à nobis efflagitatum hoc iuris pragmatici seu forensis, compendium, olim à celeberrimo IOANNE BERBERIO Occitano I.C.° cõpositum, cùm ante aliquot mẽses præ manibus fortè fortuna occurrisset: verùm tamen vetustioribus & minùs id cognitis Lugdunẽsibus typis quondam excusum, nullis etiam ipsi adhibitis distinctionibus, nullisque argumentis, atque ita satis confusè elaboratum vidissemus: tunc statim nobis in animũ venit id ipsum denuò in lucem, sed politioribus hodiernis characteribus, emittere: vt aptiori forma sub incudem reuocatum, iterum ab vmbra, sub qua diutius latuerat, vindicaremus. Quod vt melius præstaremus, nobis quoque necessarium visum est, alicui priùs perito Iurisc. tradere oportere, vt à veteribus contractis mendis vtcunque

*pro ocio suo repurgaret: quæque fortè huic opuscu-
lo deficerent, antequā typographo traderemus, ea
suppleret prout studiosis vtilia fore existimaret:
vt hac ratione aliquid melius vtiliúsve præter i-
psos characteres huic nostræ renouatæ editioni
adferremus, eßétque recēs hæc veteri illi præstan
tior non tantùm forma sed & substantia. Hoc in-
quam fuit studium nostrum, vt tibi hac in re &
reliquis iuris forensis studiosis inseruiremus. Con
uenimus itaque huius muneris subeundi gratia
eiusdem Occitaniæ Iurisconsultum quendam no-
stri amantißimum, qui cùm alia iam ediderit suæ
doctrinæ testimonia, illum vt nostris hisce votis
satisfaceret iterum atque iterum rogauimus.
Suscepto itaque opere, cùm maiori parte volumen
nostrū suis vigilijs elucubrasset, mutiláque non-
nulla loca restituisset, leges plurimas aut obmis-
sas addidisset, aut malè citatas correxisset, argu-
menta singulis rubricis seu capitibus præfigenda
composuisset, certis quibusdam numeris & notis
quasi paragraphis & versibus materias, varijs
etiam characteribus citationes distinxisset, iám-
que aliquot folia prælum nostrum exarasset: co-
pia nobis facta est alterius exemplaris huiusce
opusculi in Germania iampridē circiter nouem-
decim annos editi: Coloniæ inquam, anno 1576.
Quod cùm ferè hac eadem nostra forma impres-
sum vidissemus, illud cum nostro diligentiùs con
feren-*

ferendum curauimus: ne quid in eo antea præstitum huic deesse pateremur. Qua tandẽ collatione facta, cùm vetus illud, quòd typographi nostri sequebantur exemplar, plurimis in locis emendatius atque locupletius Coloniensi reperisset amicus ille noster: nec loca à se repurgata, restituta atque suppleta in illo obseruata fuisse deprehendisset: hoc effecit vt quo pede cœperamus, iterum progressi ad finem vsque peruenerimus. Ampliora autem nostra Coloniensibus reperientur argumenta, vt sola numerorum inspectio statim testabitur: nec non Rubricarum elenchus, qui hoc epistolium proximè sequitur, quot capita itidem integra huic editioni accesserint, demõstrabit: reliqua itidem præstita, ipsius opusculi lectio comprobabit. Hoc vnicum dolemus, quod breuiaturarum veterum causa, quibus codex noster vt plurimum abundabat, operæ interdum decepti, errores aliquot cõmiserint: quos tamẽ etiam mediocriter in iure ipso versati facilè animaduertent. Vt autem aliquid de huiusce opusculi vtilitate hîc obiter addamus. Postulantibus frequentiùs nõnullis iuris studiosis hoc à nobis praxews Breuiariũ, cùm ab illis an tãtæ vtilitatis esset, vt præter plures alias practicas aliquid melioris præstare posset, peteremus: hoc illi nobis tãti fecerũt, vt reliquis eiusdẽ argumẽti scriptis semper prætulerint pro breuitate & facilitate sua: vnde nec

immeritò ab authore I V R I S V I A T O-R I V M nuncupatum testentur omnes, qui illius opera hactenus vsi sunt: quòd vnicuique iuris (maximè forensis) studioso, hoc ita sit commodum volumen, vt sine magno grauamine etiam proficiscendo Viatorij loco cum maxima quidem vtilitate esse posit. Paucis etenim, Berberius noster plurima, quæ Practici reliqui Doctores maximis voluminibus antea descripserant, complectitur: selectis hic ab illo singularibus & vsu magis receptis tā in agendo quàm excipiendo & decidendo peritiorū sententijs. Dictum hoc quoque DIRECTORIVM IVRIS à nonnullis, vt videre est ex veteri illa Lugdunensis codicis inscriptione. idque iure etiā optimo, quòd hæc epitome studiosorū iter dirigat & eos quasi sumpta manu ad prædicta maiora illa Doctorū volumina postea cōsulenda deducat. Hoc autem quantumuis superficie exiguum videatur opusculū, re ipsa tamen tātam lectoribus suis præstat copiam, vt hoc post peritiores alios dicere audeamus: (nisi nostrum nos fallat iudicium) non solùm Theoricis ad quaslibet causas forenses ex ipsis iuris fontibus faciliùs pertractandas iter parare: sed & ipsis quoque in praxi versantibus, causarum patronis & iudicibus nō parum iudicij ad ipsarum causarum cognitionem, disceptationem atque decisionem adferre. Diuiditur hoc iuris compēdium

in qua-

in quatuor partes, quarum vna quæque in plures subdiuiditur rubricas pro varietate materiarum. Quadripartitionis verò illius, hanc ipse author in sua præfatione reddit rationem: quod inquam, Naturæ quasi ordinem insequi voluerit. Et quemadmodum homines ab initio antequam negociari & contrahere inter se cœperint, delictum commiserunt: ita & voluminis sui primam partem à criminalibus cõstituit, à læsæ inquam maiestatis crimine exordiens, quod etiam illorum primum fuit peccatum. Secundam postea partem de contractibus cõposuit: quoniam priusquam ab hominibus Testamenta condantur, inter se contrahunt illi: nec de vltimis voluntatibus solent cogitare, nisi cum in periculo aliquo versantur, quod illos suæ mortalis conditionis fieri memores cogit. Tertia tunc demum pars sequitur, in qua de voluntatibus & successionibus tractat. Quartam denique seu vltimam de Iudicijs constituit. nam cùm ex criminibus, contractibus, testamentis atque successionibus nascantur & procedant actiones, quæ in iudicium deductæ, agitatæ, disceptatæque, tandem iudicum sententijs, deciduntur: hac itidem ratione ipse Berberius non ineptè iudiciorum tractatu suum conclusit opusculum. Præterea cùm plerumque soleant huiusmodi voluminibus Indices addi lectoris leuandi gratia: ideo ne quid in hac edi-

tione desideraretur, quos utiles existimauimus, superadiecimus. Hanc itaque nostram qualemcunque operam, humanissime lector, tibi nauatam dicatámque, æquo animo velim suscipias, & prædictis typographorum nostrorum erroribus pro humanitate tua parcas: nam meliora & correctiora posthac nos emissuros speramus. Vale. E Typographia, Kal. Mart. M.D.XCV.

***

RVBRI-

RVBRICARVM HVIVS BREVIARII ELENCHVS AD seriem quatuor partium, & paginarum numerum.

Varijs typis scriptæ rubricæ in alijs hactenus editis exemplaribus non reperiuntur.

Partis I. Criminalia complectentis rubricæ.

Partis II. Contractus & quasi complectentis.

Partis III. De successionibus ex testamento & ab intestato tractantis.

Partis

EARVNDEM RVBRICARVM INDEX ALPHAbeticus.

Numerus prior partem, secundus rubricam, tertius verò paginam denotat.

Furto

de Ter-

T.

V.

Quibus quidem rubricis, quæ ad criminalis & ciuilis praxis notionem pertinent paucis complectuntur.

***

IOAN. BERBERII VIATORII IVRIS PRAEFATIO.

Argumenta.

1. Inuocatio Numinis operi præfixa:nam Absque Deo nihil.
2. VIATORIVM cur inscriptum ab authore suum hoc opusculum.
3. Caussæ quatuor,quæ in omni opere concurrere debent, vt in hoc obseruatæ.
4. Operis huius methodus & ratio, Vid.præterea,num.6. & 11.
5. Actus humani,vt circa quatuor plurimum consistant.
7. Aetatem penes delicta quæ suppleant in impuberibus.
8. Pupillus cur deportari possit.
9. Impubes vt testari nequeat, quamuis possit obligari in persona tutoris.
10. Minor siue Pupillus,vt pubes factus testari possit etiam sine curatore, quamuis in iudicio sine eo se sistere nequeat.

VIAS suas Dominus demonstret mihi & semitas suas edoceat me pater luminum à quo omne donum de sursum, *Iac.2.ca.* sine quo nihil quantuancunque minimum humana inchoare,mediare vel finire fragilitas potest. Nam scriptum est.*Io.xv.* Sine me nihil potestis facere. tantum enim possumus quantum Deus permittit.*Luca 17.& de conse.dis.4.c.quæris.*Deus enim est,qui operatur in nobis & velle & perficere pro bona voluntate *Apost.ad Philip.2.c.* Nam sufficientia nostra ex Deo est *2.ad Cor.3.* Scribitur etiam *in canone* quod qui sine Saluatore vult habere salutem:& sine vera sapientia se pruden-

tem fieri posse existimat, nō sanus sed æger: nō prudēs sed stultus est *xxvj. quæstio.ij. Qui sine saluatore.* vtinam igitur dicere possem cum Psalmista *præ.iiy.* Cū inuocarem exaudiuit me. &c. vt si quid dignum in hoc opusculo, quod

1 † VIATORIVM intitulaui inueniatur, ad gratiarū actiones ipsi omnipotenti Deo adscribatur: corrigendi emen-

2 dandíque meis maioribus relinquatur. ¶¶ Verùm, quia † in omni opere quatuor solent concurrere ad eius perfectionē: causa efficiens videlicet, materialis, formalis & finalis. Qualiter hæ causæ huic opusculo cōueniāt cōgruè præponendum censui. ¶ Efficiens quippe fuit, redigendi aliqua practicabilia iuris hinc inde dispersa in vnum paruum & portatile volumen, quod viatores & signanter aduocati & consiliarij curiarum, qui sæpe discurrere habent prouincias, in eo aliquid practicè rememorari va-

3 leant. ¶ Et licet gratia † breuitatis in hoc opusculo allegem duntaxat tex. gloss. & rationes casus decidentes: in omnibus tamē semper tam veterum quam modernorum amplexus sum Doctorum iuris vtriusque sententias, sine quorum doctrina nil me quisquam hîc egisse coniectet aut arbitretur. Sed quia, si ipsorum recitassem opiniones & iurium adduxissem concordantias, multásque subtilitates, quas Doctores tangunt, parum tamen in practica occurrentes deduxissem, nomen operis defecisset: cum non viæ, sed studio vel cameræ magis conuenisset. Ob id perfunctoriè practicabilia inducendo trāsiui. ¶ Materia-

4 lis, † ex humanis actibus sumit originem: nam circa quatuor vt plurimum humani consistunt actus: quia aut circa delicta, aut circa contractus, aut circa vltimas dispositiones, aut denique circa iudicia, super quibus materiale huius operis fundaui. ¶ Formalis verò, erit quatuor partes describere. Quarum prima crimina & pœnas eorum continebit. Secunda, contractus & in eis requisita insinuabit. Tertia, quæ & quales sint extremæ hominum voluntates monstrabit. Quarta verò & nouissima, qualiter actiones ex premissis criminibus, contractibus & vltimis volūtatibus descendētes ad prima iudiciaria reducantur edocebit. Et quamquam sine hoc opusculo foret Reipublicæ satis prouisum: tamē quia secundū proposita ac mores hominum & varietatem temporum iura aliter & aliter practicæ applicantur, ideo in pragmaticorum leuamen

summaria

summaria hæc congessi, quæ huiusce opusculi finem ac scopum satis demonstrant. Finalis itaque hæc erit causa, quòd noui iuris & practicæ tirones in eo legentes & proficientes, Deum vt commissis meis indulgeat exorabunt quos spero vt exaudiet altissimus.

Ratio methodi & ordinis Authoris in hoc opere, & quare à criminibus tractatum suum ordiatur, hæc esse.

POSSENT aũt lectores † hæsitare, quæ fuerit causa quòd 6 primum de criminibus & eorum pœnis proposui tractatum, deinde contractus, tertio vltimas voluntates. Postremo verò iudicia subiunxi. Quibus, si naturæ ordinem spectent, facilis patet responsio. Nam ordo naturæ est prius delinquere, quàm contrahere. Deinde prius contrahere posse per se vel per alium, quàm testari. Et prius posse testari, quàm per se in iudicio existere. ¶ Et iste ordo etiã in iure probatur. Nam videmus & † pueros gran- 7 diusculos excedentes ætatem septem annorum delinquere posse. *de cõse. dist. iiij. paruuli.* Tria autẽ sũt quæ supplẽt ætat. & malicia scilicet. vt *in c. iuuenis. de spõsa.* Prudẽtia. *c. fi. de desponsa. impube.* & Doli capacitas. *in c. 1. de delic. pue. & C. si aduer. delic. l. j. C. de pœn. l. impunitas.* Et quod plus est, potest deportari † pupillus, & sic criminaliter puniri. *l. si* 8 *arrogati. in princ. de tute.* facit optimè. *l. pupillus. ff. de reg. iu. Glo. in l. clarum. C. de aucto. præstan. & in c. 1, de delict. pueror.* quæ iura dicunt, quòd Omne delictum cadit in puerum, præter delictum carnis. ¶ Secundò dixi, quòd prius per se vel per aliũ homo contrahit quàm testari possit. Nam notum est de iure, quòd Impubes † non potest testari & 9 tamen potest obligari ex contractu tutoris. *l. pupillus. in prin. ff. de auc. tuto. faciunt quæ leguntur & notantur in l. j. & in l. pupillus. ff. de noua.* Quòd autẽ † prius possit testari quàm 10 esse in iudicio: patet, quia pubes factus testari potest, dum tamen talis sit pubes, cui testamenti factio actiua non sit interdicta: vt puta, quia in potestate, furiosus, prodigus, interdictus, surdus, mutus, capite minutus, & similes de quibus *in glo. fi. Instit. quib. licet fa. testa. vel non. & per tot. titulum. ff. eo.* Nec est necessaria curatorum auctoritas *per glo. quæ reputatur singularis in l. aurelio. ff. de liber. legat.* In iudicio autem esse non possunt per se. *l. cum & minores. C. si aduer. rem iudi. l. in rebus. C. qui leg. perso.* Licèt fallat in beneficialibus *per c. si annum decimumquintum, de iudi. lib. 6.*

11 Ex quibus dictum naturæ & iuris ordinem insequendo, partes prædictas huius operis ita subordinaui. Quarum quidem partium primum aggredior De criminibus: & à maioribus contexere incipio. Inter quæ primum locum occupat læsæ maiestatis crimen. Et quia duæ sunt maiestates: Diuina videlicet & humana: à diuina exordium facio.

IOAN. BERBERII VIATORII IVRIS VTRIVSQVE PARS I.

In qua criminalia tractantur.

Argumenta.

1. Maiestas duplex: Diuina scil. & Humana. & vt Diuinam lædere sit grauius.
2. Maiestas Diuina vt occultè offendatur,& vt ad forum humanum non pertineat.
3. Maiestatis Diuinæ læsæ pœna vt sit capitalis, & vt in filios transeat ratione bonorum paternorum.
4. Bona paterna vt etiam filiis interdum conseruetur nonobstante crimine læsæ maiestatis. vide & nu.11.
5. Dos vxoris hæretici vt non confiscetur etiam in crimine læsæ maiestatis.
6. Maiestatis Diuinæ læsæ pœnæ ex lege tam Diuina quàm humana ac canonica. vide nu.7.8.9.& seq.
10. Bonorum confiscatio maiestatis læsæ pœna.
12. Feudalia vel Emphyteoticaria bona ad quem pertineat vbi commissum est crimen læsæ maiestatis. vid.& nu.14.
15. Iurisdictio temporalis an laicis vel clericis pertineat.
16. In Criminibus, quàm variis modis de iure canonico procedatur. vid.& nu.19.& 22.
17. Carcer vt iure canonico sit pœnalis.
18. Degradatio, vt sit iuris cano. pœna, & quæ eius forma & vis.
20. Excõmunicatio minor, vt à Canonistis medicinalis non pœnalis dicatur: contrà verò maior.
21. Clerici vt sint pro delictis puniendi.
23. Relabentium criminosorum pœna, idque criminis læsæ maiestatis ratione.
24. Hæretici vt non statim formaliter existimandi, qui aliqua

qua

qua hæresi inquinati sunt, nisi in ea pertinaces sint.
25. Hæreticum quæ facere dicantur.
26. Hæretici pœnitentis pœna.
27. Maiestatis alia diuisio, in æternam & Temporalem.
28. Maiestas læsa vt in Principibus dicatur.
29. Authoris nostri patria Vallania, (vulg. *Velay*) Galliæ Narbonensis superioris tractus, ad fines Aruernatum situs.
30. Galliæ Narbonensis seu Occitaniæ laudes & vituperia, vide & nu. 31.
32. Eiusdem Galliæ termini & confinia.
33. Maiestatis læsæ crimen, vt pluribus modis committatur.

MEritò hęc rubrica pręponitur, quia lōgè † grauius est æternam quàm temporalem lædere maiestatem. *c. vergentis in senium. de hereti. & C. eo. aut. gazaros. & xxiij. q. v. si apud.* & qui in religionem diuinam committit in omniū fertur iniuriam & publicum crimen committit. *l. manicheos. C. e. tit. & in aut. vt non luxuri. homi. contra natur. col. 6. Nouel. 77.* Et licet † diuina ipsa maiestas occultè & manifestè offendatur, quia occultorum solus Deus est cognitor: nec talium cognitio ad forum pertinet humanum *cap. vt nostrum. §. porrò, vt ecclesiast. benefic. sine dimi. confe. c. sicut. de simo. in fi. xxxij. dist. erubescant.* De his per quæ ipsa diuina potestas palam offenditur præsens est tractatus. Et licet plura dici possent de hoc crimine, quòd multis modis committitur, quos modos sigillatim exprimere fortè esset homines sensuales & rationis exercitio carentes ad mala peioráque prouocare. vnde satis dictum arbitror, si quòd tales capitaliter puniantur innotuerit. *per text. in auth. prædi. vt non luxu. ho.* Quæ † pœna meritò infligitur: quia non debemus illius opprobrium inultum dimittere, qui nostra probra deleuit. *cap. in nonnullis, de Iudæis.* & illa est pœna principalium, qua iura non contentantur, quinimo etiam patrum iniquitatem in filios puniunt etiam non infectos illo crimine, scilicet amissione & priuatione bonorum paternorum & portionis eiusdem *c. cum secundum leges. de her. lib. 6.* licet regulariter filius pro patre, nec vnus pro delicto alterius puniatur. *Exech. xviij. c. & j. q. iiij. in summa & c. nullus.* Sed si filij essent ex eorum propria persona infecti illo crimine punirentur vti pater capitaliter *per d. c. auth. vt non luxu. ho.* ¶ In duobus tamen casibus saluantur bona filiis. † Primò si reuelet heres factionem paternam.

1 2 3 4

per not.& in l.quisquis.C.ad l.iul.maie.& in c.vt inquisitionis, de hæretic.li.vj. Secundò si tanto tempore bona possederint, quòd legitimè prescripserint. *de hæret.cap.fi.lib.6.* vbi male quidā voluit allegare. *c.fi.§.si post mortē hæreticorū, Ext. de præscrip.li.6.* dictū enim *c.fi.de hære.* nihil loquitur de dicta præscriptione. Dos tamen † vxoris hæretici non con-
5 fiscatur, nisi sciēter cum hæretico cōtraxisset. *c.decreuit.eo. tit.lib.6.* Hæc est pœna legalis, † quæ cōmuniter exercetur
6 per ignem: quia viui concremantur. *iuxta illud Euangelij. Io.xv.* Si quis non manserit in me mittetur foras: sicut palmes, & arescet, & colligent eum & in ignem mittent & ardebit. de quo habetur per *not.in c.ad abolendam.de hæreti.*
7 Iure autem cano. puniuntur heretici: quia excōmunicantur, dispoliantur & curię seculari traduntur, & bona confiscantur & auferuntur. *d.c. ad abolendam.& c.excommunicamus.de hær.& in c.cum secundum leges,eo.tit.lib.6.* quæ quidē auctoritas Ioannis *de qua in d.c.ad abolendam per Doct.* hoc modo exponitur. Si quis non manserit in me, scilicet per fidem firmam & simplicem & puram. *c.j.in princi. de sum.Trini.* Sed si ab ea exorbitauerit mittetur foras, id est, extra communionem Ecclesiæ siue sit clericus siue laicus, & mittetur foras per sententiam excommunicationis: quamquam sint hodie excommunicati ipso iure. *eo.tit.excommunicamus.l.j.& l.ij.& c. ad abolendam, & sicut palmes,* id est, sicut homo infidelis & mortuus, cùm in eo sit omnino gratia Dei extincta. *de reb.eccle.non alie.c.si quis presbyterorum.* Arescet. Et contra eum processus fiet. Si quidem laicus sit, per iudicis ecclesiast. condemnationem & curię secularis traditionem, & pœnę corporalis executionem. Si verò clericus sit, per similem condemnationem & sequutā degradationem. *c.cum non ab homine.de iudi.c.degradatio.de pæ.lib.6.* ac per curiæ seculari traditionem, &c. Et colligent scilicet potestates seculares, &c. Eum scilicet laicum per damnationem corporalis pœnæ & executionem. Clericum verò in foro suo recipient, vt & dictam per eos pœnam cōtra eum exequantur, &c. Et in ignem mittent, scilicet ministri secularium potestatum de eorum mandato. Et ardebit, id est, ad literam tradetur igni & comburetur. Et ex hac auth. sic exposita, satis potest colligi id quod habetur & notatur *in c.nouimus.de ver.sig.* Lex
8 etiam † humana in hac pœna concordat: Dicit enim tales

vlti.

vlti supplicio puniendos. *C. de hære. l. Ariani.* quod vltimũ supplicium lex mortem interpretatur. *ff. de pœnis. l. vlti.* & viui concrematio. *ff. de pœn. l. capitalium* Hanc † etiam pœnam sic interpretata est generalis consuetudo secundum quam igni traduntur: quare non solum secundum legem euangelicam, sed etiam humanam necnon generalẽ consuetudinem est debita hæc pœna. Secunda † pœna, est omnium bonorum publicatio & confiscatio *vt in dicto c. vergentis. & c. cum secundum ll.* In duobus † tamen casibus reseruantur liberis. Primus, si liberi reuelauerint hæresim paternam *c. vt inquisitionis. de hære. lib. 6.* vbi voluit allegare. *c. vt officium. de hære. lib. 6.* Secundus, si tanto tẽpore possederint quòd prescripserit. *c. fi. eo. tit.* ¶ Sed quia bona nõ sunt semper absolutè designata, audiui dubitare de sequentibus: videlicet, an bona feudalia vel emphiteotecaria pertineant fisco vel domino feudi seu emphiteosis. Et licet plura dici possent, veritas est, quòd pertinent dominis feudorũ & emphiteosis. *ar. l. 1. & l. si filius. C. de bo. dam. & l. fi. §. si li. ff. eo. tit. & lib. 3. §. vtrum. ff. de minor. & l. res vxori. C. de dona. inter vi. & vx.* † Dotes verò salue sunt vxoribus, nisi participauerint in crimine, vt dictũ ẽ. est *decreuit. de hære. lib 6.* † Altera verò erat dubitatio de aliis donis feudalibus vel emphiteotecariis sitis in diuersis territoriis, cui applicentur, an domino vbi condemnatur, an verò domino vbi sita sint. Et dicendum breuiter, quòd si dominus domicilij vel rerum habeat fiscum, tunc bona quæ sunt in loco domicilij occupabuntur per fiscum domicilij. Et maximè, quia proprius forus est domicilij vt qui habetur ex habitatione. *Glo. no. in c. statutum. § cum verò super verbo vnam dietam. de rescrip lib. 6. pro quo fac. l. iij C. de bo. vacan.* quæ tenet, quòd fiscus territorij occupat bona in suo territorio vacantia *facit. l. tutores. §. hæres ff. de administra. tuto. & l. si quando. & l. fi. C. de bo vacan.* & hãc sententiam tenent cõmuniter Doct. *in dictis iurib. & in c. postulasti. de foro compe.* Pro qua sententia facit. *l. forma. § si verò ff. de censi.* ¶ Nec † distinguo, an iurisdit. illa temporalis pertineat laicis vel clericis: quia ecclesia habens iurisdictionem temporalem, vendicat sibi iura Principum *per lec. & no. in cle. j. de hære. & in c. quia diuersitatem, de concess. præben.* Notãdum tamen est, quòd si condemnatus sit persona ecclesiastica, tunc bona non applicantur fisco secu-

lari, scilicet ecclesiastico. *vt in d.c. excommunicamus. §. si verò clerici.* quòd si plures sint ecclesiæ pro rata inter eas di-
16 uiditur *per c. relatum. de testa. cum ibi notat.* Et † vt generalis quædam habeatur ad pœnas canonicas doctrina, quæ singulis deseruiet titulis: habemus presupponere, quòd canones obseruant octo modos procedendi in correptione quorumcunque criminosorum, quorum Primus est, Monitio, vt desistant. Excommunicatio, si non peniteant. Suspensio beneficiorum, si differāt. Priuatio beneficij, si perseuerent. Suspensio ordinis, si obstinatè cōtendant. Intrusio in monasterium, si indurati existant. Perpetui carceris mancipatio, si incorrigibiles existant. *c. quamuis de pœn. lib.*
17 *6.* qui † carcer, est pœnalis: licet secus iure ciuili, quo nun-
18 quam carcer est pœnalis. *ff. de pœn. l. aut damna. §. solent.* † & vltimum, quod habet ecclesia, est degradatio in presentia officialium temporalium, quæ pro tacita remissione habetur: fit tamen cum protestatione, quod mors nō sequatur. & hoc vltimum probatur clarè *per c. nouimus, de verb. sig.* Primum verò scilicet de monitione probatur *in c. contingit de senten. excommunicat. in antiq. & in c. vni. de vita & hone. cle. li. 6.* Secundum probatur *in c. cleri. arma. de vi. & hon. cle.* Tertiū verò probatur *per c. præterea, de vsu.* Quartum, scilicet priuatio beneficij, probatur *per. c. cum delic. in fine de accusa.* Quintum probatur *per. c. cum non ab homine, de iudi.* Sextum & Septimum probatur *per d. c. cum non ab homine.* Octauum probatur *per. d. c. nouimus. de verb. sig.* Ad hoc vide *Glo. in. c. ad reprimendam, de offi. ordi.* ¶ Aduertendum † tamen est, quòd prædictus ordo pœnarum nō semper obseruatur, quia crimen potest esse adeo graue grauius vel grauissimum & reipub. ecclesiast. scandalosum, quòd omitteretur ista solennitas ordinis, & statim procederetur ad degradationem & curiæ seculari traditionem: putà, si delinqueret in primo capite læsæ maiestatis temporalis vel diuinæ, & obstinatè perseueraret de quo. s. *dictum est,* & infra latiùs videbitur suo loco, & sic possemus de aliis similibus scandalosis & grauissimis criminibus dicere & exemplificare: sed præmissus ordo seruatur in grauibus vel leuibus, in quibus non tantum læditur vel scandalizatur respu. Possumus ergo facere vnam regulam generalem ex mente prædictorum iurium. *& c. tue, de pœnis, cum vtrobique notatis per Doc.* & proportionare pœnas canoni-

19

canonicas pœnis legalibus, vt infrà in fine huius partis dicetur. ¶ Excommunicationem † verò minorem non numero in pœnis: quæ medicinalis est. *c.cum medicinalis, de sen.exc.lib.6.* maximè cũ profertur ab homine, vt in proposito nostro: quia si proferretur à canone, pœnalis esset *vt volunt Doc.in d.c.medicinalis.* Sententia verò, excõmunicationis maioris anathematizãs, semper est pœnalis *vt in dictis iuribus.* ¶ Resolue † igitur, quòd pro leuibus criminibus clericus non deponitur nec priuatur, sed ad tempus suspenditur *per lec.& nota.in.d.c.cum dilecti, de accusa.* Si verò committit grauia, tunc potest deponi, *vt in.d.c.cum non ab homine.* Si verò grauissima ex quibus de iure ciuili imponeretur mors (vt.s.dictum est) tunc posset damnari ad perpetuum carcerem *vt in.c.penult.de here. & in.c.nouimus, de verb.sig.& in c.j.de here.lib.6.* Possent tamen dicta grauissima delicta esse adeo exẽplo perniciosa & reipub. scandalosa, quòd facta depositione non manciparetur perpetuo carceri, sed relinqueretur seculari curiæ *per le.& nota.in.d.iuribus, & in.c.at si cleri.de iudi.* Ex quibus quilibet iudex faciliter comprehendere poterit, declaratis pœnis ciuilibus, quæ pœna canonica infligenda sit in quolibet crimine, ad quę sępiùs me remittam. ¶ Quantum verò † ad pœnam præsentis criminis & rubricellæ materiam attinet; dicimus, quòd de iure canonico clerici heretici puniuntur: quia primo degradantur ab ordinibus. Secundo beneficiis expoliantur: & si pęniteant seu pertinaciter in errore non perseuerant, ecclesia illa pœna contentatur. Si verò † pertinaces sint, vel relapsi: tunc curiæ seculari traduntur, secundũ quòd colligitur ex mẽte iuriũ & Doctorum *in.c.ad abolendam, in prin.& in.c.sicut & c.excommunica.de here.& in.c.vt commissi, eo.tit.lib.6.* Nec est opus in relapsis noua audientia: quia possunt ilicò curiæ seculari relinqui. *c.super eo, de hereticis lib.6.* Neque vlterius patitur *c.vt offi.eo.tit.& lib.* ¶ Multi † tamen sunt casus in quibus quis nõ dicitur formatus hereticus, sed suspectus, quos tędiosum esset enumerare. Resoluuntur tamen in duabus considerationibus. Prima quòd hęresis non respiciat directè articulos fidei. Secũdò, quòd pertinaciter non asseueret. Duo enim † sunt quæ faciunt hæreticum: scilicet error in ratione, & pertinacia in voluntate *cle.j.§.porro de sum.tri.* & talibus suspectis iniungitur pœnitentia edifi-

20 21 22 23 24 25

candi aliquem pium locum *vt colligitur ex dictis. c. ad abolendam. & ca. excommunicamus §. adiicimus & cap. accusatus, de hære. lib. 6. & in cle. j. e. tit. & in auth. de eccle. titu. § si quis col. ix. Nouel. 131.*

17 ¶¶ Sequitur aliud membrum † diuisionis nostræ rubricæ, scilicet de crimine læsæ maiestatis téporalis, quod membrum est in parte iam expeditum in priori membro: quòd inuicem simbolisant & per consequens de vno ad aliud membrū fieri potest transitus: verùmtamen aliqua sibi peculiaria habet capitula seu species hæc maiestas téporalis, quæ præcedenti nō potest adaptari, de quibus hic

28 necessariò tractare oportet. ¶ Et vt † plenè cognoscamus, præmittendū est, cuius principis potest dici læsa maiestas: & clarū est, quòd eius qui nō recognoscit superiorem, sed qui vice imperij fūgitur, ex eo quòd hodie scissū est imperium. *vt d. gl. super rub. de studi. lib. vrb. Romæ. li. xj. iuncto. c. j. §. j. in li. feu. Quid si dux, marchio & comes. §. si ministrales, in ti. de cle. viola. pa.* Sic cùm Christianissimus, illustrissimus & victorissimus ac semper augustus dominus meus Ludouicus Francorum modernus rex, superiorem in temporalibus non recognoscat: *c. per venerabilem. §. verū. qui fil. sint leg.* nemo dubitabit ipsum habere maiestaté, & illam nō lædi: & per consequens lædentes, pœna legum mulctari posse: maximè in hac prouincia Ocitana, quæ iu-

29 re scripto sub eius imperio regitur, & quæ ab origine † tam per me quàm per genitores meos exculta est. Ego autem sum Ioannes Berberij Valamensis, oriundus ex o-

30 pido Ysinagachij, inter iurium Doct. minimus, de † cuius quidem prouinciæ nostræ laudibus audeo tanquam expertus probare & hoc affirmare, quæ si esset muris aut montibus insensibilibus vallata, nullo nisi diuino egeret auxilio. Et vt hoc verum demonstrem ab elementis tanquam principiis humanæ naturæ exordium sumam. Secundò à fructibus. Tertiò à fœtibus. Quartò deniq; à mineralibus demonstrationem faciam. Et ea quæ laudis eius sunt insinuabo. Dixi primo ab elementis. Nam primo terra fertilis & refertissima, aquæ maritimæ & fluuiales insignes aëris amœni sapphirei coloris, congrua temperies: Nam licet regio situ callida existat, æstiuos tamen & aquinos leonísque calores Africus summè téperat. Quid autem terra gignat, dico omnium granorū, leguminum,

semi-

seminum atque herbarum abundantiam, cunctásque arbores liquoreas & pomiferas in omni genere pomi & liquoris producit. Aquæ verò maritimæ piscibus & sale superabundant. Fluuiales verò piscibus æstuant. Fontes item & riui dulces & amœni ex terra scaturiunt. Quales autem fœtus animalia parturiant, describe quod volueris: nam ibi omne est genus iumentorum, volucrum, pecudúmque: & de omnibus quantum optabis poteris comperire. De mineralibus verò non copia, sed abundantia est, ita vt ex terra lota aurum purum secernatur: cæterorũ verò quæ vsui humano necessaria sunt vti bonorum lignorum & aliorum vegetabilium etiam optimorum copia est. Tincturarum quoq; omnium colorum maternalium, terra ibi euomit, omniúmque cementorum, lignorum & aliorum domificio requisitorum exuberantia. quo fit vt ibi splendidę sunt vrbes, insignes villę, elegantia castra, vici optimi & miranda palatia constructa sunt. Quid plura: hæc prouincia est fluens lacte & melle: & sic altera promissionis terra, quæ describitur Deut. *viij. cap.* Post plura verò † laudum præconia, vnum saltem principaliter attestor, quòd homines habitantes dictã prouinciam sunt pauperrimi, miseri & pannosi, ita quòd vix habent de quo educentur aut operiantur. Si † quis cupit eius habere confines quattuor traditos putet; ab Oriente Rhodanum maximum inter Gallos fluuium: & ab Occidente Pirenæos montes Galliam ab Hispania intersecantes: ad Austro verò mari Mediterraneo agitatur: & à septentrione, frugiferis ex agro Lugdunen. vsque ad Albiam continuis montibus ab Aquitania secernitur. De qua tãdem prouincia dicere possum. Hæc est terra in quã introduxit me Dominus, vt per eam ad requiem veniam sempiternam. ¶ Ad † propositum igitur rediens, hoc læsæ maiestatis crimen multis casibus & modis committitur. Primò, quando contra personam Principis vel contra rempublicam prauè aliqui moliuntur. Secundò, quando suorum officiariorum, quos ipse Princeps partes sui corporis reputat, persona offenditur. Tertiò incidit, qui qualitercunque iuuat hostes armis, pecunia vel consilio. Quartò, quæ subiectos nititur facere rebelles. Quintò incidit, qui facit seditionem in ciuitate, vt magistratus occidãtur, vel princeps, vel illi qui circa latus eius militãt.

31 32 33

Sexto, qui sumit arma, vel occupat loca contra rempub. Septimo, qui accusatum de hoc crimine, de custodia patitur exire. Octauo, qui obsides sine iussu Principis occidit vel interficit. Nono, qui de prouincia non discessit cum ei successum sit. Et iste casus est *in l. ij. in prin. ff. ad leg. Iul. maiesta.* quem glo. adaptat rubricæ. *C. vt omnes tam ci. quan. mi. iudices post administra. depo. per 50. dies in ciuit. vel locis certis permaneant* occasione sumpta *per dic. glo. ex princ. l. vnica, eiusd. tit.* dum dicit, postquam sibi successum fuerit, audeat recedere de locis, quos rexisse noscitur, antequam quinquaginta dierum constitutus numerus finiatur. Qui tex. loquitur etiam in ducibus & comitibus: *vt ibidem apparet.* Sed in veritate dictio negatiua *in prin. dictæ. l. ij.* multū aduersatur illi intellectui. quia dicta *l. vnica. Cod. vt omnes &c.* prohibet ne intra quinquaginta dies discedant. Et *dicta. l. ij.* punit non discedentes: dum dicit, quæ de prouincia cum ei successum esset, non discesserit. quod declarat. *l. 3. ff. ad l. iul. maiesta. in fine.* ibi dum dicit. Qui verò de prouincia cum ei successum esset non discessit, vel qui exercitum successori non tradidit. Ecce, quomodo est impossibile quòd conueniat ille intellectus glo. Putabam igitur, posse sanè adaptari hunc intellectum hoc modo: Princeps in locum capitanei alicuius fortalicij vel castri alium subrogauit, forte amotum habens suspectum: mandando amoto, vt in sui locum subrogatus succedat. Ille amotus non vult obtemperare nec discedere, sed voluntati Principis resistit: quo casu pœnam mortis incurrit *per c. si quis. de maio. & obedient.* Et max. ex eo incurrere videtur læsæ maie. crimē, quia ibidē remanendo cōtra volūtatem Principis, de ipso suspicientis, animum prodendi habere videtur in pœnam. l. iul. ma. *per dictam l. in princip.* & inde incipit. Et hic intellectus commodè potest adaptari, super quo legentes cogitabunt. Decimo, qui priuatum carcerem exercuit. *C. de priua. car. l. vnica.* Vndecimo, qui fabricat falsam monetam. *C. de fal. moneta. l. pe.* Et istis omnibus casibus pœna capitalis infligitur *per dictas l. j. 2. 3. & 4. ff. ad. l. iul. ma. & in l. quisquis. C. eo.* De confiscatione autem bonorum non est exquirenda alia doctrina, quàm *dicta. l. quisquis.* quæ satis clarè aperit pœnas corporum & bonorum, tam quoad principales committentes, quàm etiam eorum successores & fautores. Et hæc dicta

cta sufficiant. de hac criminis specie.

De adulterio, Stupro, Incestu, & Lenocinio.

RVB. II.

Argumenta.

1. Adulterium, vt vtroque iure damnatum, & quæ sit illius criminis pœna. vide & inf. nu. 22.
2. { Adulterij pœnam à lege præscriptam vt non possit Iudex remittere. Pœnæ legum vt non sint in iudicum potestate.
3. Adulterorum pœnæ, vt malè hodie neglectæ.
4. Bellorum hodiernorum caussæ.
5. Iudicum potestas à Deo concessa.
6. Adulteria, vt omnium penè criminum sint caussæ,
7. de Adulterio vt non liceat transigere.
8. Adulterium vt iure ciuili commissum dicatur.
9. Adulterii accusatio quatenus viro & mulieri conceditur.
10. Adulterii pœna, vt sit in viro diuersa quàm in muliere.
11. Stuprum qualiter committatur.
12. Stupri pœna vt varietur. & vide nu. 26. inf.
13. Sollicitatores mulierum nuptarum aut virginum, item & Stupratores puerorum, vt puniantur.
14. Tutoris vel curatoris stuprantis pupillam pœna.
15. Mulierum sese propriis seruis immiscentium pœna.
16. in Incestus crimine puniendo, quę sit ratio adhibenda, vide & nu. 27. inf.
17. Lenocinii pœna quæ, & vt committatur hoc crimen. nu. seq.
18. Adulterium & Lenociniũ vt ex coniecturis probentur.
19. Leno publicus vt quis dicatur.
20. Fautores adulterorum, Stuprantium & Lenonum vt puniantur.
21. Peccati contra naturam & Brutalitatis pœna, vide & nu. 28.
23. Clerici luxuriantis pœna, vid. & nu. 26.
24. Presbiteri adulterantis cum moniali pœna.
25. Adulterantem vxorem, vt certis casibus vir accusare non possit.

MVlti indocti Iudices eorum salutis immemores, pręcepta diuina canonica & ciuilia contemnentes, & ad fabulas se conuertentes, huius criminis pœnas imponere dissimulant. Et vtinam memoriter tenerent illud *Psal. xxxix.* Da mihi intellectum & scrutabor legem tuã

1 & custodiam illam in toto corde meo. ¶ Quis† est, qui negabit adulterari, non esse vnum de præceptis legis diuinæ *vt in Exodo legitur c.xx.* cuius pœna erat ex lege diuina lapidatio. *Deuter. 22.c.33.q.v.c.satis.* & pariter legis canonicæ & ciuilis, quæ talem concupiscentiam prohibēt *vt in tit.ad l.iul.de adul.ff.& C.& de tit.in antiq.* Quarũ legum iudices huius seculi ministri quæ sunt si dissimu-
2 lent peccant: quia † non potest illam iudex remittere. Nam legum pœnæ nō sunt in potestate iudicis saltem in totum *l.j §.j.ff.ad turpil.l. ordine responsum ff. ad municip. de*
3 *quo in l.& si seuerior.C.de his quæ notantur infa.* Hodie † tamen iudices, quo zelo nescitur, adulteria pro fabulis reputant, quasi videantur dictarum legum reprehensores.
4 Ob quod † nobis accidunt discordiæ plurimæ. nā causæ propter quas pax in terris non est: assignantur sex per *glo. super verbo pacem in c.ad apostolicæ, de re iud.lib.6.* Inter quas prima adducitur illa, quòd non puniũtur maleficia. Vltima verò assignatur: quia non seruamus præcepta Dei. Et vtinam Deus talia delicta in solos iudices dissimulantes puniret & nō generaliter vlcisceretur. Cōside-
5 rent igitur Iudices, quod eorũ † potestas à Deo est: vnde *Ioh.19.* Non haberes potestatem aduersum me vllam, nisi datum esset tibi desuper. Et cùm à Deo potestatē habeãt, faciant igitur quæ lex diuina pariter & humana iubent. Et
6 quia † ex adulterio omnia penè crimina proficiscuntur, violentia, iniuria homicidium, periurium, falsa testimonia, & aliquotiens simul cum eo stuprum & lenocinium committitur: ob quod sub vna rubrica hæc simul vicia à
7 nobis clauduntur. vnde meritò leges propter eius †enormitatem de eo transigere non permittunt. *Cod.de transac. l.transigere & in l.de crimine.C.ad l.iul.de adulte.* Primò igi-
8 tur † videndum est, qualiter iure ciuili permittantur adulteria, stupra & lenocinia: demum quæ sunt eorum pœnæ. Et primò videamus de adulterio quod committitur iure
9 ciuili: & tunc principaliter quando mulier † castitatem matrimonialem cum alio viro violat. *l.inter libetas ff.eo.* quod de iure ciuili tantum procedit: quia mulier virum de adulterio deferre non potest. *l.j.C.eo.* licet de iure canonico (vt infrà dicetur) mulier possit accusare de adulterio *per c. maritus & c. intelleximus, versi.quod circa, eo. ti.* quod nō faceret, nisi à viro etiam committeretur. Sed di-

cendum

cedum est, quod adulteriũ propriè est in muliere, impropriè verò in viro quo ad accusationes. At quo ad pœnas † legales, vterque punitur pro interesse Reipublicæ vt subdicetur. Pœna autem huius criminis variatur secundum variationem personarum. nam alia viro, alia vxori imponitur. Viro pœna mortis infligitur. nam sacrilegos nuptiarum gladio puniri oportet *l.quamuis in fine. C. eod. tit.* nec est dicta pœna correcta in viris per iura nouissime au ctoritatis. vt vult *Gl.in d.l.quamuis.* In muliere verò, quia fragilior, est immutata *per autenth. scilicet hodie, ibi signata* mulieres autem hodie verberantur, & monasterio traduntur: data facultate illam marito infra biennium recõ siliandi, quo lapso viro intra biennium mortuo, adultera habitu suscepto monastico, in monasterio trusa dum viuit habitat, duabus partibus propriæ substantiæ liberis si habeat; tertia verò monasterio applicandis. sed si liberos non habeat, parentibus tertia pars applicatur bonorũ, & duæ monasterio. Non exstantibus verò liberis neque parentibus: vel extantibus parentibus conscijs criminis, omnia bona monasterio quæruntur. Scilicet si pactum factum fuisset inter virum & vxorem de lucranda dote in totum vel in parte, illa pacta seruanda sunt siue criminaliter siue ciuiliter de crimine agatur *p.l.fi.C.de pac.conuen. & l.sanxio legum.ff.de pœn. & secund. Doc. in d.autheut.scilicet hodie.* ¶ Nunc † qualiter stuprum committatur quæritur. Et dicendum est, quod propriè in virginem, & largè capiendo etiam cũ vidua honestè viuente. *Insti.de pu.iudi. §.l.iul.in fi.& in l.stuprum in fi.ff.ad l.iul. de adul. & in l.inter liberas, eo.ti.* ¶ Stupri verò † pœna, pariter variatur secundũ varietatem personarum. Nam si cum pueris vase prohibito, nephandum est, gladio vltore pœna capitis punitur. *C.eo. l.cum vir.* Si verò cũ fœmina vase permisso naturaliter committitur, & cõmittens aliàs sit honesta persona, media bonorũ parte per publicationem mulctatur. Quod si humilis persona fuerit, relegatur & in corpore coercetur: puta quia deportatur in insulam *ff.de quæst.l.si quis viduam. & facit quod habetur. Insti.de pu.iud.§. Item lex iul.* Sed si per vim fieret, capite punitur *Inst.de pu.iud.§.fin. autem.* ¶ Sciendum † tamen est quod sollicitatores mulierum nuptarum ad infringendum matrimoniũ, vel dantes intelligere virginibus, quod volunt eas vxores, vt coniũ-

10

11

12

15

pant extraordinariè punientur arbitrio iudicis. *l.j. in prin. ff. de extraor. cri.* Quod etiam procedit sine vi: quia si cum vi, distinguẽdũ esset: quia aut ipsemet est qui solicitat aut interpellat, & vim facit, aut per alium fieri facit: & si per se, aut peruenit ad actum, & tunc indubitanter capite punitur, aut non peruenit ad actum; & tunc distinguendum est *vt in glo. l. si quis non dicam rapere, de epi. & cle.* Si quis autem non infert vim per se, sed per interpositam personam: & tunc stamus in termis *l.j. §. fi. ff. de ext. crimi.* cuius tenor talis est. Qui puero stuprũ abducto eo vel corrupto committere persuaserit, aut mulierẽ puellásve interpellauerit, quídve impudicitiæ gratia fecerit, donum prębuerit, præciúmve quo id persuaserit, dederit; perfecto flagitio punitur capite: imperfecto in insulam deportatur. & corrupti comites summo supplicio afficiuntur. ¶ Item † notandum, quod quando tutor stuprauit eam cuius fuit tutor, deportatur & bona fisco vendicantur *per l. causæ. C. si quis eam cuius tutor fuerit corrup.* Idem in curatore *per l. qui pupillam ff. eo.* Item † mulieres, quæ seruis propriis se immiscẽt, capitaliter, & aliis pœnis, de quibus *in l. vnica C. de mulieri. quæ seruis propriis se immiscent.* puniuntur. Et quia parum hoc est in vsu, vide *in d. l. vnica. vbi clarè.* ¶ Sed quia † cum adulterio & stupro, aliquando concurrit incestus, pœna eius vt superiorum delictorum variatur per scientiam & ignorantiam: nã quæ scienter committit, eadem pœna qua adulter punitur. Sed si per ignorantiam contractus matrimonij à masculo cõmittatur, humanius punitur quàm adulterium. *ff. eod. l. si adulterium. §. nonnumquam & §. incestu.* Si verò committatur à fœmina per ignorantã iuris naturalis vel gentium, punitur vt masculus. Si per ignorantiã iuris ciuilis excusatur in totum. Idem in minore *vt ff. eo. l. si adulterium §. j. & §. ijdem imperatores & §. incestum.* Est & aliud in hoc crimine speciale, quia si antequam quis accusetur diuertat à tali illicito matrimonio, non tenetur postea *vt ff. eo. l. si adulterium. §. idem Pollioni.* Et est hic præstitutũ quinquẽnium vt & pro lenocinio. *vt ff. eo. l. mariti lenocinium. §. hoc quinquennium.* & est † eadem pœna lenocinij, quæ adulterij. *vt ff. de mino. l. auxiliũ.* Nec excusantur à pœna incestus, crassæ nuptiæ, quinimò contrahentes incestas nuptias puniũtur confiscatione dotis & omnium bonorum, & verberati in exi-

14 15 16 17

in exilium mittuntur. *C. de inceſt. nup. l. qui contra, & in authent. inceſtas, vt ibidem vide.* Qualiter † verò lenocinium 18 committatur, attendenda eſt qualitas perſonarum. Nam vir poteſt aliquibus caſibus lenocinium committere etiã in propria vxore: putà, quia ab adulteris vxoris aliquid recipit, vel quia in adulterio deprehenſam retinuit, vel quia patitur vxorem ſuam delinquere, vel damnatam de adulterio duxit, vel quæſtum ex adulterio vxoris facit. *l. ij. §. lenocinij. ff. eo. ti. & d. l. ij. C. & ibi gl.* detinens aut ſuſpectam tali ſuſpicione, quam poſſit per honeſta & patientiã obumbrare, non cõmittit lenocinium *l. fine metu. C. eo.* Sed ſi non poſſet eam honeſtè obumbrare committit lenocinium. *l. mariti in prin. ff. eo.* Et an honeſtè, vel inhoneſtè poſſit eam obumbrare, remittendum eſt arbitrio iudicantium. *per ea quæ tradit Do. in d. l. fine metu.* Et erit arbitrium ſumendũ ex coniecturis, de quibus *in gl. ſup. verbo in ipſis rebus in l. quod ait lex. ff. eo. ti.* ſcil. ex loco putà quia opaco vel ſacrato, qualitate perſonarum, putà quia non ſunt in gradu prohibito: ex actu, vt quia ſe inuicem baſiabant & mammillas vel pudenda tangebant, vel quod vehementius eſſet, vel vidit vxorem ad collũ amplectentem virum. Et iſti ſimileſque actus faciunt præſumi adulterium: taliter, quòd ſi aliquis maritellus portans cornua per ea non ſuſpicaretur, non eſſet per iudicem diſſimulãdus: quia non poſſet per tales actus obumbrari honeſtas. Nos tamen Galli, qui fidem habemus de honeſtate mulierum noſtrarum, arbitramur ſemper in bonã partem. & quòd omnia talia benè & honeſtè amicitiæ cauſſa, non autem mala vel inhoneſta contingant intentione: & prędicti lenocinij pœna eſt eadem legis inſtitutione: videlicet *l. iul. de adul. per l. ij. §. lenocinij. ff. eo. & per l. crimen. C. eo. cum concor.* Committitur etiam lenocinium per lenones ducentes meretrices per patriam, & eas proſtituentes in lupanariis. Et † ad hoc, quòd dicatur quis leno publicus 19 faciſt ea de quibus *in auth. de leno. coll. 3. No. 14.* Et oportet quòd concurrat ſequentia. Primò, quòd inuitas puellas ſumant, puta via facti, vel per verba deceptoria vt vult *Gloſſ. in d. authent. §. præconizamus.* Secundò, quod ad neceſſitatem peccandi inducant. Tertiò, quòd fornicationis eis deferant quæſtum. Et quartò, quòd ipſas habeant obligatas pactis, promiſſionibus, iuramentis vel conuen-

tionibus ad dictam vtilitatem exercendam prout vult *tex.in prædicto.§.præconizamus.*& tales vltimo supplicio pu-
20 niuntur *vt in d.§. præconizamus & ibi Glo.* ¶ Qualiter † autem fautores adul. stuprantium & leno.puniantur, leges aperiuntur.nam adul.fautores,eadem pœna puniuntur.*l.qui donum.ff.eo.tit.* & in stupro eadem pœna puniuntur fautores,qua stuprantes.*l.& si amicu. ff. eo. ti.* & in lenocinio pariter tenentur fautores pœna lenocinij. *l.2. & l.castitati.C.eo.& l.is cuius:*j.*respon.& §.si vir. & l. mariti.* j.*respon.& §.*j.2.*&* 3.*ff.eo.*Et hæ sunt pœnæ legales in præ-
21 dictis criminibus statutæ & ordinatæ. ¶ In † peccato cōtra naturam, quòd si audeo declarare,est pœna capitalis. *C.de adul.l. cum vir. & in authent. vt non luxu: homo contra na.col 6.Nouel.77.* Et idem in brutalitate, & ad terrorem criminis debet brutum cum homine simul vltimo sup-
22 plicio affici.*c.mulier.16.q.j.*De † iure autem canonico prædicta crimina puniuntur.Nam adulteri primo à thoro separantur. Secundò in monasterio detruduntur vt ibi lachrimis lauent peccatum. Tertiò, quia findunt in pannis & capillis ante & retrò.Quartò,excōmunicantur. Quintò & vltimo, quod potest facere ecclesia scilicet excommunicare maiori excommunicatione, quæ vocatur anathema,de qua *in c.si quis suadente.de pœ.in cle.*Et eadem pœna imponitur iure canonum viris sicut vxoribus 32. *q.v. christiana.*Sed quia iura canonica in sanguine non puniunt *per c.sententiam sanguinis. ne cleri.vel monachi cum* ecclesia facit quòd in se est:sic adulter vel adultera etiam de foro ecclesiæ propter incorrigibilitatem remittuntur foro seculari seruata forma *c. cum non ab homine,de iud.* ¶ Cleri-
23 cus † autem luxuriosè viuens,& publicè in scandalum ecclesiæ adulterans vel fornicans posset suspendi ab officio & inde crescente cōtumacia deponi.*l. dist.si quis diaconus,* qui si incorrigibilis efficiatur propter notoriū scādalum, quòd causatur ex eius publica & notoria fornicatione, potest degradari vt volunt Doc.*in d.c cū non ab homine.& fac.optimè.c.maximian⁹.81.di.& c.at si clerici.de iud.*Et ratio est quia ex tali rebellione contumacia perseuerata & obstinata causatur quidam contemptus clauium ecclesiæ, quæ quidem contemptus sapit hæresium tanto maiorem,
24 quanto maius est delictum.*c.audio 86.di.* ¶ Vbi † autem præsbyter adulteratur cū filia spirituali punitur, quia deponitur

ponitur ab officio & per x v. annos peregrinatur, & demum monaſterio perpetuo dedicatur. *x x x. quæſtio. j. c ſi quis ſacerdos.* ¶ Vnum † tamen notandum eſt, quòd ſiue 25 de iure canonico, ſiue de iure ciuili loquamur, adulterium quod ab vxore committitur vir non poteſt accuſare in caſibus iſtis: videlicet quando vir pariter eſt adulter. *c. intelleximus eo. tit.* Item ſecundo, ſi vxorem tradidit adulterandam. *vt in c. diſcretionem, de eo qui cognouit conſangui.* Tertiò, ſi violenter fuit oppreſſa. *ff. eo. ti l. vim paſſam.* Quarto, ſi ignoranter & fraudulenter ab alio fuerit cognita, quem credebat eſſe virum ſuum *ar. xxxiij. q. ij. in lectū* Quintò, ſi credens virum mortuum eſſe alteri nupſerit. *xxxiiij. q. j. c. cum per bellicam. c dominus ac redemptor noſter de ſecundis nup. & melius in authent. hodie. C. de repud.* Sed ſi talis ſciens primum virum viuentem nubat huic, vel vir aliam hominis vxorem aſſerens, ſe ſolutum, nubat, adulterium vel ſtuprum committit ſecundum qualitatem mulieris. *l. cum qui ſimul duas. C. eo. ti.* à quo tamen releuatur mulier, ſi ſit decepta. *per. e. l.* Sextò, quando poſt adulterium eam ſibi recōciliauit. *de iureiurando. c quemadmodum.* Septimò, quando viro obſtat proprium iuramentum, *vt in d. C. quemadmodum de iureiur.* Octauo in caſu *ca fin. eo. tit.* ¶ Stuprum † 26 autem de iure can. punitur pœnis, de quibus *in c. peruenit. eo. ti.* ſcilicet quòd ei nubat & pœna caſtigationis ſecundū quòd viſum fuerit iudici imponatur. *vt ibidem vult Glo. ſuper verbo caſtigatus.* Si autem non velit, aut non poſſit nubere corporaliter caſtigatur & excommunicatur, immò & in monaſterium intruditur, de quo facultatem egrediendi non habeat ſine licentia epiſcopi. Si autem ſtuprans ſit perſona eccleſiaſtica in ſacris, cui nubere non ſit fas, tunc debet corporaliter caſtigari *per d. c. peruenit & facit etiam in ar. c. ij. de calum.* Et ſi talis clericus habeat bona dotabitur ſtuprata de ſuis bonis: quia pro intereſſe mulierum illa pœna eſt ſtatuta *per d. c. j de adult.* Et clericus puniri poteſt pecuniariter *vt in c finem. de dol. & contuma de offi. ordi. c dilectus. & de pœni. c licet.* Et poterit etiam deponi *per ea quæ tradunt docto. in d. c. at ſi clerici.* vt ſupra dictum eſt. ¶ De inceſtu † verò commiſſo cum matre, vel 27 ſorore, ſeu filia ſpirituali, qua pœna puniatur iure canonum *vide c ſi quis cum matre. xxxiij. q ij.* Et nota, quod grauior pœna imponitur, quam pro adulterio *vt vult text. in*

28 *c.ij. de eo qui cogno. consan.vxo.* quod limita *vt in glo.* Et † peccatum contra naturam vel brutalitas qualiter similiter puniatur. *vide in c.clerici.de excel.prela.* Et finaliter distingue, vt supra in adulterio minuendo & aggrauando pœnam adulterij arbitrio & discretione personarum habita.

De Raptu & Raptoribus virginum, viduarum & monialium.

R V B. III.

Argumenta.

1. Virginum, viduarum & sanctimonialiũ raptus vt sit pœna capitalis. vid. & nu. 6.
2. Raptus varia genera & species.
3. Fautores raptus vt puniantur. vid. & nu. 6.
4. Raptores etiam dici blanditiis allicientes & corrumpentes.
5. Raptæ vt raptori nubere liceat de iure cano. contra ciuiles leges.
6. Raptoris pœna de iure Can. quæ.
7. Clerici fautores raptus vt puniantur.
8. Sollicitatores alienarum nuptiarum & matrimoniorum, qua pœna teneantur.

ISta rubrica præcedenti subnectitur, quia quędam cótinuatio materiæ esse videtur: Et quia † pœnę raptus virginum, viduarum & sanctimonialium sunt capitales. Et traduntur clarè *in l.vnica. C.de rap.virgi. & in l.si quis non dicam rapere. C.de epi. & cle.* & pariter † in raptore nuptæ. *ff. ad.l.iul.de vi publi.l.qui cœtu. §.qui vacantem. & §.fin autem. Inst.de pub.iud.* Ideo de eius pœna adiudicanda ad speciem rescribere super fluum mihi visum est. Sed ad dicta iura remitto. Breuis tamen sententia hic esse potest, quòd raptus cum violentia factus punitur capite *per.l.raptorum. C. de rap.virgi. & §.fin autẽ. Instit.de pu.iu. & c.lex.in fi.xxxvj. q.j. & c.si quis non dicam ea causa.q.ij.* Si autem sine vi committatur ab eóque in dignitate constitutus est, media pars bonorum confiscatur. Si verò non sit in dignitate, in corpore cohercetur & relegatur. *Insti.de pub iud §.praterea autem.* Si autem volens rapere per seipsum vim non fecit, sed per cómittentem seu mediatorem vim fieri fecit, tunc ambo puniuntur pœnis, de quibus. *iij. § fi.l.j.ff.de extraor.cri.* cuius textus tenorem inserui in pręcedenti rubrica.

brica. ¶De † fautoribus autem eorum qualiter puniantur, eisdem cauetur iuri. Bona autem talium quibus inquantum & qualiter applicentur dictis legibus, iuncta *authent. de rapt. muli. quæ raptoribus nub. col. ix. Nouel.143.* cauetur satis claré. ¶ Vnū † tamen est notandum, quòd 3 4 communis sententia Doc. in dictis iuribus habet, quòd Raptores etiam dicantur ij, qui blandimento, aut verbis deceptoriis ad hoc raptas impellunt, quod non est mirum, attenta immanitate criminis. Et licet † de iure ciuili rapta raptoribus nubere non possit sine pœna *vt in d. auth. de rap. muli.* Iure tamē canonum nubere potest *per. c. fi. de rap.* 5 si ad hoc voluntarius interueniat consensus. nec statur in hoc disputationi iuris ciui. *de quo in. c. ad id quod de sponsa. & in. c. literas de despon. impu.* ¶Raptores † autem pœna de iure cano. est, quòd raptor efficitur seruus raptæ, nisi velit se redimere. *vt xxxvj. q. j. de rapto.* & excommunicatur cum suis fautoribus. *xxxvj. q. ij. c. j.* Clerici † verò deponuntur *vt in d. c. j. & c. reos. c. de puellis.* ¶Posset † hîc quęri post præcedentes species, Qua pœna teneantur sollicitatores alienarum nuptiarum, & matrimoniorum interpellatores, quamuis effectu scelerum potiri non possunt. Et respondendum est, quòd pœna extraordinaria. *l. j. in prin. ff. de extraor. crimi.* de quo *in. l. si quis non dicam rapere. C. de epi. & cle.* quæ est canonizata. *de pe. distin. j.* Quæ autem vel qualis pœna imponitur in extraor. criminibus dicetur suo loco. 6 7 8

De Vi publica.

Rvb. IIII.

Argumenta.

1. Vis publica quibus modis committatur.
2. Armorum appellatione quid contineatur.
3. Vectigal nouum imponens & exigens in Vis publicæ crimen incidit.
4. Vis publicæ crimen vt sit publicum, eiúsque Delatio vnicuique liceat.
5. Vis publicę crimen vt puniatur, & quæ in hoc delicto pœnæ ratio sit adhibenda. vid. & nu. 10. inf.
6. Vis publicæ nondum re ipsa illatæ pœna.
7. Iudicum & Rectorum vim publicam non punientium pœna.

8. { Seruorum & id genus vilium personarum vim publicam inferentium, quæ sit pœnæ ratio.
Sollicitatores vis publicæ vt puniantur.

9. Pœna à lege non expressa arbitrio iudicis relinquitur.

10. Vis publicæ ex iure Canon. pœna.

1 SI scire volumus quibus † modis vis publica committatur, breuior vel clarior sententia non potest haberi quam tex.12.paruarum legum.*ff.ad l.iul.de vi.pub.*vbi modi & casus quibus committitur vis pub.sigillatim enumerantur, & qui resoluuntur in hos: videlicet, quod quicunque aliena per vim armatam rapit, siue sint personæ, siue 2 bona l.Iulia.de vi pub.tenentur. ¶ Et armorum † appellatione continetur omne instrumentum per quod homini nocumentum fieri potest.*l.armatos.ff.ad l.iul.de vi pu.*¶ Et 3 interea † quæ traduntur à Iurisconsultis notatur casus singularis *in l.2.d.t.*scilicet de imponente nouum vectigal 4 quod intellige, quãdo imponens exercuit. ¶ Et † est hoc crimen vis publicæ publicũ cuius delatio cuilibet de populo competit *l.j.ff.de pub.iud.* Et est adeo publicũ, quod etiam si vim passi præcibus exorati iniuriam remittant, per interesse tamen publico poterit quilibet extraneus, etiam post quinquennium, deferre.*l qui centum. §.quæ va-5 cantem ff eo.ti.*¶ Pœna † autem huius criminis, vt cæterorum, ex qualitate variarum personarum imponitur. Nam aliter serui, aliter ingenui puniuntur. Et quidem si non componatur cum alio crimine in libero capite punitur pœna deportationis & bonorum publicationis *l.2. & l. si quis ad se fundum C.eo.tit.ff.l.2.insti.eo.de pu iud §.item lex.*in cuius locum hodie succedit bannimentum perpetuum cũ bonorum publicatione dicimus quod loco relegationis succedit bannimentum ad tempus sine annotatione bonorum de quo *in §.relegati.inst.qui mo. ius pa.pote solui & per doc. in authent. item nulla communitas. C. de sacrosan. eccle.*
6 ¶ Est tamen † notandum, quòd dictæ pœnæ locum habent vbi vere vis illata est: si verò vis nondũ est illata, sed aliquos homines armatos vti bicellarios, vel seruos, vel id genus homines etiam liberos penes se aggregatos ad vim publicam inferendam habuerit vel tenuerit, tunc licet non sit vis adhuc illata in persona, arbitrio iudicantis puniatur, & in bonis pœna centum librarum auri mulctatur.*l.fi.C.eo.* & ita limitantur *l.j.& 2.in prin.ff.eo.ti.* ¶ Iudices

dices † verò, & rectores, si talia dissimulauerint pœnis in 7 dictis iuribus contentis puniri debent. ¶ Qualiter † autẽ 8 serui vim publicam committentes eorum motu proprio, vel a dominis exhortati, & ipsi domini exhortãtes puniãtur, habetur *in l seruos. C. eo. tit.* Notandum etiam quòd viles & infames personæ & consueti in hoc crimine delinquentes grauius cæteris puniuntur *vt in l seruos. in fi. C. eo.* Sed quia tex. Glo. & doct. clarè illam grauiorem pœnam non aperiunt arbitrio iudicis relinquenda est, quia pœna quæ † non est taxata à iure arbitrio iudicis relinquitur. 9 *ff. de pœn. l. hodie. & l. sanctio legum eo. ti. & in c. de causis. de offi. dele.* ¶ Est etiam † notandum, quòd prædictæ pœnæ 10 locum habent, vbi ex violentia commissa non sequitur aliud grauius crimen putà homicidium, raptus & similia. nam pro qualitate illius criminis vim pub. committentes, & illorum fautores punirentur, de quo plenè *per Doc. in l. quantum multa facino. c. eo. tit. & in d. l. qui cœtu. § qui vacantem eod. ti. ff.* & istę sunt pœnę ciuiles. ¶ De iure † autem 11 canonico aliæ pœnę statuuntur, vt in aliis criminibus publicis & infamantibus: videlicet, quòd clerici vim publicam committentes possunt excommunicari donec emẽdent: & pariter deponi per offensa publica, pro quo faciunt, quæ leguntur & not. *in c. veritatis de dolo & contu & in c. inquisitionis. & in c. qualiter & quando de accus. & in c. licet Hely. de simo. & quæ notantur in c generali. de elect. li. 6. & in c. at si clerici & in c. cum non ab homine, de indi.* prout suprà dictum est in præcedentibus criminibus.

De Vi priuata.

Rub. V.

Argumenta.

1. Vis priuata qualiter committatur. vid. & nu. 5.
2. Vis publicæ & priuatæ differentia.
3. *Armorum* appellatio quæ contineat.
4. Vis priuatæ pœna, & quæ illius ratio adhibenda.
5. Vis priuata vt etiam solo terrore committatur.
6. Vis priuatæ pœna ex iure Canonico.

QValiter † hoc crimen committatur clarè aperiunt 1 leges. *ff. eo. tit. lib.* 48 *t.* 7. quæ nõ possunt breuius summari. In hoc tamen differt † hic tit. à precedenti: quia vis

de qua in præcedenti titulo agitur, fit cum armis, & ea de
3 qua in hoc ti. fit sine armis. ¶ Armorum † autem appellatione veniūt fustes, lapides, ferrum, & omne illud quod manu & arcu mittitur *ff. de verb. signi. l. armorum. & no. gl. in c sicut dignum, de homici. & in cle. ne in agro de statu mona. in gl. super verbo arma. & l. 3. §. armis. & §. planè. ff. de vi & vi armata.* ¶ Pœna † autem huius criminis, est relegatio
4 & adēptio tertię partis bonorū, vt vult gl. *in reg. hoc iure. ff. de reg. iu. per iura in ea allegata. & facit l. tutoris. C. eo. tit.* & nota infamiæ. *ff. eo. l. fi. in vl. verf.* ¶ Aduertendum tamen est, quod si ex dicto crimine alia insurgant maiori pœna digna debent pariter puniri pœna legis de illo crimine disponentis, vt visum est in præcedenti *per l. quoniam multa. C. eo. tit.*
5 ¶ Notandum † etiam, quod etiam si per terrorem armorum vis fiat, licet arma non extrahantur vel mittātur, nihilominus puniuntur non ex lege Iul. de vi publica. scilicet per *l. 3. §. arma. ff. de vi & vi arma.* De quo suo
6 loco dicemus. Et hæc est pœna ciuilis. ¶ Pœna † autem canonica est mulctatio tertiæ partis bonorum *per iura in præcedenti rubrica allegata & deducta* prætor qua *fac. c. secūdum de or. cogni,* vbi Gloss. ponit hos versus.

Vis priuata reum deponit ab ordine rerum.
Sed deportatur si vis armata probatur.

De Homicidio.
RVB. VI.

Argumenta.

1. Lex Cornelia de siccarijs vt ad alios casus quàm homicidia se extendat.
2. Thlibiæ quid.
3. Sacrificia illicita facientes, vt lege Cornel. de siccar. teneantur.
4. Peccata prima duo hominis quæ.
5. Homicidium { quàm detestabile crimen.
   quàm variis modis committatur.
6. Vt maximè ferro committatur. }
8. Sicca quid, & vnde Siccatrix dicta.
9. Vt occidantur quidam impunè.
10. Homicidii vt teneatur, qui cum telo occidendi animo ambulat, quique eodē malo animo aliquem vulnerat.
11. Vulnerans occidendi animo quomodo tam ex legum præscripto, quàm praxis vsu teneatur.

12. In criminibus vt luce meridiana clariores exigantur probationes.
13. Fictio & veritas quando idem operentur.
14. Homicidium vt ore committatur.
15. Testis falsidicus vt sit tribus obnoxius triplicique pœna afficiatur.
16. Homicidium vt ligno committatur.
17. Claua quid.
18. Occidēdi animus vt maximè in homicidio obseruetur.
19. Pœnæ vt augeantur vel minuantur ex facti circonstantiis.
20. Homicidium vt telo vel lapide committatur.
21. Ratio vbi eadem,& ibi idem ius.
22. Homicidium vt impulsu, vel per præcipitationem committatur.
23. Homicidium vt committat iudex corruptus.
24. Iudicis corrupti pœna.
25. Homicidium vt concessu seu consensu pluribus modis committi dicatur.
26. Homicidium Vt consilio fiat.
27. Homicidium Vt mandato fiat.
28. Homicidium Vt opere remoto fiat.
29. Furioso gladium malo animo concedens, vt de damno contingenti teneatur.
30. Homicidium vt fiat opere propinquo.
31. Homicidium An negligentia committatur.
32. Homicidii negligentia commissi pœna vt ex iudicis arbitrio pendeat.
33. Homicidium vt veneno committatur.
34. Veneni vt sint tres species.
35. Venenum vendens vt pœna afficiatur.
36. Venena quibus vendi possint.
37. Lex Cornelia de siccar. vt penes dolo commissa versetur tantùm.
38. Homicidii cognitio vt pendeat ex Iudicis arbitrio.
39. Abortionis pœna.
40. Homicidium vt pugno etiam inermi committatur.
41. Homicidii quatenus teneatur vulnerans vbi per aliquot dies superuixit vulneratus.
42. Homicidii diiudicandi ratione vt differat ius canonicum à ciuili.
43. Homicidiū vt in casuale & ex proposito commissum distinguatur.
44. Homicidii pœna iuris Canonici.
45. Carceris perpetui pœna qualis.
46. Mortem sibi inferentium pœna.

HÆc rubrica ponitur secundū rubricationem canonicam,eo † quòd lex Cor. de sicca. ad alios casus, 1

quam homicidia se extendit:vti ad incendiarios ex 2. capite legis.*l.j.in prin.& l.si quis dolo.ff.ad leg. Corn. de siccar.*
2 Similiter & ad eos,qui thilibias. in † instrumenta ac castrandum homines faciunt *l. hi quoque eo.tit.* Et quæ castrandos seruos tradũt,vel qui spadones faciunt.*leg.Cor,§. item diuus. & l.is qui seruum eo.ti.*
3 Et † pariter,qui sacrificia illicita faciunt.*eo.ti.l.ex senatusconsulto.* Et ideo vt de capitibus dictæ legis homicidium duntaxat respicientibus tractemus, & alia capita suis locis & titulis relinquamus sub descriptione canonica iam prædicta, *De homici.* duntaxat in hoc ti.tractabimus, quem subordinare potueramus post titulum legis Iuliæ maiestatis.
4 ¶ Nam † primũ peccatũ quod à patribus nostris processit,fuit læsæ maiestatis.Secundum verò homicidij:namCain fratrem suum
5 Abel primus interemit. Et re vera hoc crimen † adeò est detestabile,quòd angeli,Dei voluntatis executores, sanguinem occisorum de manibus homicidarum requirunt. *de quo Genes.4.c.* Hinc leges ciuiles violatores cognationis humanæ tales appellãt.*l.vt vim.ff.de iust.& iu.*Quantũ autẽ iura cani. hoc crimen detestantur legitur & notatur
6 *in c.periculosè de pœniten.distin.j.* Vt ergo † de casibus cõmuniter accidentibus aliquid vtile iudicibus & practicis subnotemus,hæc membra,quæ his tribus rithmis & versibus continentur prosequimur.

Ferro,ore,ligno,lapide,telo.
Impulsu omnino,concessúque veneno.
Homicidium dico signo committit atque pugno.

7 ¶ Capio † igitur primum membrum : videlicet quando homicidium ferro committitur & istud membrum est propriè illud de quo disponit præd. lex Cornelia de
8 sicca. Nam † sicca, ferrum ab vtraque parte scindens vel cultrum de *Insti.de pu.iudi.§.item l.Cor.ver.siccar.autem.*& à sjcca siccatrix descẽdit,& hinc dicere possumus,quòd sicca potest capi pro omni instrumento cum quo siccatrices ex quibus mors naturalis sequitur inferuntur. Et hæc interpretatio sumi potest ex legibus *ti.ff.& C.de sicca.* quæ loquuntur de morte contingente tam ex ferro quàm ex lapide,telo & alio modo occidendi.Hoc ergo expeditum est, quòd qui necat quomodocumque hoc eueniat dum tamen dolose fiat necans tenetur.*l.in leg.Corne.dolus.ff.ad l.Cor.de sicc.* Et qualemcunque hominẽ occidat: videlicet

an sexu

an seruum nobilem vel ignobilem militem vel paganum *hj.§.praeterea.in fi ff.eo.ti.* ¶ Sunt † tamen qui impunè occiduntur de quibus *inl 3 §.fi.versi.transfugas* veluti trãsfugę, quòd limita & intellige secũdum Glo.*vel eiusdem legis scil.perfecto flagitio* &c *ff.eod.tit.* Quicunque igitur alium gladio dolosè occidit pœna legis Corne. tenetur. ¶ Sed quia † lege Corne. cauetur in tertio capite, de quo *in l.1. in prin.& §.diuus.ff.eo.tit.& in l.ij.C.eo.* quòd etiam puniatur ambulans cum telo vt occidat, & qui vulnerat etiam vt occidat, habeatur pro homicida: quia voluntas in hoc casu pro facto reputatur.*l.is qui cum telo.C.eo.tit.& l.diuus. ff.eo tit.* & pœna eadem puniatur ac si verè occidisset, vt clarè apetit text *in l.aut facta.§.euentus.ff.de pœn.* Dubitare † tamen me facit, cõtrarium in communi practica obseruatur, ita quod etiamsi milies appareat animo necandi quem vulnerasse vel impulisse, si tamen mors non sequatur vulnerati vel impulsi, pariter non sequitur mors vulnerantis vel impellentis: quãmquam leges prædictæ mortem sequi debere clarè disponant. quæ quidem leges ciuiles etiam iuuantur lege diuina. de qua *Exo.21.ca.* vbi text.dicit, Quì percusserit hominẽ volens occidere morte moriatur. Vnde igitur hoc est quòd iudices nostri temporis sint clementiores ipsa lege. Non valeo aliam rationem cogitare, nisi quòd in præmisso casu, scilicet quando non sequitur mors vulnerati vel impulsi, non tantùm læditur respublica quantum ex morte: quia non priuatur respublica fine suo. Et ideo rigor illarum legum potuit consuetudine restringi, maximè in locis in quibus homicidia parum frequentantur & accidunt: sicut in præsenti regno Franciæ per ea quæ sentit text. *in d. l.aut facta.§.fi.* Et in præmisso ar.Doct.vario modo dixerunt. Nam sunt qui tenent prædictos text. ad litteram & coadiuuantur per leges & canones, scilicet *per l.si quis non dicam rapere.C. de epi.& cle.* pro qua parte fac. *glo.in l.præsenti. in prin. C.de his quæ ad eccle.confu.& in ca.de pa.iura.fir.super verbo membrorum.* Qui verò tenent contrarium solam adducunt consuetudinem: quia iuribus communibus saluari non possunt. Et omnino concordando dicamus iuuando nos. *d.§. fi.l.aut facta.* quòd vtraque opinio saluari potest. & dicemus quòd delinquentes vtroque casu puniuntur eadem scilicet lege Cornelia, sed nõ eadem pœna. Et hanc inter-

9

10

11

pretationem sumo *ex d.l.1.§.diuus.in fi.ff. ad l.Cor.de sicc.&* *ex d.§.fi.l.aut factam.* Et ex theorica *l.sciât cuncti. C.de pro-*
12 *ba.* vbi in † criminibus exiguntur probationes luce meridiana clariores: & quia non est possibile clarè dici posse, illum qui occidere voluit & non occidit, occidisse: dicemus quòd deficit probatio facti, sine quo nullus debet capitaliter damnari. *per l. 1. in §. si quis vltro. ff. de quaestio.*
13 Nec † obstat, si dicatur quod fictio iuris hóc operatur: quia respondetur, quòd fictio id operatur in casu ficto, quod & veritas. nam hoc procedit in casu quando ad diuersos fines hæc tendunt: secus si ad eundem. quia tunc veritas præualet fictioni *per text. & ea quæ in eo inferuntur in l.filio.in prin.ff.de libe.& posthu.* ¶ Nunc clarum est, quòd fictio & veritas hoc casu ad eundem finem tendunt. & ideo, quia veritas est, hominem non esse occisum, non habebit locum fictio quo ad pœnam, scilicet hominem occisum pro occiso haberi: quia in factis (vt dictum est) veritas præpollet fictioni, & maximè in pœnalibus in quibus semper debemus in humaniorem partem inclinari per reg. *in pœnis, de reg.iur.lib.vj.cum ibi notat.* Dicemus ergo pœnam moderandam & leuiandam secundum qualitatem delictorum *ar.dict.l.1.§.diuus.in fi.ff. eod.titu.ad leg. Cor.de sicca.* Quam sententiam reperi humaniorem inter Doct. Et ideo non mirum si in iudicando quicquid habeat rigor legum, seruatur dictum temperamentum: quia in talibus vbi agitur de vita & salute hominis, est cautè ambulandum, *ar. not.in ca.maius. de elec. lib.vj. cum*
14 *concor.* ¶ Nunc † de secundo membro, scilicet de homicidio quod ex ore causatur discutiendum est. Et istud secundum membrũ quod fundatur super capite legis dum dicitur, Quíve falsum testimonium dixerit quo quis publico iudicio reus capitalis dánaretur. Qui modus occidendi detestabilior est, eo quòd quasi cum omnibus participat criminibus. Meritò ergo Iurisconsult. de eo modò specialem mentionem fecit. Et capio primũ membrum huius membri de falso testimonio. Secundum erit de falso & corrupto iudicio. Et pro fundamento præmit-
15 to *tex.in cap.1.de fal.* vbi talis text. Falsidicus † testis tribus personis est obnoxius, primum Deo, cuius præsentiam contemnit. deinde iudici, quem mentiendo fallit. Postremo innocenti quem falso testimonio lædit. & ideo meri-

to istud

tò istud proditorium homicidiũ dicitur dicta lege Cornel. quod etiam vt tres lædit, sic & illi puniri iubetur triplex pœna imponi potest, scilicet Primo periurij. Secundo falsi, de quibus locis suis dicetur. Et tertio homicidij, de quo hic cauetur. & facit optimè text. *in d.c. perniciosè, de pœni. dist.* j. tenetur etiam alia quacunque pœna, quæ irrogatur ex crimine, de quo reum per falsum testimonium lædit, *vt vult glo. in ca. falsidicus, sup. verb. ledat, de cri. falsi.* ¶ De † tertiò pariter videamus, scilicet quando fit cum ligno, quod membrum etiam si illud lignum non habeat aliquod ferrum: putà quia erat claua vel cucuma, de quo *in dict. §. diuus. l. 1. ff. ad leg. Cor. de sic.* Et dicitur † claua, secundum sermonem vulgarem, massa, quæ est idem, quòd vnus magnus baculus habens grossitudinem in altero extremo, quo viri curiales in castris tanquam armis vtuntur. Et meritò ea legis pœna punitur, qui cum tali ligno siue ferro occidit: quia videtur habuisse animum dolosum, vtendo tali baculo, in quo dolorem & casum mortis inesse prępuidere poterat *l. si ex plagis. §. tabernarius. ff. ad l. Aquil.* Ideóque si cũ alio † paruo baculo, quem ad sustentationem suæ personæ ambulando deferebat, vel ad ornatũ, vt plures deferunt, qui baculus de sui natura ad mortem inferendam non poterat dici vel cogitari aptus: præsumendum erit per verberãtem, cum tali baculo vel ligno hoc fecerit, atque ita appareat nõ habuisse animum occidendi *per ea quæ habentur in leg. I Cor. & in l. diuus. ff. ad l. Cor. de sic in l. frater, & in l. eum qui. C. eod. ti.* Modus † tamen, locus, persona, & tempus mouere poterunt animum iudicantis ad arbitrandũ in pœna imponenda: putà, quia amici erant, si ludendo sine dolo de die in platea publicè: quia talia faciunt cessare præsumptionem doli *per ea. quæ leguntur. & no. per Glos. in l. 1. ff. ad l. Cor. de sic. & in ca. eum qui. l. diuus. & in ca. 1. de præsumpt.* ¶ Videndum † nunc de homicidio quod lapide & telo committitur. Nã hæc duo vna appellatione continentur: & nedum hæc duo, sed & omne aliud, quod manu vel arcu mittitur, siue sit lapis, lignum ferratum ferro, vti sagittæ, dardi, lanceæ, pertisanę, geuelinæ, genetariæ, & similia: aut simplex lignum, vel simplex ferrum, vel plumbum: quod vulgus appellat *plumbatas*, vel vomipetræ seu coleuurinæ: quia illa fuit mens legis xij. tab. in parte in qua de siccariis describuur

16 17 18 19 20

vt Gaius dictæ legis interpres testatur *Insti. de publi. iudi.* §. *Item lex Cornel.* Et quia ex omnibus his resultat par & eadem ratio puniendi: debet meritò eadem pœna impo-
21 ni: quia Vbi eadem † ratio, ibi idem ius statuendum est *l. à Titio. ff. de verb. ob. l. illud ad l. Aquil. l. 1. C. de libe. præteri.* Meliùs moderni *in cle. 1. de rescr. in gl. super verbo præsidétis, ver. ex indentitate rationis & ibi Fran. de Zabarelis.* ¶ Nunc
22 † videndum est de homicidio commisso impulsu, vel per præcipitationem: putà, quia aliquis de domo, tecto, ponte, monte, arbore, aut simili alio loco aliquem dolosè præcipitauit animo faciendi rumpi collum, vel submergendi: isti casus, licet non sint expressi in lege Cor. per speciales clausulas, sub generali tamen, de qua *in d. l. 1. in fi. pri. verb. & qui hominem, ff. ad leg. Cornel. de sicca.* continentur. Nam post particulares casus enumeratos addit Iurisconsultus istam generalem clausulam. *Et qui hominem occiderit puniatur, non habita doctrina ad instrumentum, vel cuius conditionis hominem interemit,* quæ clausula generalis casus non enumeratos eiusdē qualitatis cōprehendit. pro quo faciunt, quæ leguntur & notantur *in l. qua actione,* § *proinde si quis*
23 *alterius impulsu ff. ad leg. Aquil.* ¶ Restat † videre quando nummis corruptus iudex quem innocentem capitaliter condemnat. de quo tamen *d. l. 1. in prin. ver. quive cum magistratus esset, ff. d. tit. ad leg. Cor. de sic.* Et clarum est, quòd, si ad mortem condemnet, pœna capitali legis Cor. tene-
24 tur *per d. l. 1.* Si autem † ad mortem non condemnet, sed alias puniatur in corpore, corruptè iudicando, in exilium datur, & eius omnia bona confiscantur. de quo *in authen. sed nouo iur. C. de pœna indi. qui malè iu.* Item tenetur, lege Iulia repetun. *ff. ad l. Iul. re. l. ij & iij.* de cuius tamen pœna subticetur. Item concussionis *l. 1 ff. de concussi.* Item crimine fal. *ff. ad leg. Cor. de fal. l. 1. §. qui iudicem.* Et de pœnis
25 illorum criminū, vid. plura inf. in suis locis. ¶ Superest † videre de alio mēbro: videlicet, quandò concessit vel consensu. Quod membrum quatuor species continet sequentes: videlicet consilij, mandantis, operis remoti, & operis propinqui. De primo scilicet de homicidio & consilio cōmisso varij varia dixerunt. Quicquid tamen obtinetur inter Doctores, videtur hæc eorum communis opinio:
26 quòd si homicida † homicidium aliis facturus non fuisset, nisi interuēnisset consilium cōsulentis: tunc par idémque

quę delictum est facere homicidium, vel consulere persuadendo aliàs non facturo & inde facienti. pro quo *c. sicut dignum. § quia verò, de homicidio, & ibi gl. magna, & ca. fi. eo. tit. lib. vj. & l. qui seruo. ff de furt. & l. in furti. § ope. eo. ti.* quod etiam habetur *in regu. nullus ex consilio, de regu. iur. lib. 6.* Quando † autem mandato, fit per personas exequentes mandatũ & aliàs non facturas: & tũc tenetur mandãs lege Cor. *l. iij. § item versi. item qui auctor. ff. ad leg. Cor. de sicc. cap. fi. de homici. lib. 6. l. in hoc iudi. ff. de seruo corrup. & l. quoniam multa. C. ad legem Iul. de vi. pu. & C. de seditio. per tot.* ¶ Tertium † membrum est operis remoti: & tunc, aut præbet opem aliàs non facturo: putà, quia gladium † furioso dedit vt se vel alium occidat, & tenetur. *l. nihil interest. ff. ad legem Cornel. de sicca.* vel aliud iuuamen præstitit, quo cessante & mediante homicidium inde per aliũ fuit factum, quod alias factum non fuisset, nisi dolo & nutu illius coadiuuantis, de quo *per doct. in l. is qui opem. ff. de fur. & in § interdũ quoque. & § sec. Insti. de oblig. quæ ex qua delic. nascuntur. & in l. damni. § si mandato ff. de dam. infec. cum concor gl. & § illud. insti. de manda.* Quartum † erat operis propinqui: putà, quia ipsemet commisit cum alio, & cooperatus est, & æqualiter peccat: quia est principalis in delicto, illo casu, de quo vide *per glo. magnam & auream in hac materia in c. j. sup. verbo pars pœna. quæ de quadruplici consensu loquitur de offi. delega.* ¶ Extra † istos casus quæri solet, an negligens per cuius negligentiam cõtingit homicidium: puta quia faciliter poterat obuiare & nõ obuiauit, teneatur pœna legis Corne. de sicca. & iste casus dubius est in iure. Nam regulariter non tenetur quis obuiare delicto, nisi persona, quæ veretur offendi esset dominus vel pater ita videtur velle Glo. *in l. culpa caret. ff. de re. iu. pro quo facit. l. vtrum. de parricidiis.* In oppositum facit. *c. delicto. de sen. excommunica. lib. 6. & melius l. si omne. § fi. ff. de re mili.* Et ideo pro concordia dicere possumus arguendo ab æquitate paritatis rationis, quòd quẽmadmodum filius & seruus tenentur subuenire patribus & dominis iniuriam patientibus: ita etiam domini vel patres, & alij qui habent in offendentes potestatem, tenentur ipsos prohibere, aliàs consentire videntur. Et hoc est quod voluit Glo. *in d. l. culpa caret. in finalibus verbis suis.* Et est casus *d. l. si omne. § fi.* pro quo *fac. l. in omnibus. & l. in delictis. ff. de noxa.* Et est casus magis

27 28 30 31

32 conueniens literæ *in l.j.§.j.ff.si fa.fur.feci.dicatur.* ¶ Vnus † tamen est notandum, quòd licet ex delicto illo teneatur, non tamen eadem pœna *arg.eor.quæ leguntur & notantur.j. q.j.quidquid inuisibilis.& 83.dist.consentire.in fi.* Et istud arbitrabitur iudex ex qualitate negociorum & casuum *per l.sancio legum.ff.de pœn.* Vnum tamen mirabile videtur vel le Glo.*sup.verbo sub nomine in d. l.j.ff.si fa.fur.fe.dicat.* quod non prohibens furtum fieri, nullum maleficium faciat. Et quia dictæ glosæ aduersantur, subaudiendum est præd. gloss. intelligi debere, quando dominus seruum furtum facere prohibere non potuit, quod multis casibus con-
33 tingere poterit, ipsius iudicis arbitrio relicti. ¶ Nunc † de homicidio per venenum commisso videndum. Et licet
34 reperiantur † tres species venenorum in iure. Nam quoddam est venenum malum. Et istud est in duplici differentia: *quia* quoddam est, quod potest misceri cum alio medicamento & effici bonum, & tale vendi potest. Aliud autem, quod non potest cum alio misceri & de se semper malum est. & illud non potest vendi de quo *in l.quod sæpe.*
35 *§.veneni.ff.de contrahen.emptio.* Et † ideo, qui tale venenũ vendit, quod de se semper malum est: quia ad necandos homines fecerit, habuerit, vel vendiderit, plectitur eiusdẽ legis Cornel. pœna *l.3.in prin.ff.ad leg Corn.de sicc.* Et multo magis, qui illo vsus fuerit *per l.j.§.præterea, eo.tit.* Et generaliter quodcunque venenum sit, ex quo mors homini inferatur, is ex dolo facientis, habentis, dantis, vel vendentis pœna dictæ legis tenetur *in dic.l.iij.§.j.ff.eo.* Facientes autem, habentes, vel vendentes venenum, ex quo mixto cum alio medicamento possunt fieri antidota, vel alia medicamenta; & illo animo facientes, habentes, dantes, vel vendentes, inspicere debent quales sunt personæ
36 quibus vendunt. Nam † medicis, cirurgis, & marescalis vendere possunt. Sed si aliis personis, vel eis ignotis venderent, certè tenerentur pœna legis Cor. prędictæ *per d.l. iij.§.alio.* Verùm cùm & hoc casu secuto homicidio, non eueniret ex dolo faciẽtis, habentis, dantis, vel vendentis; sed ex lata culpa, tunc leuianda esset pœna, vt supra dictum est, in membro homicidium ligno facti. Nam ad
37 hoc † quòd lex Cornelia de sicca. locum habeat, oportet quòd dolo fiat, vt per discursum legum dict. tit. appa-
38 ret & signanter *in d.iij.& l.leg. Corn.eo.tit.* Et pro † omni resolu-

resolutione in hoc articulo multum facit arbitrium iudicis arbitrantis ex qualitatibus personarum & actuum. ¶ Notandum † tamen est, quòd sub isto membro potest 39 eadem pœna abortionis contineri, de qua *in l. Cicero. de pœn.ff.& in l.diuus.ff.de extraord.crimin glo.in cap.si aliquis. de homicid.* pro quo distinguo, quia Aut abortus fit partu nondum formato & animato: Aut formato seu animato. Et sic si formato siue animato, punitur pœna capitali: *vt in d. l. Cicero. in princip.* Si autem nondum formato, & tunc Aut fit hoc accepta pecunia, Aut non. si cum pecunia, subdistinguitur, quia Aut intra xl. dies Aut post: si intra, pœna exilij temporalis punitur *per d l.diuus.* Si verò post xl. dies, perpetuo exilio damnatur. *ff.ad leg. Cornel.de sicca.l.si mulierem, secundum intellectum Docto.*¶ Postremò † 40 videndum restat de homicidio quod pugno: id est, cum quocunque membro sine armis, committitur: de quo *in l. qua actione.§.occisum.ff.ad l.Aquil.* Et ideo, quia manu vacua, vel pugno, potest homicidiũ cõmitti, meritò eadem lege & pœna punitur. quia lex Cornel. animũ & actum respicit, vt per discursũ tit. *ad leg.Cor.de sic. colligitur.*¶ Aduertendũ † autẽ est, quòd de iure canonũ, Si quis sit vulne- 41 ratus, & vulnerans pro remissione à principe obtinenda, probet vulneratũ per tres dies post vulnus illatũ vixisse, lasciuiẽdo, quod nõ præsumitur ex illo vulnere decessisse. *c. si qua fœmina 50.dist.* saltẽ quo ad hoc, quòd vulnerat ipse teneretur de occiso: sed si ante triduũ decederet teneretur. Et in hoc † differt ius canonicũ a iure ciuili: quia 42 ius canonicum æquiparat culpam latã dolo. *c. eos. & c. si quis voluntariè.c studeat.& c.j.qui, ea.dist.* Ius verò ciuile latam culpã dolo non æquiparat *per lec.& notata in lege Cor. ff.ad leg.Cornel.de sic.cum ibi nota.* ¶ Multis aliis modis committitur homicidium, qui colligũtur *ex ti.ff.ad leg. Aquil. & extraor.de homicid.* Sed quia sunt illa homicidia excusabilia à formali dispositione legis Corne. ideo relinquo & ibi remitto. ¶ Superest videndum, quæ pœna de iure canõnico pro homicidio imponatur. Et quia † homicidium 43 dupliciter committitur scilicet casu & proposito. Sed quia de illo quod casu committitur canones nullam pœnam assignant, maximè quando dabatur opera rei licitæ *per c.Ioan.& c.si.de homic.* Videndum † est, quæ pœna as- 44 signatur, quando opera dabatur rei illicitæ. Nam tunc de-

bet si hoc clericus committat.perpetuò remoueri, & ab officio sacerdotali deponi.*cap.praesbyterum, de homici.volun ta.cum sua glo.c.si quis viduam* 50. *dist.* quia post homicidiũ munus suum administrare non potest.*c.miror.ea.dist.* Vbi autem homicidium animo committitur,tunc distinguẽdum est,an homicidium sit scandalosum Reipublicae per qualificationes : & tunc, quia ecclesia non habet maiorem poenam in hominem quam depositionẽ & detrusionem in monasterium *vt in c.tue de poen.* pro quo non esset sufficiẽter punitus,poterit ecclesia altero de duobus modis procedere:scilicet per degradationem & curiae seculari traditionem.de quo *in c.cum non ab homine, de iudi. & in praelleg.c.tue.*Vel quòd *secundum theoricam.c.nouimus, in fi.de verb.significa. & in c.quamuis, de poen.lib.6.* perpetuò † carceri mancipetur,& ibidem de pane & aqua alatur. Dictus tamen † carcer nõ debet esse tantae austeritatis,quòd verisimiliter possit esse ad mortem : sed debet esse verisimilis ad poenã propter dubium irregularitatis, de quo *per Doct.in dictis ca.nouimus. & c. quamuis.* vbi me remitto ad ea quae notantur *in c.cum non ab homine,de iudi.* ¶ Illi † verò qui sibiipsis mortem conciscunt puniuntur secundum qualitatem animi quo mouentur.Nam si ob dolorem vel infirmitatis impatientiam se interimant in nullo puniuntur *vt in l.j.in fin.C.de bo.eor.qui mor.sibi consci.* Si verò ex alia causa sibi mortem constituant,tunc aut se interimũt aut interimere satagunt. Primo casu, die quo ad bona *vt inf.de bon.dam.in fi.*Quoad verò corpus,quia iam est mortuũ non potest pati poenam, sed ad terrorem delinquentium penes nos pro spectaculo suspenduntur. quod est tolerabile *ar.eorum que habentur in c.mulier.*15 *.q.j. & in l.j. C.ad leg.iul.repetun.*Secundo casu,quãdo satageret,dic,quòd aut erat conscius criminis.aut non si erat conscius,primũ punitur poena capitali.*l.si quis aliquid,§.miles.ff.de poen. l.omne delictum. §. qui se ff. de re mili.* Secundo casu punitur ac si alium animo occidendi vulnerasset.*l fi.§.sic autem hoc ff.de bon.eor.qui mortem sibi consci.de quo.3.istomet titu.dixi.*

45 46 47

De

De Parricidio.

R v b. v i i.

Argumenta.

1. Parricidii crimen quibus casibus committatur.
2. Lex Pompeia de parricidiis quando & in quibus locum habeat.
3. Parricidii pœna ex iure ciuili.
4. Leges posteriores vt per priores intelligendæ.
5. Fautores & conscii criminis parricidii vt puniantur.
6. Parricidii pœna ex iure canonico.

HOc† crimen, quibus casibus committatur satis insinuant leges *in ti. ff. ad l. Pom. de parricid. lib.* 48. Nam propriè † locum habet, vbi quis aliquem parentum occidit, vel vbi aliquis parens aliquem descendentium perimit. Et sic habet locum in ascendentibus & descendentibus in infinitum. ¶ In collateralibus verò habet locum in quibusdam gradibus: vt qui fratrem, sororem, patruellem, matruelem, patruum, auunculum, consobrinum, consobrinam, & in aliis quibusdam affinibus, vti vxore, nuru, genero, socru, vitrico, priuigno, & priuigna. Et in legitimis parentibus, vti patrono & patrona, de quo *in l. j. & l. frater. & l. sed sciendum. & l. compater. ff. eo. tit. pro quo videatur Gloss. in d. l. j sup. verbo pœna.* Pœna † autem huius sceleris est, quòd committens, virgis sanguineis verberatus, & post insutus culeo. i. sacco corij, cum cane & gallo gallinaceo vipera & simia, vt inter ferales bestias comprehensus serpentum contuberniis misceatur: & vt regionis qualitas tulerit, vel in vicinum mare, vel in amnem. i. fluuium proiiciant, vt omni elementorum vsu viuus carere incipiat, & ei cœlum superstiti terra mortuo auferatur, quòd si nec mare, nec amnis proximi sint, bestiis traditur, quæ pœnæ colliguntur *ex l pœna. ff. eo. & l. vnica. C. eod.* Et locum habet tam ea verbis quam mente legis Pompe. in personis prænumeratis. Hodie tamen, quia difficile esset vbique similes bestias reperire, sufficit quòd pœna vltimi supplicij imponatur talibus cum aliquo genere pœnę arbitrio iudicis, ídque secundum qualitatem regionis arbitrandæ; tali videlicet, per quam metus, terror, & pauor omnibus videntibus & similia

cogitantibus imponatur. Et hæc est mens legis, de qua *in d. l. j. ff. eod. titu.* dum dicit: Tales lege Cornel. teneri. Et quemadmodum *leg. vnica. C. eo.* limitatur quo ad hoc, vt proiiciatur in mare, aquam vel amnem *per l. pœ. ff. eod.* vt intelligatur, videlicet, si sibi sit mare vicinum. Nam si non fuerit, bestiis subiicitur vt dictum est *per l.* 4 *pœna.* per quã limitatur *d. l vnica.* Nec est † inconueniens posteriores leges per priores intelligi *per l. sed & posteriores, & per Glo. in l. non est nouum. ff. de legi.* Dicere ergo possumus, quòd si etiam tanta difficultas sit, quæ quasi æquiparetur impossibilitati, posset iudex dispensare in dicto genere pœnæ: dum tamen æquæ pœnæ terribiles adiicerentur. *ar eorum quæ habentur in l. relegatum. ff. de v-* 5 *sufru. leg. & in l. fin. ff. de ope. pu. cũm similib.* ¶ Et † eadem pœna puniuntur fautores & conscij criminis. *l. vtrum ff. eod.* & sic grauiori pœna puniuntur, quam si ipsimet facerent: quia si ipsimet facerent, solùm punirentur pœna legis Cor. Hoc tamen introductum est propter horro-6 rem criminis. ¶ De † iure autem canonico pœna talium committentium est depositio & curiæ seculari traditio. Nam pro simplici homicidio fit depositio & detrusio *vt in c. cum non ab homine, de iudi. iuncto c. tuæ, de pœnis. & c. sicut dignum. cum Glo. de homici. & c. fin. eod. tit. lib. 6.* at debet pro isto homicidio qualificato & enormi imponi grauior pœna; sed quia grauior non inuenitur de iure canonico, quàm depositio. *vt in cap. ad reprimendum, per Glos. de offi. ordi.* Nec habet ecclesia vltra quid faciat, nisi quòd eum degradet, & relinquat iudicio seculari *ar. c. prææalle.* cùm non ab homine procedi poterit ad degradationem vel recurretur ad theoricam. *c. nouimus de verb. sig. & c. quamuis de pœnis. lib. 6.* scilicet vt in perpetuum carcere ponatur vbi pane & aqua pro vita sua vtatur, vt supra in homicidio dictum est. De pœnitentiali autem pœna nihil dico, sed remitto me confessoribus, qui videant & studeant rubricam, de his qui fil. occiderunt.

De Sortilegiis, maleficiis, mathematicis & similibus.

RVB. VIII.

Argumenta.

1. De Sortilegiis, vt in Pandectis nec Codice non sit constituta rubrica.
2. Sortilegi, malefici, & mathematici, vt tripliciter delinquere dicantur.
3. Sortilegium in proximum vt variis modis committatur.
4. Occidere veneno vt plus sit quàm gladio interimere.
5. Sortilegio delinquentes in proximum vel seipsum vt pœna afficiuntur. vid. & nu. 6. inf.
7. Orationes vel verba sacra in collo per abusum alligantes vt puniendi, cùm vix superstitione careant.
8. Diuinatores vt puniendi, & vt diuinandi plures sint modi.
9. Diuinatio omnis vt prohibita.
10. Diuinatorum receptatores & fautores vt grauiter puniantur.
11. Magia & magicæ artes damnosæ.
12. Magiæ pœna ciuilis.
13. Magos vt non excuset dignitas.
14. Sortilegii & Magiæ pœna canonica.

HÆc rubrica † non habetur expressa in Pandectis 1 siue ff. Sed de prima parte habetur in antiquis. reliquę verò partes tractantur *C. de malefic. & mathemat.* Pro cuius † expeditione clariori facio, tres constituuntur 2 partes sequentes, secundùm quod in his tripliciter delinquitur: Primò in Deum. Secundò in proximum, & tertiò in seipsum. Prima pars expedita est. *suprà in rub. læsæ maiestatis diuinæ.* Secunda quando scilicet in proximum delinquitur, tractatur. *C. de malefi.* Tertia verò, quando in seipsum principaliter, tractatur, *in tit. de sortileg. in antiquis.* ¶ Capio † igitur secundum membrū, videlicet 3 quando in proximiū delinquitur, quod contingit duobus modis, vel verbo, vel opere. Et quidem qui opere talia committunt ex quibus mors sequitur, de quibus *in l. j. C. de malefi.* hi lege Cornel. de sicc. tenentur. *l. j. in prin. ff. ad leg. Cornel. de sicca.* Nam plus est hominem ve-

neno extinguere, quàm gladio extinguere, *in d.l.j.C.de malefi.* Et quia de dictis duobus membris satis supra tra-
5 ctatum est: Nunc videndum † est de tertio, videlicet, quando in seipso principaliter delinquitur. quod membrū subdiuiditur in duo. Nam sunt, qui simpliciter in se & non in proximum delinquunt: alij verò in se & in proximum, vti sunt illi qui magicis artibus vsi elementa turbare, vitas insontium labefactare non dubitant & accitis crudelibus & inhumanis manibus intentantes audent ventilare, vt quisque suos conficiat malis artibus inimicos. hos quoniam naturæ peregrini sunt fetalis bestia absumat, id est, ea morte, qua bestiæ scilicet gladio moriantur. *l.multi.C.de malefi. & mathe.* vel etiam bestiis feris lacerandus tradatur *vt vult Glo. in l. nemo.eod.titu.*
6 Nunc de † tertio membro principali quando seipsum sub quo membro cadunt sortilegia & aliæ superstitiositates. Et quia ista etiam pertinent ad forum secularem *vt in c.accusatus §.sanè,de hære.lib.6.* videndum est, an v-
7 tentes † orationibus, in collo vel alterī membro alligantes vt inde curentur à doloribus & anxietatibus suis, comprehendantur sub hoc titu. de qua quæstione habetur *in ij.q.lxxxvj.*al.*c.iij.dist.36.* Et finaliter cauendum est, in verbis sacris quæ in collo portantur, ne sit ibi aliquid impertinens ad inuocationem dæmonum: quia hoc indubitanter esset superstitiosum & illicitum. Cauendum etiā est ne sint ibi verba ignota, ne sub illis lateat aliquid, & ne fiant aliqua vana, putà caracteres, & nihil penitus præter crucem. Cauendum quoque, summopere ne habeatur spes in modo scribendi, vel ligandi nec habeatur spes in manu in qua scriptum est, vt putà, an in charta virginea vel sit vas triangulare. Nec omnino debet poni spes in aliqua vanitate, quæ non pertineat ad diuinam reuerentiam: quia totum hoc esset superstitiosum & illicitum & peccatum.*xxxvj.q.iij.(Laodicens.consil.36.) & xxvj.q.v.c. non liceat, ibi, ne in collectionibus herbarum, &c.* Enimuero, quia in istis casibus non est dolus expressus, licet cadere possit superstitiositas, leges ciuiles hoc casu pœnam non determinant, sed est iudicio contentioso & pœnitentiali ecclesiæ remittendum *vt in d.c.*
8 *non licet.* ¶ Diuinatores † autem sub hac rubrica continen-

tinentur & diuinandi modi sunt plures. Sed ad propositum nostrum enumerantur sex modi *in l. & si excepta.§. si quis. C. de malefic.* Et licet argumenta fieri possent hinc inde an diuinatio sit permissa, vel ne. Conclusio † tamen 9 est, quòd non debet esse augurium in Iacob, nec diuinatio in Israel, quia per tales diuinationes vsurpantur ea, quæ ad Deum pertinent, scilicet notitia futurorum. *xxvj. q.v.§.j. & fac.l. sed & restituatur. ff. de iudi.* & etiam in eo, quod in talibus quærunt salutem, quæ à solo Deo quærenda est. *xxvj.q.ij.c. qui sine saluatore.* Et ideo omnis diuinatio est hodie prohibita. *xxvj.q.ij.c. illud verò neque aliquid.* & habetur expressum *in c. suarum de sortil.* facit quoque quod habetur *Deut.xviij.c.non inueniatur in te, qui obseruet auguria.* Et iterum *non inueniatur in te qui obseruet somnia.* Et iterum ibidem, *non inueniatur qui ariolos excitet, neque qui diuinos consulat.* & ideo tales sunt omni iure reprobati quæ si ad limina alterius accedant, iubentur concremari *l.nullus.C.eo.* ¶ Receptatores † verò eorum 10 deportantur, & bona eorum publicantur. *vt ibidem.* fautores autem capitaliter puniuntur *l.fi.c.eod.* & alia lex tales gladio iubet esse puniendos *l.nemo. c.eod.* vel bestiis subiiciendos *vt ibi glo.* vt suprà dictum est. ¶ Sunt autem, † qui per artes illas magicas, personas plurimas læ- 11 dunt conflatis imaginibus ceræ, & qui eo modo plures damnificant. de quibus *l.multum.eod.tit.* Aliqui verò pudicos animos ad libidinem prouocant. *l.eorum, eo.titu.* vel inimicitias inter coniuges vel alios causant *vt in dicta l. malti.* Et tales leges prosequuntur ita quòd si mors subsequatur lege Cornelia tenentur vt supra dictum est. Et breuiter omnes leges illius titul. *C. de malefi.* seueriter tales iubent puniendos, quæ procedunt in conuicto & confesso. vt sentit text. *in d.l.& si excepta.§.si quis. eod.titu. de malefi.* Si autem conuicti testibus confiteri nolint, per hoc tamen non euadunt punitionem, licet mitius puniantur. Nam iubentur in aculeo poni & ibidem lacerari, donec vngulis sulcantibus & tinctis, illorum sanguine, sic pœnas proprio dignas facinore proferant. *d.l.& si excepta, in fin.* ¶ Vnum † tamen notandum est, quòd quæcunque dignitas non excusat tales 12 à quæstione. *d.l.& si excepta in princ.* & hoc propter infa-

miam criminis. quod crimini læsæ maiestatis, compara-
14 tur. ¶ De † iure autem canonico pœna sortilegorum & diuinatorum est, quod tonsurantur in capite, & decaluantur ad modum stultorum, vestésque eorum ante & retrò scindantur. Et de hac decaluatione habemus. *xxxij.q.1.ca. de benedicto.* Et sic dehonestatus de tota parrochia eiicitur. *xxvj q.v.ca.episcopi.* Et efficitur infamis *ij q.viij.quisquis.* & si habeat officium vel beneficium, potest illis priuari vt vult Glo *fi.in ca.j.de sorti.per c.non oportet.ex vj.q.v. cum duobus seq.* Hodie tamen tales sortilegi vt dictũ est iure canonico dehonestãtur. *ca.episcopi.e.causa.& q.* & mitrã depictam eorum sceleribus capiti imponunt, & in scala in loco pub. dum populus ad diuina concurrit, stare faciunt, & exinde eos cum vituperio extra diœcesim eiiciunt. Quæ practica potest fundari *super dictu cap.episcopi.& ca. de benedicto, præalleg.* Possent tamen alia fieri per dæmonum inuocationes. quo etiam casu clerici degradantur: *per cap.admoneant. xxxvj.q.vlt.* quia tunc incidunt in hæresim: vt suprà dictum est tit. *de hereticis.*

De falsariis & falsis.

RVB. IX.

Argumenta.

1. Falsum quid.
2. Falsum vt sine dolo non committatur.
3. Falsum quibus modis committatur.
4. Falsum vt consensu committatur.
5. Vendens aut hypothecans rem duobus vt crimen falsi vel stellionatus committat, & qualis eius pœna.
6. Falsum, vt verbo committatur pluribus modis.

7.	Falsum, vt	Suggerendo,	committatur.
8.		Denunciando,	
9.		Testificando, vid. & nu. 27.	
10.		Malè iudicando.	

11. Falsum, vt opere multis modis committatur.
12. Falsum, vt scriptura committatur.
13. Falsæ scripturæ ratione, vt non sit differentia inter publicum

blicum & priuatum interesse.
14. Notarius,vt falsum committat,Vid.& nu.16.
15. Notarii falsum committentis pœna.Vid. & nu.17.
18. Falsum vt committatur sibi adscribendo in testamento siue codicillo.
19. Falsum,vt in moneta committatur,& huius pœna.
20. Falsum, vt in mensura committatur & puniatur.vid. & nu.28.
21. Falsum vt { In Suppositione partus,
22. Vsu, veluti in alterius nominis assumptione mutatione aut suppositione,
23. In omissione. } committatur.
24. Falsum committentis pœna ex iure ciuili.
25. Falsi accusatio intra quod tempus præscribatur.
26. Falsi vt plures pœnæ, & earum distinctio ex iure canonico.
27. Falsum per testem,vt committatur.
29. Falsificantis sigillum pœna.
30. Falsus denunciator,vt puniatur.
31. Falsum scripto attestantis pœna.
32. Falsificantis literas seu bullas apostolicas pœna.
33. Falsis literis vtentes,vt puniantur.
34. Falsificantis literas prælatorum, vel etiam instrumenta,pœna.vid.& nu.36.
35. Falsi tabellionis pœna.
36. Clericus falsificans alias literas quàm papales,vt puniatur.

PRIMA pars huius rubricę habetur in antiquis decretalibus:secūda verò *ff.& C.ad leg.Cor.de fal.lib.9.* Et quia mitior est pœna legalis,quam Canonicę ideo primò tractatus legales præmitto. & sic de fal. præmittēdo quæro Quid † sit falsum.Equidem falsum quo ad propositum attinet, est mutatio veritatis dolosè facta vt colligitur *ex l. quid sit falsum.ff.eod. ex cap.tua nobis, de offi.vica. & faciunt quæ habentur in cap.super literis,de rescrip.& in § ea quæ,Inst. qui.ex cau.manu. non po.* Et addidi illa verba scil.dolosè facta.ex *l. nec exemplum,C. eod. & l.impuberem.ff.eo.* quia ad hoc, quòd hac † pœna quis teneatur,oportet quòd dolo falsum cōmittatur *per d.ll.* Quę quidē diffinitio ex præmissis iuribus elicita omni casui conuenit specificè descripto *in tit prænarratu.* Et quia propositi † nostri est,casus & pœnas describere, falsum committi posse his modis arbitra-

1
2
3

mur.Consensu,verbo,opere, vsu,& omissione,quæ membra si discerneremus nihil vel parum horum quæ sub hoc
4 crimine cadere possunt relinquimus. De his ergo falsis † quæ consensu cōmittuntur præponentes quæritur,Quibus modis falsum cōsensu committitur. Et quia maxima pars contractuum ex consensu vires sumit,dicitur falsum committi per contrahentes, putà, quia rem duobus quis vēdidit.*per l.qui duob.ff.eo.tit.* in quo articulo faciamus quatuor membra.Primum,quod † præmissum est:scil:quādo
5 rem vni venditam alteri vendi.quo casu committitur falsum vt dictum est.Secundum, quando vni rē ypothecatā alteri vendidit,permutat,aut insolutum dat. & tunc non reperitur pœna corporalis specificè à iure statuta. Sed est arbitraria *per lecta* & not. *in l.stellionatus.§.pœna.ff.de crimine stellio.* & vltra prouidetur decepto per remedia titulorum.*ff & C.qui poti.in pign. habeant.* Tertium, quando quis rem vni obligatam, alteri ypothecat. & tunc etiam est pœna criminis stellionatus.*vt gl.in d.l.stellionatus.ff.de crimine stelliona. Et est tex. expressus in l.si quis in pignore.§. sed & si quis.ff. de pigno.act.* Quartum,quando quis aliquam rem vendidit, & illam nondum traditā alteri ypothecauit *per ea quæ habentur in d.l.qui duobus , iuncta.l.alienatum.ff.de ver.sig.* Et in istis membris solum notatur sub hac rubri.primùm,quando scilicet quis duobus rem vendic. Nam ista rub.cætera membra ad alias species declinat (vt supra dictum est) quæ suis locis & ordine tractabun-
6 tur.¶Et ideo † de secundo membro est tractandū: vel de falso quod cōmittitur verbo,quod contingit quinque modis principaliter:vel suggerendo,denunciādo,accusando,
7 testificando,& iudicando.Suggerēdo, † puta,quia impetrando rescriptum falsum suadetur principi vel iudici.*in l. si quis obrepserit.ff.eo.* & ex ea persuasione fit iniustitia parti contra quam persuadetur.De quo vide *ff.eo.l.si quis obrepserit.& in iuribus per Gloss. in ea allegatis. & in l.maiorem.*
8 *& l.vbi falsi C.eo.titu.* Denuntiando † & accusando etiam committitur falsum vt in *l.lege Corn.*cauetur.*§.fi.ff.eo.* pro quo faciunt quę tradūtur per Doct.*in l.j.ff.ad Turpil.* Cō-
9 mittitur † etiam falsum hoc casu facilè testificando.*l.j.in prin.& §.j.& l.falsi pœna.ff.eo.*& punitur etiam si testimonium non habuerit effectum.*per lecta & not.in ca.j.de crimine falsi.* Ex quo testimonio si sequatur homici-non so-
lum

lum tenetur leg. Corn. de falsis, immò tenetur l. Corn. de sicca. talis testis vt suprà dictum est *in tit. de homicidio. rub. viij.* ¶ Pariter † falsè iudicando committitur falsum *l. j sed & si quis, & §. seq. ff. eo. tit.* Et tenetur de homicidio, si homicidium sequatur vt supra dictum est *in d. tit. de homicid.* 10

¶ Opere † autem multis modis falsum committitur: puta, scriptura † falsum scribendo vel verum delendo *vt in l. j. ff. eo.* Nec † est differentia inter scripturam concernentem rempublicam, vel interesse priuatum *per lec. & no. in l. damus licentiam. C. ad leg. Cor. de falsa.* Et est notandum, quòd notarius † si culpa, dolo, vel negligentia aliquem plus vel minus scribendo damnificet, tenetur † ad omne interesse *per text. in l. fi. C. de magi. conue. & in l. fi. ff. si mensori fals. mo. dixe. in l. ij. C. de nume. & actu. li. xij.* Tenetur etiam notarius pœna falsi, falsum attestando in instrumento suo: puta, quia dixit & attestatus fuit in sui præsentia pecuniam fuisse numeratam, quæ non fuerit numerata. *ita nota. Doct. l. si ex cautione. C. de non nume. pecu. in l. si ex. in l. j. C. de cano. frument. vrb. lib. xij.* Item committit † falsum notarius falso signo vtendo. *l. lege Cor. testamentaria ff. eod.* Et est † hodie pœna notarij falsum instrumentum scribentis quia perdit manum *per cap. imperialem. §. scriba. de prohi. alie. feu. per Frede.* quod limita vt *infra in fine* dicetur. 11 12 13 14 15 16 17

¶ Committitur etiam † falsum, quando quis sibi ascribit in testamento vel codicillo: siue ascribat sibi hæreditatem, siue legatum, vel substitutionem. *l. qui testamentum. cum quatuor sequen. & l. diuus. & l. impubere. ff. ad leg. Cor. de fal. & C. de his quæ sibi ascri. in testamentõ.* quos casus hic longum esset narrare, ideo ibi lectorem remitto. 18

¶ Item cõmittitur † falsum in falsa moneta: vt sunt illi, qui nummos partim raserunt, partim tinxerunt, vel confixerunt; qui si liberi sunt, bestiis subiiciuntur, & si serui vltimo supplicio damnantur. Et idem de eo *qui falsam monetam percusserit. l. qui falsam. ff. eod.* Vel adulterinos nummos fecerit: puta plũbeos, vel stãneos. *d l qui falsum. & l quicunque. & l pe. eo. ti.* Hæc tamẽ pœna latius declarabitur *in tit. de falsa moneta.* 19

¶ Cõmittitur † etiã falsũ in falsa mẽsura *vt in l pe. §. fi. ff. e.* cui⁹ pœna est relegatio: *vt ib. & in l. annonã. § fi. ff. de exor. cri.* Sed iure canonico indicit pœnitẽtia quod ieiunet xxx. dieb⁹ in pane & aqua *c. j. de emp. & vẽ.* Ego tamẽ regularẽ & adaptarem pœnis ciuilibus, vt in 20

21 præcedẽtib⁹ dictũ fuit: & infrà dicetur. ¶ Itẽ † cõmittitur falsum supponendo partũ. *l. qui falsam. ff. eo. tit. & lege Corn.*
22 *testamentaria. §. j. eo. tit. & l. cum suppositi. C. eo.* ¶ Præterea †, etiam committitur falsum, in vsu; puta, quia vtitur quis falso nomine. *l. falsi nominis. eod. tit ff.* Vel falso officio vel dignitate. *l. eos. ff. eod. tit.* Vel falso nomine alterius vtitur mandato. *l. quæ nomine. eo. tit. ff.* vbi notatur de falsum seruientibus. Qui si pecunia corrupti hoc faciant, puniuntur vt falsarij. *ff. eo. l. j. §. sed & si quis obrenuntiandũ.* Sed si nõ sit corruptus pecunia, tenetur ad interesse. *ff. eo. ti. l. qui nomine pretoris*, quod not. pro executoribus falsas relationes
23 facientibus. ¶ Postremò verò † committitur omissione: vt si quis testamentum celauerit. *l. eum qui. C. eo. tit. & ff. e. l. qui testamentum. & l. instrumentorum. e. ti.* per quem probatur non habere locum in aliis instrumentis subreptis vel celatis. Sed bene verum est, quòd habet etiam locum in codicillis celatis cùm sint pars testamenti. *l. impuberum. §.*
24 *codicillos. e. ti.* Pœna † autem regulariter est in hoc delicto, deportatio & omnium bonorum publicatio. *l. j. §. fi. ff. eod.* Sed in aliquibus casibus specialibus mitius proceditur. vt
25 sup. dictum est. Et est † notandum, quod querela siue accusatio huius criminis præscribitur. xx. annis *vt in l. querela. C. e. & ibi notatur in gl.* quorum criminum accusationes, & quantis temporibus præscribantur. ¶ Nunc de pœ-
26 nis † videndũ restat, de quibus canones diffiniunt. & quidem cõmittentes falsum verbo, vti dixit textus: quia tres lædit, triplex ideo pœna imponitur: scilicet in eo quod lædit Deũ, septẽnis pœnitẽtia nec vnquã admittitur ad testimoniũ *vt vj. q. j. quicunque.* & quia iudicem deludit, notatur infamia. *xxij. q. v. si quis conuictus.* & verberibus castigatur. *vt q. v. illi qui. in prin.* In eo vero, in quo proximum lædit, iuxtà modũ læsionis punitur. *per nota. in q. ix. nihilominus.* vel dicere possumus, quòd debeat deponi *per lecta & no. in c. olim, de rescriptis, & in c. cũ olim, de offi. deleg.* Et in monasteriũ detrudi ad pœnitentiã agendũ *ar. c. si quãdo 50. distinct. & eorum quæ habentur in c. cum non ab homine. de iudi. & in c. tua de pœn. & melius in c. nouimus. de ver. sig.* Et di-
27 citur † falsũ per testẽ cõmitti, etiã tacẽdo verũ *c. presbyteri.*
28 *v. q. vj.* In † deliquente autem in facto: vt in falsificãte mensuras, non est pœna certa statuta de iure canonico, nisi capiamus pœnã *gl. iij. l. pen. ff. eo. & c. vt mensure. de emp. & vendi.*

& vend. quæ dicit.leg.Cor.de falsis puniri,quę est in libero homine deportatio & bonorũ publicatio,vt s.dictũ est *in l.j.in fi.ff.ad leg.Cor.de fal.* loco cui⁹ succedit de iure canonico depositio,*vt no.per Doc.in c.qualiter,l.2.de acc.* Erit similis pœna,quę in teste,vt in pœnis ciuilib⁹ vt supra dictũ est *per l.hodie.§.si venditor.ff.ad leg.Cor.de falsis.* ¶ Falsificãtes † autem sigillum de iure canonico puniuntur secundum diuersitatem sigillorum. Nam falsificantes sigillum vel plumbum Romani pontificis degradantur & potestati seculari traduntur *vt in c.ad falsariorum de crimine falsi.* Falsificantes † autem sigilla Principum verbaliter degradantur,& signantur sigillo falsificato vt ab aliis discernantur, & a prouincia seu diocœsi expellũt.*c.ad audientiã. eo.ti.* Falsus † autem denunciator suspenditur ab officio & beneficio *per c.fin.de calum.* Qui verò † falsum scripto attestatur,ab officio & beneficio suspenditur. Qui verò literas seu bullas aposto. falsificant modis & formis de quibus *in c.ad falsariorum,de crimi.falsi.* & sic puniuntur degradatione & curiæ seculari traditione. Nam si sit clericus excommunicatus priuatus beneficio & officio curiæ seculari traditur.Si verò est laicus excommunicatur,& curię seculari etiam traditur. Illi verò qui non falsant, sed falsè impetrant per dolum & maliciam, puniũtur pœnis,de quibus *in c.sup.literis de rescrip.* ¶ Vtentes verò falsis † literis,si sint clerici debent officiis priuari & beneficiis.Si verò laici sunt,ipso iure excommunicati, vt sentit *text.in d.c.ad falsariorum.* Falsificantes † verò literas aliorum prælatorum,vel instrumenta deponuntur & in monasteriũ intrudũtur.50.*dist.si episcopus.* Alias autẽ pœnas canonicas curiosus lector ex discursu dicti tit. *de crim. falsi.* colligere poterit. ¶ Et quia plurimum falsum à tabellionibus † committitur,videndum est, qua pœna hodie puniantur pro quo distingue.Quia aut † delinquunt cõtra ecclesiam,aut contra fiscum,vel contra priuatum. In primo casu,scil.quando contra ecclesiam, falsum scribendo,tunc puniuntur pœna *l.iubemus.§.sanè.C.de sacrosan.eccle.* scil.quod pœna irreuocabilis exilij damnantur. *d.§.sanè.ver.hu tabellionibus.* In secundo verò casu: scilicet quando contra fiscum distinguitur. Quia aut delinquit ipse notarius in non faciendo,hoc est in omittendo ea ad quæ tenebatur,& tunc punitur mutilatione seu abscisio-

29 30 31 32 33 34 35 36

ne manus *vt in supradi.§.scriba. de probi.feu.alie. & in auth. de man princ.§.coges.coll.8.Nou.17.* quæ pœna est generalis in omni casu, in quo lex iubet membrum amputari *in authent. vt nulli iudicum.§.pe.col.9. Nouel.134.* Si verò delinquit notarius contra principem in faciendo, subdistinguitur: quia aut tabellio est auctor delicti, & tunc debet puniri pœna combustionis *vt in l.j.C.de immunit.nemini conced. li.x.* Aut non est auctor delicti, sed delicto per alios commisso assentit, conficiendo instrumentũ. Et tunc est pœna amissionis bonorum *l.2.C.de patritio bono.subla.* Tertio verò casu: scil. quando delinquit contra priuatũ distinguitur: quia aut delinquit in non faciendo, puta quia nõ vult conficere instrumentum: & tunc debet ab officio deponi *per l.iubemus.in fi.C.de defen.ciuita.cum ibi no.* Si verò delinquit in faciendo: & hoc dupliciter, quia conficit instrumẽtum super casu illicito, aut licito, illicitum & vetitũ contractum faciendo. Primo casu, aut iste contractus erat illicitus sui natura, & tunc debet puniri pœna capitali. *l.2. circa med. iuncta glo.super verbo grauissima.C.de eunuch.* Aut contractus non est illicitus sui natura, sed legis prohibitione: & tunc debet amittere seu perdere manum cum qua fecit instrumentum *vt in d. §. scriba.de probi. feu. alie. per Fede.* Aut verò delinquit in officio suo super contractu licito, illicitum instrumentum faciendo, scribendo, seu fabricando, & tunc est pœna deportationis & omniũ 56 bonorum publicationis *vt in §.fi.ff.eo.* ¶ Clericus verò † falsificans alias literas, quam papales priuatur officio & detruditur in monasterio, 50.*dist.c.si episcopus.* Et hæc dicta de huiusmodi crimine pro præsenti sufficiant.

De falsa Moneta.

R V B. X.

Argumenta.

1. Falsæ monetæ crimen vt maximè quinque modis committatur.
2. Falsæ monetæ pœnæ variæ pro falsitatis commissæ varietate.vid.& nu.3.4.& 5.
6. Falsæ monetæ crimen, vt multa habeat specialia.
7. Falsæ monetæ pœna ex iure canonico.

Falsæ

FAlsæ monetæ † crimen quinque modis principaliter 1 committi potest: puta, quia is qui cudere monetam non potest cudit: secundò, quia & si cudere possit, in falsa materia cudit: tertiò, in falsa forma cudit: quartò, in pondere illam fefellit: quintò falsæ causam expendit. ¶ Et omnibus istis casibus lege Cor. de falsa moneta tenetur. Et vt singula membra comprobemus: primum, quando quis monetam cudere non potest & cudit tenetur lege Cor. de falsa. *l. qui falsam. l. qui nomine. & l. cor. testamētaria. ff. ad leg. Cor. de fal.* tenetur etiā lege Iulia maie. *l. si quis nummum. C. de falsa moneta.* & huius ratio esse potest: quia cudere vel formare monetam ad regalia pertinet *vt in c. vnico, qui sunt regalia, in vsib. feudorum cum ibi not. facit l. ij. §. deinde cum earum. ff. de orig. iuris.* ¶ In secundo verò casu, quando in falsa materia: puta, quia argenteos in stāno, vel aureos in electro cudit, eadem pœna tenetur. *l. j. in prin. C. de falsa mon. & in l quicunque nummos. ff. ad l. Corn. de fals.* In tertio verò casu: scil. quando in falsa forma cuditur per habentem potestatem cudendi, sed non in tali cugno, impressioné, vel signo talis monetæ, quia adulterino signo vtitur lege Cor. de falsis tenetur *per l. le. Cor. testamētaria. in prin. ff. d. t. ad leg. corn. de fal.* Quartò autem tenetur falsans pondus legitimum *vt in c. quanto. de iureiu. & in l. j. C. de veter. numismat. potest. lib. xj.* Quintò & vltimò, tenetur qui falsam expendit monetam. de quo *per Doc. in l. le. cor. tenetur. ff. de fal.* ¶ Pœnæ † autem in supradictis casibus sunt. 2 Nam in primo, quia maiestas principis læditur, punitur pœna legis Iul. maie, quę est taxata *in l. si quis, C. de fal. mo.* scil. vt flammarum exustionibus mancipetur, licet Gloss. voluerint distinguere inter nummos aureos & argēteos, vt qui aureos illa pœna teneatur. qui verò argēteos pœna capitis. i. deportationis *vt vult gl. fi. in l. fi. d. t. C. de veter. num mis. potest. lib. xj.* per quā gl. limitantur. *l. j. & ij. C. de fal. mon.* Secunda verò de aurea intelligatur. Ego tamen credo indistinctè procedere istam pœnam ignis, siue sit moneta aurea, siue argentea, dum tamen sit moneta principis non recognoscentis superiorem falsata, vt sentit Gloss. *in d. l. ij. super verb. flammarum, in tertia solutione, quam facit ad argumentum l. j.* ¶ Et dicimus, quòd pœna capitis, de qua *in l. j.* declaratur *per l. ij.* vt scilicet intelligatur illa pœna capitis, esse pœna ignis, vel

aliud vltimum supplicium. Vbi autem moneta alterius quàm principis falsatur, mitius punitur. Et istum intellectum sequitur *Glo.j.in c.quanto, de iureiur.* Secundò 3 verò † casu, quando quis habet auctoritatem cudendi, & cudit in falsa materia punitur lege Cor.de falsis: quia si liber est, datur ad bestias: Si verò seruus, vltimo supplicio. *l.quicunque.cum seq.ff.ad leg.Cor.de fal.* & cum hoc confiscantur eius bona *vt in l.si quis.in prin.C.de fal.mo.* ¶ In tertio verò casu, quando in falsa forma punitur. *lege Cornel.de falf.* eò quòd falsum signum & adulterinum suo cugno exsculpserit *per leg.Cor.testamentaria.ff.ad leg.Cor.falf.* Et si in dicta moneta, seu eius circunferentia, nomen principis apponat, pariter punitur pœna falsi *per l. qui nomine* 4 *prætoris.& l.falsi nominis.ff.e.ti.ad leg.Cor.de fal.* ¶ Quartò † verò casu, quando legitimo pondere defraudatur: tunc etiam tales fraudatores tenentur lege Cor.de fal. *vt volunt Doc.in l.leg.Cor.cauetur.ff.de fal.& est gl.j.super verbo Defraudata.in d.c.quanto.de iureiur.* Sub quo membro comprehenduntur radentes *per lec.& not.in d.l.quicunque.ff. ad leg.* 5 *Cor.de fal.* ¶ Quintò † quidem casu: scilicet quando quis falsam monetam exponit, scienter & dolosè falsum committit *vt not. Doct.in d.l.leg.Cor.cauetur quæ est 19.d.tit.ff.de falf.* Sed licet teneatur ea lege, quâ fallans, nõ tamen eadẽ pœna, sed punitur pœna, de qua in eadẽ *facculary.in prin.& ibi gl.ff.de varij & extraor.cri.* quæ pœna est, quod damnetur ad opus metalli, vel fustigetur, vel relegetur. ¶ No-6 tandum tamen † est, pro limitatione primi membri, quòd falsans monetam alterius quàm principis, non punitur pœna mortis naturalis, sed pœna mortis ciuilis: puta, quia bannitur seu deportatur, & bona eius publicantur per ordinariam pœnam falsariorũ, de qua *in l.iij.ff.d ti.de fal.* Hoc tamen casu reseruarem bona venientibus ab intestato: quia non læditur maiestas. & credo hoc casu procedere 7 *auth.bona damnatorum. C.de bon.dam.* ¶ Et habet † hoc crimen multa specialia. Primo, quia quilibet tenetur ad accusationẽ. Item, quia condemnatus non appellat. Item, quia punitur is in cuius domo cuditur, licet illud ignoret. Item, quòd eximens falsarium captum à manibus iustitiæ punitur capitaliter. Item, quòd quilibet potest capere propria auctoritate falsárium. Item, quòd accusator succumbens non punitur vt calumniator. Et omnia hæc proban-

probantur. *C.eo.l.j.* De iure autem canonico † non mino- 7 ratur pœna *vt vult glos.in c.quanto.de iureiur.* & sic poterit puniri clericus secundũ magis vel minus, adaptando pœnas canonicas legalibus. *vt in præcedentibus rub.* visum est, & *inf.in fine huius part.* dicetur.

De falsi nominis mutatione.

RVB. XI.

Argumenta.

1. Nominũ mutatio vt pluribus fiat modis tam licitis quàm illicitis. vid. & nu. seqq.
2. Nomina mutare { quando liceat.
3. { quando non liceat.
4. Nomina dolo malo mutantium pœna.
5. Seruo nomen mutare vt non liceat.
6. Clericus dolo malo nomen mutans, vt puniatur.

NOMEN, † cognomen, vel agnomen, mutatur altero de duobus modis. Primo sine † fraude & dolo, vt fit in sacramento confirmationis, de his quæ habent turpia nomina ab impositione baptismi. quod quotidie fieri videmus. & illa mutatio licitè fit. Item etiam, quando mutatur status hominis *vt in l.ad recognoscendos. C.de inge. & est gl.super prohemio, Sexti in verbo Bonifacius.* Alia est mutatio, quæ fit necessariò, vt in hærede instituto sub conditione, quòd nomen testatoris deferat: dum tamen sit honestum *per l.sed sciendum. & l.facta. § si sub conditione. versi.si verò nominis. ff.ad Trebel.* Et dico istam mutationem necessariam, non necessitate necessitante, sed necessitate causatiua. ¶ Alia est † mutatio dolosa, vt pluries vidi contingere de tempore meo. Nam sunt qui colludunt cum debitoribus aliquorum creditorum volentium liberari à creditoribus, qui coram aliquo notario fingunt talem esse creditorem, quem nominant nomine creditoris: & ille factus creditor sub nomine veri creditoris quittat debitorem. quod exẽplificari posset de illo qui colluso cum quodam, qui alicuius hæres effici optabat, falsum supposuit testatorem in aliqua camera opaca, per quem testari & se hæredem institui, ac si esset verus testator, fe-

cit. Item & illo, qui optans consequi vnum bonum & pingue beneficium alicuius antiqui prioris, supposito in lecto & loco obscuro aliquo, scienter fingere verba dicti prioris, sibi beneficium resignantis, & procuratores ad resignandum constitui fecit. Istos casus vidi contingere, quos arbitror verè cadere sub ista rubrica. ita quod talia 4 cõmittentes teneantur † pœna falsi & sic deportantur & bona publicantur *per l. falsi nominis. in prin. ff. ad l. Corn. de* 5 *fals. & c. qui habentur in l. vnica. C. eo.* Seruo † autem nullo 6 modo mutare licet *vt in l. vni. C. eod. tit.* Clericus † verò falsè in præiudicium tertij mutans nomen punitur pœna falsi, de qua *sup. in rub. de falsar.* arguendo de pœnis ciuilibus ad cano. vt sæpè dictum est.

De lege Iulia ambitus.

RVB. XII.

Argumenta.

1. Ambitus crimen quàm sit apud Deum execrabile.
2. Simoniæ crimen Canonistarum, vt idem sit cum Ambitus crimine legistarum.
3. Ambitus quid.
4. Ambitus crimen quos tangat.
5. Iudicandi munus vt non sit cum mercede assumendum. vid. & nu. seqq.
6. Iudicum suis muneribus abutentium pœna.
7. Ambitus, vt ad temporales & spirituales extendatur honores.
8. Ambitus à publicis muneribus arcendi.
9. Ambitus crimen vt committatur. vid. & nu. seqq.
10. Vectigal nouum instituens vt pœna afficiatur.
11. Ambitus criminis pœna.
12. Symonia quid.
13. Symonia, vt tribus modis committatur.
14. 15. Symoniaci. { In ordine & In officio } pœna.
16. Consuetudo vt non excuset in crimine symoniæ.
17. Symonia vt non imputetur promoto ab alio commissa.
18. Symoniaci in beneficio pœna.

1 AMBITVS crimen licet † ex frequenti vsurpatione parui pendatur inter humanos iudices, quod dolenter refertur: per hoc tamen apud Deum, qui est iudex incommu-

commutabilis, non minus in vltionem venit. Et ideo † ſacrorum canonum auctores tanquam deteſtabilius inter criminales tractatus propoſuerunt *ti.de ſymo.* quæ nihil aliud eſt, quàm ambitus. ¶ Et † ne procedamus per ignota, ſciendum eſt, quòd Ambitus eſt inordinatus appetitus honoris terreni, dignitatis, aut amplitudinis. & probatur hæc diffinitio. *ex lectis & nota in l.quiſquis.C.ſi cert. peta.& c.cum iamdudum, de preben.* Quæ † diffinitio illos ſolum tangit, quos tangit: videlicet verum honorem Dei ignorantes & de ſolo præſenti humano cogitantes: atque ita de futuro incorruptibili ſibi non proſpicientes, honores humanos tantum corruptibiles, tranſitorios, fuci & falſitatis plenos quærunt: qui ſi ad ea quæ *in princip. Ethicor. cap.quinto* deſcribitur aduerterent, non ita curioſe iſtis humanis delectationibus inſudarent: quia ad vitam perfectam non vna dies, ſed neque paucum tempus ſufficit; prout nec vna hirundo ver facit, Nec vna pulchra dies æſtatem. Et tales potius dicuntur paſſionũ ſecutores quam virtuoſi, eo quòd finis eorum eſt, non cognitio horũ quæ agunt: ſed actus, *vt in prohem. Ethicorum.* Nec eſt poſſibile eos, qui non adminiſtrationem iuſtitiæ, ſed lucri optant, poſſe dici Iuſtos. Nam vt ſcribitur *in 5. eorund. Ethicorum. c.j.* videtur illegalis, iniuſtus eſſe, auarus, & inæqualis. facit ad hoc, quod habetur *Exo.c.viij.* vbi mandatur conſtitui tribunos & ſeniores homines ſapientes, timentes Deum, in quibus ſit veritas, & qui oderint auaritiam. quæ auaritia (vt vult Saluſt. *in catilinario*) ſolum pecuniæ ſtudium habet: quam tamen nemo ſapiens concupiuit. quia ea venenis cupiditatis imbuta, animum corpúſque virilem effœminat. pro quo facit text. *ad literam in authen. vt iudi. ſine quoquo ſuffragio.§.cogitatio.coll.1.ij. Nouell.8.* vbi probatur, quòd qui † cingulum iudicandi cum mercede accipiunt, malum animum lucrandi habere videntur. non neceſſitate: quia carè emunt & carius vendunt. ¶ Pœna † autem eorum, eſt de iure ſtabilita. *in ea. authen.§ ſi quis autem* de qua ſubiicetur. ¶ Sed ad propoſitum redeuntes de malo ambitionis *in Eccleſiaſt. viij.ca.* admonemur non quærere fieri iudices, niſi valeamus virtute irrumpere iniquitates. ¶ Hócque † crimen non ſolum ad temporales, ſed & ſpirituales extenditur honores *per lec. & notat. in c. j.de cleri.non reſi & c.auaritiæ cæcitas, de elec.in vj.& in ca.ſi*

3 4 5 6 7

quis episcopus,cum duobus sequen.j.q.j.xl.di.ante omnia. Et alibi dicitur,quicunque ambitiosus desiderat primatum in terra, inueniet confusionem in cœlo. *xl. distin.cap.multi.* Ideò summè cauere debent principes, ne tales ambitio-
8 sos † ad officia recipiant; eo quòd nummis, quos in emptionem officiorum cõsumpserunt, exuti,quasi canes famelici hincinde circumeuntes, eos nituntur recolligere & (vt vulgò) rembursari. Et ideo tales excludendi sunt & ab officiis amouendi: exemplo eius, quod legitur de Tiberio in historiis super actus Apostolorum,qui audita conquæstione de quodam suo procuratore, quod segnis & piger esset,illum tamen destituere noluit: sed respondit, quòd procuratores qui ad modicum tempus constituuntur emungunt populum in vsque ad sanguinem, & tanto dominantur acrius quanto breuius. & qui recentes veniunt,dissipant quicquid inueniunt. Et vtinam principes nostri temporis volentibus officia refutarent,& refutantes compellerent *iuxta theoricam. l.si quemquã.C.de epi.& cle.& l.fi.C.ad leg.Iul.repetun.*Et idem dico,in ecclesiasticis ordinibus & dignitatibus obseruandum.pro quo faciunt lecta & notata.*lxiij.di.Valentinianus.*Nullus quippe sumendus est ad honorẽ, nisi qui vocatus fuerit a Domino, tanquam Aaron *ad Heb.ca.5.& viij.q.j.in scripturis.* quod libenter facerent spirituales & temporales principes, si ad infinitã mala quæ ex dictis ambitiosis promotionibus eueniunt,aduerterent, prout deberent; miseriis & calamitatibus suorum subditorũ subueniendo.¶Nunc
9 † qualiter, & in quibus hoc crimen cómittatur considerandum est, Et primum,committitur,quando per pecuniam facit se quis eligi,extra tamen vrbem Romæ.*ff.eo.l.j.* Vel quando quis nouum vectigal instituit *vi ibidem.*
10 ¶ Sed † qui nouum vectigal instituit, etiam alia pœna: scilicet leg.Iul. de vi pu.tenetur.*l.fi.ff.ad leg.Iul.de vi pu.* vt supra visum est.Item tenetur hac lege ambitus.quando quis domum, alias dominium, iudicis ingreditur *in l.j.ff.eo.*quod intellige, quando ingreditur (appensate) animo inducendi iudicem vt ei faueat in præiudicium alterius.Item habet locum,quando quis accipit dignitatem, in qua alias fuit. *C.eo.l.vnica.* ¶Quod autem dictum est, quòd dantes pecunias vt permoueantur ad honores vel ad officia puniantur,intelligitur,quando dant iis qui sunt
ad la-

ad latus principis & quorum consilio princeps regitur. quod hodie frequentius quàm par esse videmus practicari. Nam & principi darent, fortè in foro temporali excusarentur *per l.j.in prin.ff.eo.* Sed in foro spirituali secus. *vt vult Gl.fi.in c.2.de concess.c.cum essent, de symo.* ¶ Et quod dictum est, de redeunte ad idem officium, intelligendum est, quando officium habet iurisdictionem annexam. *vt in d. l. vnica. C.eo.tit.* Et huius ratio est: quia volens redire præsumitur habere animum vendendi iustitiam vt supra visum est. Posset tamen quis ex bono iusto atque rationabili animo ambire idem officium: scilicet, vt prodesset, & fortè defectus suos præteritos suppleret, quod tollerabile esset *per ea quæ habentur in l.Barbarius l.Philippus.ff.de offic. præsi. & in c.qui episcopatum.8.q.j.* ¶ Pœna autem † 11 huius criminis reperitur esse duplex: Vna centum aureorum statuta. *l.j.ff.eo.* Alia est quadrupl. *C.ad leg Iul.repet l.fi.* Quas pœnas intellige, vbi aliquis dedit pecuniam pro administratione adipiscenda, vel recuperanda, & quam exinde non exercuit male. sed si malè exerceret: scilicet corruptiones accipiendo, tunc sine dubio puniretur pœnis, de quibus *in §.si quis autem præter hæc in d.authent.vt iudi.sine quoq.suffra.col.2.Nouell.8.* vbi est talis tex. Si quis autem præter hæc aliquid egerit, & donet in administrationem in qua est index, is furti reus appareat: quòd si probetur aut dedisse aurum, vt acciperet administrationem, aut accepisse ex administratione. vtrumque enim similiter nociuum est: sciat quidẽ, quod & confiscationem, & exilium sustinebit, & in corpus verbera atque supplicium. ¶ Et nota super verbo *furti*, quod Iudices, qui accepta pecunia vni parti fauendo aliam lædunt: furtum committunt. Et ideo non mirum, si legibus cohereeantur, vel coherceri mandentur, vt decet. quæ omnia sub hoc ambitus crimine comprehenduntur. ¶ Nunc † videndum 12 restat de symonia, quæ nihil aliud est, quàm ambitus pecuniarum, vel aliorum donorum assecutio. Quæ † quidem 13 symonia (vt supra dictum est, de ambitu) tribus modis committi potest. Vno modo in ordine, alio modo in officio, & alio modo in beneficio. Et quidem † symoniacus 14 in ordine deponendus est. *ca. ex tuæ.de simonia.c.si quis episcopus, & quinque sequentibus, & quasi per totum. j q j.* nec excusatur quantumcunque egerit pœnitentiam, vt in

homicida diximus.50.*dist.ca.miror.& in c.fi.de temp.ord.& c.sicut dignum,de homi.* Et ratio est: quia cum ordo sit vitiose receptus, nec habeat executionem, nunquam ex pœnitentia potest hoc purgari. facit *c.ij. & ca.qui per pecuniam, & quasi per to.j.q.j.& quæ notantur in cap.inquisitionis,super j.*
15 *responso.de accusa.* ¶ Symoniacus † verò in officio, & non in ordine, vel etiam in beneficio, deponendus est ab officio, vel beneficio *cap. insinuatum,& c.audiuimus,de symo.& ca. presbyter si per pecuniam,& in pluribus alijs caus j.q.j. & j.q.*
16 *v & quasi per totum.* Nec consuetudo † excusat. *c.ea quæ.& cap.Iacobus, de symon. & vide quæ habentur in cap. dilectus, & in c.quoniam symoniaca.eo.tit.* Verumtamen non imputatur
17 † promoto, si eo prohibente & contradicente, nec aliqualiter ratum habente, symonia ab alio nomine eius committatur. de quo *in cap.sicut tuis,de symo.* nam aliàs posset quis in odium promoti, symoniam committere, vt inde ipsum deponi faceret: quod non est tollerandum *vt ibi vult text.* Et ad hoc propositum. Vide *glo. ordinariam. in cap.tuam, de ætate & qualitate.* ¶ Vltima resolutio in hac
18 materia, est quòd symoniacus † in eo in quo delinquit, siue sit gradus ordo, siue dignitas beneficialis, puniendus est depositione. *j.q.j.c.si quis episcopus.j.q.vij.c.ij. & quasi per totum.vbi vide.*

De lege Iulia repetundarum.

RVB. XIII.

Argumenta.

1. Repetundarum crimen vt pluribus modis contingat.
2. Iudicibus, officiarijs, aut magistratibus: an esculenta vel poculenta accipere à partibus liceat.

3. & 4. Repetundarum pœna { Ciuilis iuris, Canonici.

5. Iudex beneficiatus, vt ob crimen repetundarum puniatur.

1 CONGRVENTER † hic titulus ordinatur post præcedẽtem: eò quòd ij qui per ambitiosos modos officia, quibus ius dicendi imminet, volẽtes repetere quod exbursarunt in emendis officiis, & ad pecunias quas consumpse-

sumpserunt partes condemnent: dicimus eos etiam cum iactura pauperum multas committere in eorum officiis sordes. Et id pluribus modis contingit: putà, quia, vt iudicēt inique, vt non iudicent æquè munera accipiũt. & sic in primo casu faciendo: in secũdo verò omittendo, delinquunt. quod exēplificari posset de pluribus *vt ff. eo. l. j. iij. & vj.* Clausula tamen generalis hæc est notãda sub qua omnes casus speciales cõprehendũtur, quos dicta lex repetũdarũ omnes cõprehēdit, cuius tenor hic est. Lege Iulia repetundarũ tenetur, qui cum aliquã potestatem haberet, pecuniam ob iudicandum, decernendúmve, acceperit. *l. 3. ff. hoc tit. ad leg. Iul. repet. lib. 48. ti. 10.* Et sequitur generalissima clausula, Vel quo maius, aut minus, quid ex officio suo faceret. Et est notanda, hæc clausula vltima generalis, quod omnes habẽtes officia, in quibus siue in faciẽdo, siue in omittẽdo delinquitur, cõprehẽdit. Qua quidē clausula considerata, paucos auderē, qui publicis officiis præsunt, à pœna huius legis excusare: de futuris verò quid euẽturũ sit nouit qui æterno tribunali preest. ¶ Quæri † tamen solet, an talib⁹ officiariis licitũ sit accipere poculẽta & esculenta. Et concluditur per theoricam Iuris, quòd esculenta, & poculenta, edulia siue commestibilia: hoc est intra proximos dies consumenda recipere possunt: dum tamen non sit ita frequens vsus talium donariorum, ex quo officiarius posset pecunias imbursare: quia tunc de æquipolentibus idem esset iudicium. de quo *in l. solent. § penult. & fi ff. de offi proconsul.* Nec excusantur, si dicant dona facta fuisse eorum seruitoribus: dum tamen per medium seruitorum ad eos perueniant. *l. j. C. eod.* nisi talia donaria reciperentur à personis permissis vt in consobrinis, & iis qui sunt in proximiori gradu, & ab vxore *l. j. in fi. ff. eo.* ¶ Pœna † autem huius criminis est duplex, nam quædam est ciuilis: quędam verò criminalis. Ciuilis est, quadruplum eius, quod datum vel acceptum est. *l fi. in fi. C. eod.* Et hoc quadruplum, quando turpitudo dandi peruenit ex parte dantis, totum applicatur fisco. *ff. de iure fisci. l. Lucius.* Si verò ex parte recipientis, tunc medietas applicatur læso. Et medietas fisco. *C. de assesso. l. iij.* Criminalis verò pœna est, secundum qualitatem negocij. Nam si exitus causæ damnum afferat in bonis, priuatur officio. Si verò exitus causæ damnum afferat in corpore, Aut sequitur mors,

aut non, & si non sequatur mors, mittitur in exilium & bona confiscantur *per §. si quis autem in auth. vt litigantes iurent. colla ix.* Nouel. 124. Si verò mors sequatur, capite plectitur. *l. lex Iulia. § si ff eo.* ¶ De 4 † iure autem canonico pœna huius criminis, est suspensio ab officio. *ca. cum æterni tribunal. de re iudi. lib. 6.* Et si sit beneficiatus talis 5 † iudex, deponi debet à beneficio: licet Glo. referat duas opiniones. Ipsa tamen Glo. ordi. non omnino sequitur primam quinimò vltimam tamen cum distinctione, quam ponit *in cle. cupientes, de pœn.* Et ego credo verum, illum à beneficio posse suspendi propter conuenientiam pœnæ. Nam pœnæ canonicæ correspondere solent ciuilibus. *vt not. per Doct. in c. qualiter, de accusa.* Et quia ius ciuile punit perpetua depositione ab officio, vt supra visum est, dici posset, quòd etiam à beneficio posset suspendi. Et hoc est, quòd fortè sensit tex. *fi. d. c. cum æterni,* dum dicit. Saluis aliis cõstitutionibus quæ iudicibus malè iudicantibus pœnas inferunt & infligunt. Et hoc sentire videtur Glo. *super verbo, Infligunt, in fi.* Nam aliàs nimis esset leuis coertio, suspendere hominem beneficiatum ab officio duntaxat: quia per hoc non desineret perseuerare epulari, ventrem saturare, & libidini fortè inseruire, & quod deterius esset, non seruiret altari propter suspensionem officij: & tamen de altari viueret quod iura abhorrent. *c. extirpandæ, de præben. & j. ad Cor. ix. c.* Et multi sunt tales, qui de suspensione ab officio, non darent vnum obolum: cùm etiam multi seipsos suspendant, ex eo, quòd exercitio diuini officij non vacant. Et quod dictum est de dictis pœnis siue de iure ciuili siue canonico, intelligitur, quando iudex vel officiarius pecunia corruptus, facit quæ facere non debet, vel omittit facere, quæ facere tenetur. Et si per imperitiam malè iudicetur, tũc punitur imperitus iudex in quantum bonum & æquum fuerit visum superiori iudici. *ff. de var. & extraor. cog. l. vlti. & Insti. de act. quæ ex quasi delic. nascuntur. in prin.* de quo magis dicitur *pass. toto tit. C. de pœ. in. qui malè iudi.*

De lege

De lege Iulia de annona.

RVB. XIIII.

Argumenta.

1. Annonæ crimen vt committatur, & quàm graue sit illud.
2. de Annonæ crimine qui teneantur maximè.
3. Annona quomodo defraudetur.
4. Annonam vendere vt cogantur minori pretio necessitatis tempore,qui horrea & copiam illius habent.
5. Fames vt à furto excuset.
6. Annonæ crimen vt puniatur { Iure ciuili.
7. Iure canonico.
8. Annonæ appellatione quæ contineantur.

QVia fraus & dolus committitur,non solum in iustitia distributiua per ministros legis: sed etiā in commutatiua per illius exercitores: ideo conuenienter post legem Iul. repetundarum subiungitur titulus legis Iuliæ de annona,in qua lege principaliter † delinquunt ij, quorum ministerio per iniqua lucra carior annona venditur. 1 Et licet iura ciuilia leuiter in punitione pertranseant, prout infrà dicetur: apud Deum tamen qui omnia rectè iudicaret,acrius puniitur.Et ratio est:quia quanto magis offenditur, tanto seuerius punit, vt iuxta mensuram delicti,sit & plagarum modus,& vt pœna correspondeat delicto(*l.sanximus.C.de pœn.* quia in iis cōtra officium charitatis delinquitur: quæ est maxima inter virtutes theologales *vt habetur.j.ad Corinth.xiij.* Nunc autem manent fides spes & charitas.maior autem horum est charitas,& hæc est sine qua non potest aliqua virtus exerceri. *vt ibidem.* Si distribuero in cibos pauperum omnes facultates meas, & si tradidero corpus meum ita vt ardeam:charitatem autem non habeam, nihil mihi prodest, & per ipsam charitatem cæteræ virtutes coadiuuantur *Cantico.ij.* Introduxit me rex in cellam vinariam, & ordinauit in me charitatem.Charitas enim non quærit quæ sua sunt.j.*cor. xiij.* & plus diligere facit proximum, quam seipsum vt habetur *in lib.de Doc.christiana.* merito iura diuina crimina ipsi charitati contraria puniri iubent. ¶ Videamus † 2 ergo primò, quæ personæ delinquunt in hoc crimine. Se-

cundò qualiter & iij. qua pœna puniuntur. Et clarum
2 est, quòd in † hanc legem principaliter incidunt mercatores, qui fraudant annonam, vel etiam qui non fraudant: sed qui per cupiditatem & auaritiam faciunt quòd carior vendatur. *l.j.& ij.ff.eo.lib.*48. Item & domini, vel deputati ad custodias portuum & passagiorum, qui fraudulosa societate, vel intelligentia, cum mercatoribus habita, aliquibus dant facultatem introducendi granum infra prouinciã, & aliquibus extrahendi in fraudem reipublicæ. *d.l.*
3 *ij.§.fin.* ¶ Qualiter † autem delinquatur videndum restat. Et dicendum est, quòd omni modo, quo exquisitis fraudibus ad impinguandum bursas aliquorum particularium, annona carius venditur in detrimentum plebeiorum & maximè humilium & pauperum. Et ideo. *l.fi.eo.tit.* prouidet, quòd decuriones ciuitatum prouideant in præciis annonarum necessariarum ad victum habitantium
4 ciuitatis & præcium iustum statuant. ¶ Et hic † quæri potest de quæstione incidenti, quam mouent Doc. *in l.j.§. cura carnis.ff.de offi præfec.vr.* videlicet, an habentes horrea in ciuitatibus, villis, vel castris: compellantur per præfectum vrbis velint aut nolint, signanter tempore necessitatis, vendere bladum. Et concluditur quòd ita, etiam non habita consideratione communis præcij: quia hoc casu compellitur quis vendere minus iusto præcio: hoc est minus communi *ar.l.ij.§.quæsitum ff.ad leg.Ro.de iactu.* Nam alias posset plurimorum mors contingere, quod tolerandum non est à bono præfecto propter necessitatem famis imminentem: quæ etiam † à furto excusat. *c.si*
5 *quis de furt.* Alia verò membra, quibus quæri posset de aliis, qui vel quæ vendere cogantur, videri possunt in di-
6 ctis iuribus. ¶ Pœna † autem huius criminis, est xx. aureorum. *l.lege Iulia.§.vlt.ff.eo.* sed illa lex propriè loquitur, in impediente mutas annonæ. Mercatores autem, qui coemptas merces, vel bladorum quantitates, vt carius vendant, sic premunt: puniuntur secundum qualitatem excessus. Nam si in modico excesserint, interdicitur eis negociatio: si in multo, relegantur. Humiliores verò ad opus publicum damnãtur. *l.annonam.ff.de extraor.criminib.*
7 ¶ De iure † autem canonico, pœna diuersimodè statuitur & secundum qualitatem personarum. Nam Laici, si moniti non desistant, excommunicantur. Clerici verò,

ab

ab officio & beneficio suspenduntur. *c. propterea de vsur.* qui si incorrigibiliter perseuerent, priuantur & deponuntur *vt in c.j.eo.tit.* Manifesti verò vsurarij communione & sepultura priuantur. *c.iij.eo.tit.* De quibus videri latius potest *in alle.c.iij.de vsur.* Et quod † dictum est de annona 8 locum habet etiam in vino: quia appellatione annonæ vinum continetur, aliáque edulia victui necessaria, *vt videre est ex l.j.C.de frumen.vrb.constant.lib.11. & l.j.C.de ero.mili.annuo.lib.xij.& l.iubemus.eod.tit.* ideóque cum sit vini & eduliorum aliarúmque id genus rerum necessariarum eadem ratio, idem quoque ius est statuendum. *l. à Titio.ff.de ver.ob.* De vino autem, hoc obseruandum maxime in istis Occitaniæ inferioribus partibus, in quibus homines vix sine eo viuere possunt: secus tamē erit in locis, vbi vinum non est tantum vsui humano necessarium, accedente ratione. *l.j.§.hoc interdictum ff.de fonte.*

De lege Iulia peculatus, & de residuis.

R v b. x v.

Argumenta.

1. Peculatus crimen quale.
2. Pecuniæ publicæ quæ dicantur.
3. Peculatus crimen, vt à crimine de residuis differat.
4. Furtum, Peculatus & Sacrilegium vt differant.
5. Peculatus criminis casus.
6. Peculatus pœna ciuilis quæ.
7. Peculatus pœna vt varietur.
8. de Residuis pœna quæ.
9. Peculatus & de Residuis pœna ex iure canonico.

SVpra visum est de pœna iudicum intercipientium pecuniam priuatorum, videlicet *in tit.de lege Iulia repetun.* Verum, quia conueniens erat, quòd de his, qui pecunias publicas interceperunt aliquid ediceretur. Ideo † lex Iu- 1 lia peculatus in eo casu prouidit, cōtra iudices & alios ministerium præbentes, pecuniam publicam aut sacram subripientes dicūtur † pecuniæ publicæ hoc casu *vt vult Gl.* 2 *in l.vnica. C.eo.* scilicet pecuniæ ciuitatis vel fisci ab aliis administratæ & per iudicem subreptæ. Sed si † per ipsosmet 3 administratores subriperentur tenerentur lege Iul. de residuis & non pecu. Et in hoc differt lex Iul.pecu.à

lege pec.Lex etenim Iulia peculatus locum habet, vbi iudices pecunias publicas ab aliis administratas subripiunt: Lex verò Iulia de residuis, vbi per ipsosmet administrantes subripiuntur. ¶ Et nota, † quòd furtum, peculatus, & sacrilegium differunt, vt genus & species. Nam furtum, se habet vt genus, peculatus verò & sacrilegium, vt species. *vt in c.quid ergo.xxiij.q.iiij.* ¶ Casus autem † in quibus incidit quis in legem Iul.peculatus enumerantur. *ff.eo.per discursum tit.* ¶ Pœna † autem legis Iul.pec.capitalis est. *C.eo.l.j.in prin.* Et est pœna capitalis deportatio, vt ibidem vult gl. & fac. *l.peculatus, 3.ff.eod.& §.deportatio, authent.de nupt. Nouel.22.l.ij.§.constat, ff.de pœn.& Instit.de public.iud.§.item lex Iul.pecu.* ¶ Posset † fortè tamen dici, quòd pœna varietur secundum qualitates personarum: vt si iudex pecuniam publicam subripuerit, capitali animaduersiõe puniatur & hoc in proprio significatu. *per tex.in d.l.vnica.C.eo.* Si verò aliud quàm iudex incidat *in l.iu.pec.* tũc punitur pœna deportationis. Et hoc est, quòd expressè voluisse videtur tex. *in d.§. Item lex Iul.Insti.de pub.iudi.in ver.alij.* Nam ecce, quòd tex.in præcedentibus punit iudices capitaliter, & sequitur. alij verò, qui in hanc pœnam inciderint, pœnæ deportationis subiungentur. facit ad hoc *l.j ff.eod.* Sed quia Glo.& Docto. aliam pœnam quam deportationis non imponunt, non auderem præsumere, maxime in pœnis vbi benignior interpretatio est facienda, aliam addere. ¶ Pœna verò legis Iuliæ † de resi.est post restitutionem, simpli.& tertia eius parte plus, vt cum Gloss.volunt Doct. *in d.l.le.Iulia §.lege.ff.eo.* ¶ Quæ † autem pœna sit in hoc crimine de iure canonico, dic, quòd pœna talium de iure canonico est, quòd presbyteri & alij viri ecclesiastici, sibi appropriantes vel alienantes bona ecclesiastica, excommunicantur donec restituerint. & si restituere non possint deponuntur. *xij.q.ij cap.diaconi.* de quo *in c.si quis de reb.eccle.non alienan.& in auth.iubemus.§.yconomus.C.de sacrosanct.eccles.*

Margin numbers: 4, 5, 6, 7, 8, 9

De Plagiariis.

RVB. XVI.

Argumenta.

1. Plagiarii qui, & vnde dicti.

2. Plagium

2. Plagium vnde dictum.
3. Plagii crimen quibus casibus committatur.
4. Plagii pœna iuris ciuilis.
5. Plagii pœna iuris canonici.

PLagiarij † sunt illi qui liberos homines seducuntur, 1 vel alienos seruos surripiunt aut vendunt: à plaga ma ris dicti. *C.eo.sup.rub.* Nam qui liberos vel seruos homines furtim subreptos vendunt, plagium committunt. ¶ Et dicitur plagium quasi † plaga: quia domino vel patri ma- 2 gna plaga infligitur, dum liberi vel serui, eis subtrahuntur. *vt not.ibid.* ¶ Casus † autem, quibus committitur satis 3 diffusè terminantur *ff. & C. eo. titu.* vbi videri poterunt. Pœna verò huius † criminis variatur secundum qualita- 4 tem personarum, nam seruus & libertus bestiis subiiciuntur. Ingenui verò, aut sunt nobiles, aut ignobile. si ignobiles, gladio ferĩtur: nobiles verò in metallum damnantur *in l.fi.ff. & C.eo.* De † iure autem canonico non reperi- 5 tur specialis pœna in hoc crimine, nisi caperemus illam, de qua *in cap.fi.de iud.* scilicet, quòd emens hominem liberum baptisatũ vel baptisandum, si infra tres menses eum nõ relaxauerit, perdit precium: vel possemus dicere, quòd quia istud crimen est de grauioribus, quòd irrogetur pœna depositionis. de quo plenè per Doct. *in generali doctrina, quam ponunt in c.at si clerici, & in c. cum non ab homine d. tit.de indi. & in c.j.de furt.*

De Sacrilegiis.

R V B. X V I I.

Argumenta.

1. Sacrilegium vt pluribus modis committatur.
2. Sacrilegii pœnæ vt varientur.
3. Sacrilegium quasi quale, & quomodo committatur.
4. Sacrilegium vt multiplex de iure Canonico.
5. Sacrilegium vt dicatur crimen mixtum.
6. Sacrilegii pœna de iure canonico.
7. Sacrilegii crimen vt infamiam irroget.
8. Clericus vt ob maleficium quod infamiam irrogat, suo officio & beneficio priuetur.

QVærunt nonnulli † legistæ, quæ asserere voluerunt 1 sacrilegium tripliciter committi posse: scilicet,

cùm sacrum de sacro, quando sacrum de non sacro: & tertiò, quando non sacrum de sacro subripitur. Et duo prima membra probantur, *per l. sacrilegij capite. ff. ad leg. Iul. pec.* Tertium verò probatur, *per l. diuus Seuerus, eo. tit.* Alij verò dicunt, vno modo committi: scil. cùm sacrum de sacro rapitur *per dicta in d. l. diuus.* Et fortè melius, vt pœnales restringamus sanctiones. Secundum canones verò, tribus modis prædictis committitur sacrilegiũ, ac etiam quarto: quoties videlicet, quis manus impias mittit in clericũ: prout hæc probantur *in c. si quis suadente diabolo. xvij. q. iiij. & est idem tex. in clem.* j. *de pœn.* Nec est vis, quòd magis extenditur sacrilegium de iure canonum, quam ciuili: quia canones non irrogant tantam pœnam, quantum leges ciuiles, vt inf. dicetur. Veritas ergo est, quòd in dictis primis duobus casibus verè committitur sacrilegium: in

2 tertio verò furtum. ¶Et † secundum diuersitatem horum casuum, diuersificantur pœnæ. nam in primo casu, est pœna capitalis in proprio significata *per l. sacrilegi capite. ff. ad leg. Iul. pecu. & sacrile. & resi. & l. si quis in hoc genus C. de episc. & cler.* In secundo verò casu quia non est propriè & absolutè sacrilegium de iure ciuili, est tamen maius delictum, quàm furtum: ideo magis puniri iubetur *per d. l. sacrilegi capite, in ij. respon.* Et erit ista maioritas pœnæ, arbitrio iudicantis imponenda per *l. lege Iulia. §. mandatis. ff. ad leg. Iuli. pec.* putà manus amputatio; aut perpetuum bannimentum. In tertio verò casu, punitur pœna furti, *per d. l. diuus.* de qua pœna fit mentio *in auth. sed hodie nouo iure.*

3 *C. de ser. fugi.* de quo dicetur infrà *in titu. de furt.* ¶Alij † casus sunt in quibus quasi sacrilegium committitur, qui parum sunt in vsu: de quibus remitto *ad leg. C. eo. titu. & ff. ad*

4 *leg. Iuli. pec. de sacri.* ¶De iure † autem canonicè sacrilegium dicitur committi, in omnibus casibus prædictis. *vt xvij. q. iiij. c. si quis contumax. c. si quis inuentus. & c. si quis suadente.*

5 Et † dicitur crimen mixtum, vt videtur velle Gl. *in c. sunt*

6 *qui opes, ead. caus. & q.* ¶Pœna † autem iure canonico imponitur: scil. quòd post trinam admonitionem excommunicandus est, *vt vult Glo. in c. si quis domum, xvij. q. iiij.* vnde miror, quòd iura canonica in tanto scelere ita mitem pœnam imponant *vt sentit. d. gl. pro qua facit. c. fraternitatis, xij. q. ij.* Et ideo crederem, dici posse quòd si sacrilegium perpetratum sit manifestum, ex quo infamia sequatur vel nota pu-

ta publica, tunc Aut commissum est à promouendo vel a promoto. Primo casu, in pœnam impeditur ne promoueatur ad sacros ordines *arg. à contrario sensu. c. fi. de furt. pro quo facit. c. si quis presbyter dist.* 50. potest etiam puniri tanquam fur. *ar. c. quid ergo. xxiij. q. iiij.* & condemnari pecunialiter erga eos ad quos sacrilegij querimonia pertinet. *d. c. si quis contumax. xvij. q. iiij.* Si verò à promoto, tunc crederem, quòd posset suspendi *ar. eor. quæ habentur in ca. at si clerici, & in c. cum non ab homine. de iudi.* Vel fortè etiam priuari. Quia † istud crimen sacrilegij irrogat infamiam. *vt in d. cap. fi. de fur.* Et quia est inter crimina publica numeratum. 7

¶ Et vt supra dictum est in aliis criminibus, clericus † potest deponi a beneficio propter maleficium ab eo perpetratum quod irrogat infamiam de iure ciuili: vti sunt crimina publi. *vt no. ff. & C. de his qui notant. infa. & per ea quæ leguntur, & not. in c. veritatis de dolo & contuma. & in c. inquisitionis. & in cap. qualiter & quando. de accu. & cap. licet Hely. de symo. cum similib.* Concluditur igitur, talem clericum priuandum fore beneficio vel officio. *ar. lec. & nota. in ca. si forte. xvij. q. iiij.* Si autem non esset publicum, posset episcopus cum pœnitente & correcto dispensare *per lec. & no. in dicto cap. si quis presbyter.* 8 9

De Seditiosis.

RVB. XVIII.

Argumenta.

1. In Seditione quæ maximè attendenda.
2. Seditio vt variè committatur.
3. Seditiosi vt variè puniantur pro ratione personarum.
4. Seditionis qualitas vt perpendenda.
5. Seditio vt interdum in aliam criminis speciem transeat.
6. in Seditione vt obseruandum contra quem committatur.
7. Seditiosorum pœna qualis.
8. Seditio contra castra & loca munita vt committatur.
9. Seditio, vt ab vniuersitate committatur, & in huiusmodi seditione pœnæ sit ratio. vid. & nu. 11.
10. Populus multus quando dicatur.
12. Armatos homines congregare vt tanquam seditiosum puniendum sit.
13. Seditiosorum pœna de iure canonico.

1 TRia sunt † principaliter attendenda in hoc crimine, quibus attentis enodabuntur varietates, quæ sunt inter Doct. de pœna huius criminis: videlicet, à quibus committitur seditio: secundò qualis, & tertiò contra quem. ¶ Ad primum † subdistinguendum est, si committatur à Consulibus, vel administrantibus rempub. corpus vniuersitatis repræsentantibus, vel ab aliquibus particularibus per modum vniuersitatis congregatis. Nam in primo casu: scilicet, quando à Consulibus, vel administrantibus rempublicam ciuitatis committitur, inspiciendũ est, An delictum commissum sit in omittendo, An verò in faciendo. Et si † in omittendo, punitur totum collegium vniuersitatis. *per l. iubemus nullam. de sacrosan. eccles.* Et ratio est, quia negligentia illorum, quibus mandatur, non excusat à negligentia mandantis: quinimò ita tenentur non omittentes, quorum intererat fieri. *l. si procurator. §. si tutores. ver. si vero. ff. manda.* Si verò in faciendo crimen commissum sit: tunc subdistinguendum est: quia Aut quod cõmittitur per modum vniuersi, putà, statuta illicita condendo, vel collectas imponendo. Et tunc omnes tenentur, *per eà quæ habentur in l. omnes populi. ff. de iust. & iu. per auth. Item nulla communitas, C. de episc. & cler.* Si autem crimen sit commissum in faciendo, & per particulares vniuersitatis, licèt processum sit per modum vniuersi, vt est crimen violentiæ alicuius: tunc quia verè vniuersitas non delinquit, sed illi qui operam dant seditioni: tunc non tenentur, nisi facientes *ff. de dolo. l. sed ex dolo. §. j.* Si verò à particularibus per modum particularium committitur, iustum est, quòd pœna sequatur auctores. *l. sancimus. C. de pœn.* ¶ In secundo † verò casu principali: scilicet, qualis seditio committatur attendenda est qualitas. Nam posset † talis seditio committi, quæ transiret in aliam speciem criminis: putà læsæ maiestatis, vel vis publicæ, in qua specie sunt ij, qui fecerunt homines armari cum telis, lapidibus, vel qui in vrbe vbi sint conueniunt, vel aduersus rempub. vt homines ad seditionem conuocentur; Aut quo quis magistratus, qui imperium habet, occidatur. *l. j. ff. ad leg. Iulia. maiest.* & qui turbæ seditioníve faciendæ consilium dederint. *l. iij. ff. ad leg. Iulia. de vi publi. in prin.* Pariter etiam teneretur de homicidio, si homicidium contingat. Et iudex prudens crimen ex actibus iudicabit. ¶ Considerandum

dum

dum † est etiam tertio, contra quem committitur illud: 6 nam si contra principem, tunc lege Iul. maiestatis teneretur, & in illo casu, non solum tenentur ipsi delinquentes, sed etiam eorum posteritas, saltem ciuiliter quo ad pœnam † confiscationis bonorum. vt supra visum est *in* 7 *tit. ad leg. Iul. maiest.* Sed si non fiat contra principem, sed contra rempub. distinguendum est: quia, vel illa seditio committitur per lasciuiam & insolentiam populi, aut ex dolo & malicia. Si primum, Aut est peruentum ad effectum seditionis, Aut non. Si est peruentum, tunc capite puniuntur *per l. j. cum gl. sua. & l. ij. C. de sediti. accedant lec. & nota. in l. denunciamus. C. de his qui ad eccle. confu.* Si autem non est peruentum ad actum: sed solum est statum & remansum in terminis insolentiæ & proclamationis, tunc fustigantur. *l. capitalium §. solent. ff. de pœn.* & hoc verum, quando non fuerunt inhibiti, ne alia facerent: quia si fuissent inhibiti, tunc grauius punirentur, vt vult Glo. *in d. § solent, super verbo amoniti.* Si autem seditio committatur per dolum & machinatam conspirationem, licet peruentum non sit ad actum, punietur delinquens pœnis legalibus prædictis, de quibus *in d. l. j.* propter verbum ibi positum *tentauerit*, per quod probatur, quod attentantes, licet non perficiant nihilominus illa pœna puniuntur, & id quod iudicantis arbitrio temperandum erit in casu præmisso. ¶ Potest † etiam committi seditio, non solùm 8 contra principem & ciuitates, sed etiam cõtra castra & id genus alia loca, vt probatur *in l. ij. C. de sedi. in princ.* dum dicit, *in multis locis aut ciuitatibus*, & idem sentit Glo. *in l. j. super verbo Plebem, eod. tit.* Et distinguendum est in pœnis, vt suprà dictum est. ¶ Vnum tamen † notari oportet, 9 quòd vbi seditio committitur ab vniuersitate per modum vniuersitatis, quòd contingit, si delictum est in committendo; puta, quia congregato populo, vel vniuersitate, & consilio deliberato, commissum est. Tunc considerandũ est, si sit collegium magnum, ita quòd si corporaliter puniretur singuli de vniuersitate, fieret magna strages gentium; tunc corporaliter puniendi sunt, qui dederunt materiam seditionis, in aliis autem alterabitur pœna corporalis in pecuniariam, vel aliam. *argu. l. qui sedem, ff. ad legem Cor. de sicca.* Et idem sentit Glo. *in l. aut facta. ff. de pœn. & facit optimè. l. si familia. ff. si fam. fur. fe. dicat. & est optimus tex.*

ad hoc in c. sane. de tempo. ord. Quia multitudo inducit iudicem ad dispensandū contra iuris rigorem, & ob populum multum crimen pertransit inultum *xxiij. q. iiij. non potest.*

10 Et dicitur multus † populus, quando excedit numerum quadraginta. *c. latores. Ext. de cle. excom. ministran. vbi glo. optima super verbo multitudine.* & hoc est propter scandalum euitandum. Quia scandalosum esset totum populum vnius ciuitatis subiicere gladio, & sic depopulari vrbem in detrimētum reipublicæ, cuius interest amplam habere sobolem ad reparandas & replendas ciuitates li-

11 beris hominibus. *l. j. ff. sol. ma.* ¶ Si autem populus † vel vniuersitas non esset conuocata, & consilio deliberato seditio commissa: sed ad instigationem aliquorum particularium, etiam magnam partem vniuersitatis facientium, non per hoc diceretur vniuersitas delictum committere: sed illi singulares *per l. super. §. ij. ff. quod vi aut clam. & Glo. in l. aliud. §. refertur. de reg. iur. ff.* Vbi autem delinquitur in omittendo, omnes tenentur, vt supra dictum

12 est *per d. l. iubemus nullam.* ¶ Notandum † etiam, quòd non licet alicui congregare multitudinem hominum armatorum, etiam si dubitet adire iudicem, quòd si quis tales congregationes faciat, capite punitur *per d. l. denunciamus C. de his qui ad eccles. confu.* ¶ De iure † autem cano.

13 seditiosi pro simplici seditione puniuntur, in eo, quòd impediuntur promoueri ad sacros *per c. seditionarios. xlvj. dist.* & iam promoti priuantur honore, quo vtebantur. *c. conspirationū. xj q. j.* Si tamen cum seditione aliud crimen incidat, punietur iuxta naturam illius criminis incidentis. de quibus suis locis dicetur.

De Furtis.

Rvb. xix.

Argumenta.

1. Furti frequentia vt causa sit grauioris pœnæ. vid. & nu. 17.
2. Fures cur ex statutis Galliæ, Italiæ, & Germaniæ suspendantur.
3. Pœnæ statutariæ suis quæque locis seruandæ.
4. Pœnæ, vt pro criminis qualitate de iure communi varientur.

5. Furti

HÆc rubrica vbique est repetita:& licèt iura communia satis de ea dixerint: euenit tamen † propter frequentiã delicti, quòd in ciuitatibus plurima facta sunt statuta per quæ grauius puniuntur fures, quàm per regulas iuris communis. Nec mirum, si etiam secundum mutationem morum hominum, statuta etiam mutentur. *c non debet. de consangui. & affini. & iij. dist. erit autem lex.* Euenit etiam, vt eadem scelera in quibusdam prouinciis grauius plectantur, & pariter vt aliquorum maleficiorum supplicia exacerbantur, quotiens multis personis grassantibus exemplo opus est. *l. aut facta. §. fi. ff. de pœn.* Et ideo statuta † Italiæ, Galliæ & Germaniæ, &c. quæ in furca fures affigi iubent, propter nimiam frequentiam & assuefactionem dicti delicti, sunt satis rationabilia *per dicta iura.* vt qui virtutis amore à malo non retrahuntur, saltem pœnæ formidine coerceantur. *l. j. in prin. ff. de iusti. & iur.* Et finis talium statutorum bonus est, vt homines à malo retrahantur, & prouinciæ purgentur à malis hominibus. idcóque de pœnis statutariis locorum nihil dicam: quia seruandæ † sunt in locis vbi & prout statuta sunt, & debent ordinata seruari. ¶ De iure † autem communi, pœnæ variantur secundum varietatem qualitatis criminis. Et vt distinctè intelligamus qualitates. Sciendum est, quòd furtum potest committi simpliciter & non compositè id est, sine aliqua alterius criminis compositione & quotiescunque componitur cum alio crimine, si illud cum quo componitur sit elegantius & notabilius crimen, tunc punitur

pœna illius: puta,quia quis rempub.furatur, punitur pœna legis Iul.peculatus,vel quia pecuniam publicam quam administrauit contrectando retinet, tenetur lege Iul.de residuis. Vel quia res sacras intercepit,contrectando quæ retinet,tenetur pœna sacrilegij.de quibus sup.dictum est. Vel quia furando vim commisit publicam, vel priuatam: & tenetur lege vis publicæ & priuatæ. Vel quia furando occidit vel vulnerauit,& tenetur lege Cor.de sicc.Vel Aquil.de vulnerato. de quibus etiam suprà dictum est, & infrà dicetur.Et sic dici ac discurri posset in aliis criminibus cum quibus componi posset furtum,quòd quidem laboriosius quam subtile foret pernotare. ¶ Sed videamus 6 de furto † in simplici significato prout furtum describitur: videlicet, prout est fraudulosa contrectatio rei alienæ mobilis corporalis,quæ fit inuito domino, animo lucrandi gratia rei,vel possessionis, vel vsus.*ff.eo.l.j.in fi.* Et 7 notanter † dicitur *fraudulosa*: quia si quis bona cogitatione, puta domini credulitate erroréve ductus, aliena, capiat, non tenetur pœna furti *Insti. vi bo.rapt. §. ita tamen,* quia non sufficit sola contrectatio,aut simplex cogitatio. cùm hæc per se non faciant furem. *arg.d.l.j.§. inde sola.* Et dicitur *cõtrectatio* à *con* quod est *simul.*& *Traho*, quòd quasi simul cum bonis furantis alienorum bona tractantur. Alia membra diffinitionis latè tractantur in summis & titulis. 8 *ff.& C.*quæ ibi videantur. ¶ Sed quia de pœna † huius simplicis furti quærimus, dicendum est, quòd pro varietate,pœnæ furti simplicis,quòd non transit in speciem alterius delicti,distingui solent furta iure antiquo,& secundùm qualitatem personarum. Nam si esset commissum à seruo, castigabitur seu fustigabitur delinquens, aut alias in corpore punietur *vt ff.de pœn.l.in seruorum.* Si verò à libero homine,tunc aut erat nobilis, aut in dignitate positus, & tunc pecunialiter puniebatur. sic intelligebatur *l. capitalium. §. non omnes. ff.de pœn.*aut non erat nobilis, nec alias in dignitate: & tunc aut erat homo bonæ vitæ, qui alias non consueuerat facere mala: & tunc puniebatur in pecunia, quam si soluere non poterat, conuertebatur in pœnam corporalem. & in argumentum adducebant *l.secundam.ff.de pœn.cum l.quicunque.C.de seruis fugit.* Aut erat talis persona, quæ alias consueuerat facere mala, & tunc corporaliter puniebatur *vt ff.de pœn.d.l.capitalium.in fin.*

¶ Ho-

¶ Hodie verò ius † nouum: videlicet, *auth. C. de ser fugit. sed nouo iure*, non facit distinctionem personarum in simplici furto, sed æqualiter puniri iubentur: licet communis practica curiarum iura vetera obseruet secundum distinctionem prædictam. Fuerunt tamen, qui tenere voluerunt, quòd pro vno furto enormi quis possit grauius puniri, quàm pro paruo, quorum opinio iuuari posset *per text. ad hoc notabilem in l. Pedius. §. diuus. ff. de intend.* verumtamen, quia lex non distinguit in furto simplici magno, vel paruo, nec ego distinguo. quia vbi lex non distinguit, nec nos, &c. *l. de precio. ff. de publicia.* Nec obstat illa. *l. Pedius.* quia ibi furtum erat qualificatum propter qualitatem naufragij. Et ideo † fur diurnus, qui aliena de die ingreditur cenacula: putà apothecas seu officinas, domos, vel horrea, animo furandi, punitur grauius: quia magis est deprauatus animo, quàm ille qui nocte. Nam ille, qui nocte, si non timet diuinam, humanam tamen veretur iustitiam secũdum illud. Qui malè agit, odit lucem. Sed diurnus, neque diurnam, neque humanam formidat disciplinam. & ideo, quanto deprauatior animus, tanto grauior pœna infligitur. *per l. sacculary. §. j. ff. de extraordi. crimi.* scil. secundum qualitatem delicti attentati ad tempus in opus publicum damnari, vel ad tempus relegari. *vt in d. §. j.* ¶ In latronibus † autem, scilicet qui de die & cum aggressura deprædantur, & in famosis aggrassatoribus siue grassatoribus furibus, nihil est immutatum *per d. auth. Sed nouo iure, in versi. qui autem violenter.* sed capitaliter puniũtur. *iuxta distinctionem. d. l. capitalium. predicto. § grassatores. & §. famosos.* ¶ In duplici † etiam furto non composito, vltra fustigationem, quæ pro simplici imponitur, grauius punitur fur: puta, quia secundò mutilatur, & pro tertio † suspenditur secũdum constitutiones imperiales, de quibus in Lombardis constitutionibus, quæ licèt locales videantur, per extentionem tamen vsus & stili curiarum, extensæ sunt dictæ constitutiones imperiales in prouinciis, quæ iure scripto reguntur, ad interpretationem legũ cõmunium. Et hoc satis tolerabile est: quia cresscente cõtumacia, crescere debet & pœna: *c. non ab homine. Ext. de iudic.* De iure † tamẽ, pro duobus furtis simplicibus nunquam morietur, quia non potest dici grassator, vel fur seu latro famosus, licet † dicatur consuetus *per l. nemo.*

9

10

11

12

13

14

15

C.de epi.audi. ¶ Grassator autem vel fur famosus dicitur,per tria furta.*ar.l pluraliter.& si ff.de abige.* ¶ Erit ergo talis resolutio in hac materia furtorum non compo-
16 sitorum : quod † Pro vnico furto dicitur fur, & debet fustigari *per dictam auth.sed nouo iure*:Pro secundo verò dicitur cõsuetus,& ex interpretatione legis imperialis Lombardiæ mutilatur aliquo membro : putà aure, vel altera manu minus necessaria & in qua minus potest, vt vult Glo.*in c.vnico.in §. iniuria. super verbo Furtum quæ ad hoc est magistra.tit.de pace iura.fir.in vsibus Feu.*Pro tertio verò,dicitur famosus vel grassator, eo quòd sæpius ad vomitum rediisse dicitur.Et quamquam *d.auth.sed nouo iure.C.de ser. fug.& corpus vnde sumitur,hoc est Nouel.*134.velint,quòd pro furto nemo moriatur, & ad hoc concordet lex diuina. *Exod.xxij.c.xxj.*In furtis tamen,cùm dicta iura nil statue-
17 rint:ideo furtis † multiplicatis, & maxime cum pluries quis furtum commiserit, & correctus corrigi noluerit,
18 tunc ex legum † interpretatione,quæ sumitur ex generali consuetudine & obseruantia, secundum aliquos, punitur furca, seu alias capitaliter *per d §.grassatores.& per §.famosos.* verumtamen,quia lex præscripta.*scilicet auth.sed hodiè.C.de ser.fug.§. quia vero.* & vnde sumitur, d. corpus quod est vt *nulli iu.* omnino prohibeant mori pro furto etiam decies commisso, maximè ratione iuris communis vbi aliter iudicatur, oportet excusari lege municipali, aut consuetudine locali. Et hæc procedere videntur in
19 furto simplici. ¶ Et quia † aliquando furtum fit qualificatè:puta,tempore incendij,ruinæ & naufragij: tunc grauius punitur, secũdum qualitatem personarum & rerum. Nam si grauis præda fit, distinguitur an liberi, vel serui sint:quòd si liberi,aut sunt altioris, aut inferioris gradus. quòd si altioris, fustibus cæsi in triennium relegantur. Si verò inferioris aut serui sint, flagellis cæsi in metallum dantur. Si verò præda non sit magna,liber fustibus, serui flagellis cæsi dimittuntur *d.l.Pedius. §.diuus. ff de incend.*
20 ¶ De speciebus † autem pœnarum,agitur *in l.si quis forte. § fin.cum trib.legib.seq.ff.de pœn. & in d.l.capitalium. eod.tit.*
21 ¶ De iure † autem canonico distinguendum est in hoc crimine,sicut in cæteris criminibus: scilicet an sit clericus pro furto per eum commisso publicè diffamatus, & tunc non imponitur pœna, nisi leuis per modum pœnitentiæ
per c.

per c.fi.de fur. Nec illius impeditur promotio: dum tamen quatuor concurrant: Primò, quòd ſponte confiteatur. Secundò, quòd ſatisfaciat læſo. Tertiò, quòd infamia non inſurrexerit contra eum, & Quartò, quòd egerit pœnitentiam. Si autem inſurgat infamia ex furto commiſſo, vel furtis commiſſis, non ſolùm impeditur promouendus, ſed deponitur iam promotus 50. *diſt.c.de iis.lxxxj.diſt. ca. presbyter.xvij.q iiij.ſi quis clericus.* & detruditur ad agendam pœnitentiam *per lecta.& not. in c.tuæ.de pæn.* Quod qualiter practicetur, videndum eſt in prædictis iuribus.

De Furto arborum cæſarum.

R v b. x x.

Argumenta.

1. Furti ratio in cæſis arboribus pro varietate earum habenda.
2. Arbores fructiferas alienas } cædens vt puniatur.
3. Arbores non fructiferas. }

QVia iſta ſpecies furti ſpecialiter notatur in iure conueniens eſt, vt de ea ſpecialiter dicamus. & ideo inſiſtendum eſt, eo quòd magis in eo delinquitur, cùm poſſit tranſire in depopulationem agrorum in reipublicæ præiudicium diſtinctio tamen fienda eſt inter † arbores 1 cæſas, quia aliquę ſunt fructiferæ, quæ cæſæ nõ renaſcuntur, vel ſi renaſcantur nõ tamen ſtatim fructum afferunt. Aliç verò nõ ſunt fructiferę, ſed ex propria natura ceduę: vti ſalices & populi, ideo qui arbores fructiferas † lucri 2 faciẽdi, & ſibi appropriãdi cauſa ſciẽter, (ſupple aliena, & ad ſe non pertinere) ſcindũt capitali pœna puniendi ſunt per *l.ſciendum, cum prin.l.ſequentis, & l.facienda.§.furtum.ff. arbor.fur.cæſa.* & huius ratio eſt, quia duplex crimen committitur, ſcilicet fructuum depopulatio. & tales cenſentur inimici reipublicę. *C.quando licet.vnic.ſine iur ſe vindic. l.prima.* & ideo non mirum ſi acriter puniri iubentur. Vbi autem arbores † non fructiferæ, ſed cæduæ præſcindun- 3 tur, per eum qui ſcit eſſe alienas & non ad ſe pertinere, lucrifaciendi cauſa: tunc præſcindens punitur pœna furti: de qua *in præcedẽ.titulo* dictum eſt *per dict.l. facienda.§.furtum.ff.arbo.fur.cæſa.* Et ſic prudens iudex, ſecundum inten-

tionem dolosam scindētis, & qualitatem arboris, pœnam accommodabit: quia In pœnis infligendis maximam partem confert iudicantis arbitrium. ¶ Et ex his satis apparet, & inferri potest, quæ pœna de iure canonico inferatur seu imponi debeat. nam ius ciuile & commune sequuntur Canonistæ in his, in quibus nullum à Pontificibus fuit constitutum speciale decretum. *arg. à contrar. sensu. ca. Euphemium, §. j. ij. q. v.* maximè si ius ciuile diuino non repugnet, aut bonis moribus, *ca. non licet.* 10. *distin.* Sic cædens dolo arborem non fructifera punitur tanquā fur. cùm de iure cano. quantumcunque parum quis de proximo abstulerit furis nomen incurrat. 14. *q.* 6. *ca. vlt. de pœn. dist. j. vulgaris.* de quo sup. visum est *in titulo de furt* Si verò sit Fructifera, magis puniendus, quod totum etiam iudicum arbitrio relinquitur.

De Vi bonorum raptorum.

Rvb. xxi.

Argumenta.

1. Raptus bonorum vt cum vi & sine vi fiat.
2. Rapina vt non sine vi committatur.
3. Rapinæ pœna.

De materia huius rubricæ, quatenus criminalitatem concernit, suprà visum est suis locis: quia raptus † 1 bonorum altero de duobus modis fit, Aut cum vi, Aut sine vi. Et si cùm vi: Aut publica, Aut priuata, de quibus suprà visum est. Si verò sine vi, in furto contingit: & pariter de eo suprà visum est *in tit. de furt.* prout inde verbum sonat *vi bonorum raptorum.* ¶ Rapina † sine vi fieri non potest. *l. ij. §. non solum. ff. de incendia.* ¶ Sed qualitercunque accidat, supra visum est *in tit. ad leg. Iul. de vi.* Et datur infra annum, ad quadruplum: post annum verò, ad simplum. *C. eo. l. res.* Quandoque in duplum tantum *ff. eo. l. iiij. & Instit. eod. in prin. & ibi vide.*

De Incendiariis.

Rvb. xxii.

Argumenta.

1. Incendiarii puniendi ratio quæ adhibenda.
2. Incendium vt variè committatur.

3. Metalli

3. Metalli pœna antiqua, vt in bannimentum hodiernum conuersa.
4. Incendium vt casu committatur.
5. Culpa quæ res caret in damnum minimè vocanda.
6. Incendiarii pœna ex iure canonico.

ET clarè † liqueat, quæ pœna pro hoc commisso siue delicto infligenda sit, distinguẽdum est. quia Aut † incendium fit sine dolo, sed cum culpa, aut cum dolo. Si primum aut culpa est leuis, aut lata: si leuis tunc damnum resarcire iubetur *ff. de incendio. l. qui edes. §. nonnunquam.* si verò culpa sit lata, tenetur emendare damnum. Et si non habetur in ære, luet in corpore *per d. §. si verò.* Si verò culpa sit leuis, poterit castigari per fustigationem. Si verò dolo contingat, distinguendum est: quia aut incendium immittitur in ciuitate, castro, oppido, vel rure. Si primum: tunc aut incendiarius est tenuioris vitæ & humilis, & tunc aut incendium est magnum, & debet necari in igne *vt in l. qui ædes, in princi. ff. de incend.* vel bestiis subiici *vt in l. fi. §. fin. eo. titu.* Quando autem dicat magnum vel paruum, relinquitur iudicis arbitrio: vtroque tamen casu, vltimum supplicium inducitur. *ff. de pœn. qui vltimo. & l. capitalium. in prin. & l. respiciendum in fi.* Si verò incendium non est magnum, tunc imponitur pœna metalli *per d. l. capitalium.* loco cuius † est hodie bannimentum perpetuum. *d. l. capitalium §. nonnunquam.* Aut incendiarius est in aliquo gradu constitutus, & tunc si incendium est magnum, capite punitur si medium, in insulam deportatur. *d. l. fi. §. fi.* Si verò incendium sit factum in rure. tunc aut est humilis persona, aut in gradu constituta. si humilis, & sit incendium magnum, punitur capite, vt sic leuius puniatur, quàm si factum esset in ciuitate, castro, vel opido. *d. l. capitalium. §. qui ob inimicitias.* Si autem sit paruum incẽdium, tunc erit pœna metalli. *ex coniunctione principij d. l. capitalium. & §. qui ob inimicitias, versi. qui verò causam. eiusdem tit.* Nam versi. ille. *qui verò causam.* dicit leuius puniri, & principium. *l. capitalium* dicit leuius quam morte puniri, dum quis in metallum damnatur. Si verò incendiarius est in aliquo gradu constitutus: tunc, si incendium est magnum, deportabitur: si modicum, relegabitur: cùm sit minor pœnæ relegatio, quam deportatio *d. l. capitalium in prin.* & hæ variationes pœnarum ex qualitate personarum & rerum pro-

1
2
3

bantur *per l. Pedius & l.qui ædes.& fi.ff.de incendio. & lh l. 2.ff.de term.amot.& per l.pluraliter.ff. si ex noxa. cauf. agat. & per d.l.capitalium.§.fi.præalle.* ¶ Vltra tamē casus prænarratos † contingit aliquotiens incendium fortuito casu etiam absque aliqua culpa:putà, quia in custodiendo ignē eandem diligentiam adhibuerat is qui lampadem incenderat,qualem diligentiam paterfami.adhibuisset, sed fortuito casu vitrum lampadis ruptum,emisit oleum,& dum ignis validius accensus est, funem quo tenebatur lampas incendit,& sic ex illo fune ignis postea vel trabes domus combussit:in quo casu nulla penitus potest notari culpa. certè tale incendium venia dignum est. *vt in l. si fortuito, in prin. ff.de incendio.* Nec tenebitur resarcire damnum, cum nulla in eo commissa fuerit negligentia, quæ tamen requiritur ad hoc,vt resarcire teneatur *per l.qui ædes. versi.verò. eo.tit.* & ita intelligitur Gl.*in d.l.si fortuitò.* Nā † Rem, quæ culpa caret, in damnum vocari non conuenit.*ca.cognoscentes,in princip.de constitutio.* quia pœna noxam præsupponit. *l.sancimus.in prin.C.de pœn. & est argu. opt.in ca.fi. in fi.de iureiur. & damno dato.* ¶ De iure † autem canonico,incendiarij voluntarij, restituto damno, per tres annos pœnitentiam agere iubentur. *vt in ca.si quis domum. d.t.de iniur.& damno dato.* Et hæc pœna procedit in occulto incendiario: quia si esset manifestus & infamia notatus,tunc si incenderet ecclesias,tanquam sacrilegus, Romano pontifici esset pro absolutione obtinēda remittendus.*ca.tua nos,de senten.excom.* & tales ipso facto incurrunt sententiam excommunicationis. Incendiarij verò aliorum locorum non sacrorum, non sunt ipso facto excommunicati, sed sunt excommunicandi & perpetuo carceri mancipandi.*c.pessimam.xxxiij.q.viij.de quo in ca.cum deuotissima,per glo.xij.q.ij.* Iniungi etiam eis debet peregrinato Hierosolymitana,vel apud sanctum Iacobum, *xxiij.q. vlt.ca si quis membrorum.* de quo habetur *in ca.si quis, de iniur.& damno dato.* Et istæ pœnæ sunt magis conscientiosæ, quàm contentiosæ iudicij. Nam si coram officialibus episcoporū,vel archiepiscoporū,aliorúmve prælatorum,& fiscali procuratore intercedente, in iudicium terminarentur,tunc pro qualitate cōmissi delicti punirētur.ita quòd, tantus posset esse excessus in incendio magno dolo cōmisso,quòd posset degradari: vel si non esset magnus excessus,

cessus,seu magnum incendium,deponi à beneficio: vel si esset paruum,suspendi: & sic alias pro qualitate criminis & personæ,puniri *per ea quæ traduntur in sæpe allegatis.cap. pessimam,& ca.si quis,& in ca.cum non ab homine, de iudi.& in ca.tuæ.de pœn.*

De Abigeis.

Rvb. xxiii.

Argumenta.

1. Abigeatus crimen vnde deprehendatur.
2. Abigeatus pœna.
3. Abigeatus vt aliquando grauiùs puniatur.
4. Abigeorum receptatores qualiter puniantur.
5. Abigeatus pœna canonica.

HOc crimen † abigeatus deprehenditur ex numero 1 peccorum ablatorum,aut ex consuetudine abigentis. Quod si † quis ab vno grege semel duntaxat decem 2 oues,quatuor porcos,vnū bouē,vel equū abegerit,id est, ab alio egerit; ob id quod vi receperit,pœna abigeatus tenetur.*l.oues in princ.ff.eo.*Et aggrauatur delictum ex qualitate loci,ex quo abacta sunt animalia. *vt in d. l.oues.§.eum quoque.* Sed si quis sæpius: scilicet ter vnum pecus qualibet vice abegerit,abigens est.*d.l.oues.§.qui sæpius.* ¶ Aggrauatur † etiam hoc delictum , ex qualitate abigendi:3 quia vel abigitur cum armis , aut sine : puta cum panno rubeo,mors abactorum, studiosa calliditate abigentium: ideóque meritò diuersificantur pœnę.Et vt plenè intelligamus , quæ pœna infligenda est pro pecudibus abactis, facienda sunt hæc membra:quia si quis ouem,bouem,vel equū,& sic de aliis animalibus oberrātibus,& in pascuis relictis,abduxerit,quod voluerit animo doloso vt domino non reddat,non est propriè abigeus, sed fur.& tanquā talis sc.fur,punitur *vt in l.j.§ caterū.ff.de abig.*de qua pœna visum est,*sup.in rub.de furt.*Si verò quis studiosè abigat,vt ipse vel alius arripiat:sicut porcum,capram,berbitam,seu veruecem,vel aliud minimum animal abducat, minus punitur , quam qui bouem, vel equum : putà , quia fustibus castigari poterit *per l.leuia.ff.de accu.* vel ad tempus relegari.*per l.j.in prin.d.tit.ff. de abige.* Qui verò gregem puta

decem oues, quatuor porcos, vnum equum, vel bouem abigit, in metallum damnari poteſt, vel hodie loco illius pœnæ perpetuò banniri. *l. j. §. quamquam. ff. eo.* At ſi abigeus ſit in dignitate conſtitutus, relegatur, aut ab illa dignitate deponitur. *d. §. quamquam. ver. attamen.* Qui autem cum gladio, id eſt, per vim, abigunt, beſtiis ſubiciuntur

4 *d. § quamquam. in fi.* ¶ Receptatores verò † abigeorum, ad decem annos relegantur. *vt in l. fi. in fi. ff. eo. tit.* ¶ In iure

5 autem † canonico non reperitur ſpecificata pœna huius delicti. Attamen, quia iura canonica in pœnis infligendis, ſicut ciuilia pœnam culpæ adaptant: & quando quis culpabilior, tanto punibilior *vt ca. cum non ab homine, de iudi.* Dicendum erit, quòd abigeus improbior ſit fure. *vt in l. abigeatus. ff. eo. lib.* 47. & meritò ſecundum canones punietur, pro furto *ar. eorum quæ notantur, in ca. ſi de furt.* & poterit eſſe depoſitio, *per ea, quæ notantur in d. cap. cum non ab homine. & in c. tuæ, de pœn.* quod tamen, (vt ſup. *in fi. rub. de furto arborum.* dictum eſt) peritiæ iudicantis remittendum.

De Receptatoribus.

Rvb. xxiiii.

Argumenta.

1. Receptatores, quàm ſint noxii.
2. Receptatores, quali pœna afficiantur. vid. & nu. 6.
3. Receptatorum diſtinctio.
4. Receptatorum pœna formali vt non afficiantur affines & conſanguinei.

1 QVia † peſſimum genus eſt receptatorum, ſine quibus malefactores diu latere non poſſunt. *l. j. in princ.*
2 *ff. eo.* Ideo par † ipſos pœna ſpectat. *l. j. C. de his qui latro. vel al. cri. reos occultant.* At ſi quis non receptet, ſed offerre vel auferre nocentē, qui moratur in prædio ſuo cōtradicatur, vel ſuperſedeat, ſi præſens ſit, cuius prædiū eſt is, punitur in ſubſtātia: quia priuatur fundo *l. fi. in fi. d. t. C. de his qui latro. vel al. cri. reos occul.* Et coloni, vel inquilini cōtradicentes, perpetuo exilio ſubiacēt, *vt in ea l. in fi.* idē eſt in bonis. *l. j. C. præd. tit.* ¶ Vt autem clarius † hanc materiam intelli-
3 gamus, faciemus hæc membra: quia Aut quis in domo vel agris ſuis habet nocentem, quem talem ignorat: Aut

quem

quem talem scit. Et primo casu, non tenetur pœna receptatorum, dum tamen dominus prædij non differat iudici requirenti reum, offerre, si in prædio suo sit. Et hoc est quod vult tex. *in l. j. d. t. C. de his qui latrones. in versi. vel offerre, & in l. seq. in prin.* de quo plenius *in l. requirendi. C. de servis fugit per Doctores.* Si verò dominus prædij scit nocentē apud se esse, tunc distinguitur, cuius criminis reus apud eum sit. Nam si latro fuerit; quia tales inimici capitales sunt naturæ, iuráque tales maximè detestantur, volunt iura, quòd qui tales suscipiunt, supplicio corporali puniātur *vt in d. l. j. C. de his qui latro. & in l. j. §. in pari. ff. de recepta.* Qui verò, aliis criminibus irretitos, scienter occultant, pari pœna, qua ipsi occultati puniuntur *per d. l. j. C. de his qui latro.* Quod procedit, si receptator fauet delictis commissis: quia tunc tales sunt fautores *l. secunda. §. non tantum. ff. de incend. rui. naufrag.* Si verò receptator non fauet delictis, sed personis delinquentibus; tunc intelligitur, quòd tales punientur eadem lege: sed non eadem pœna: immò mitius iudicis arbitrio. & sic intelligi debet. *d. l. fi. ff. eod.* Et in pari causa habendi sunt, qui cum apprehendere latrones possent, pecunia vel rerum surreptarum parte accepta, dimittunt, *d. l. j. in fi. ff. de recept.* ¶ Excipiuntur tamen à formali † pœna receptatorum affines & consanguinei, qui affinitatis vel consanguinitatis gratia, malefactores occultant *per l. fi. ff. eo.* Et intelligendum, quod licet affinitatis vel consanguinitatis affectio eos releuet: non tamen à tota pœna excusari, sed tantùm quidem puniri mitius arbitrio iudicis. & hoc est, quòd vult, *d. l. fi in ver. neque seuerè ad modum puniendos.* quasi voluerit dicere Iurisconf. quod non puniuntur iuxta seueritatem legis: sed mitiùs. pro quo fac. *l quid ergo. §. pœna grauior. ff. de his qui not. infa.* Notandum etiam, quòd si affines, vel cognati, receptarent delinquentes, aut pœnas remitterent vel remitterent, fauendo delictis, & non personæ: videlicet participando in aliquo turpi lucro, quod tunc non euitarēt iuris rigorem: sed vna cum consanguineis delinquentibus punirentur; quia tunc cessarent rationes affectionum affinitatis & consanguinitatis, *vt probatur per tex. in l. castitati. cum ibi nota. C. ad leg. Iul. de adulte. & C. de falsa moneta. l. j. in fi.* ¶ De iure autem † canonico, receptatores hæreticorum, anathematizantur, & mortuis denegatur sepultura, *vt in ca.*

4

5

ficut ait,de hæretic. Et intelligendum,de receptatoribus fa-uentibus personæ,& non delicto:quia si fauerent delicto, eadem pœna punirentur, qua receptatores *vt in ca. ij. de hære.lib.6.* In aliis verò delictis,quàm hæresis serua distinctionem legalem,de qua suprà adhibito canonico tempe-ramento,quo suprà vsi sumus, scilicet si receptatores sint ex eo diffamati,vel non diffamati:quia publicè diffamati, puniuntur vt delinquentes, si receptando fauent delicto. *Glos.in ca.j.sup.verb.Receptauerit,de homici.lib.6.ar.eor.quæ habentur in ca.cum non ab homine,de iudi.in ca.tuæ,de pœn.& in ca.fin.de fur.*

De Carcerum effractoribus.

Rvb. xxv.

Argumenta.

1. à Carcere fugiens vt puniatur.
2. Carcere aperto fugiens an pœna afficiatur.
3. Carceris effractor vt grauiùs puniatur.vid.& nu.4.
5. Carceris effractor,vt prò confesso habeatur quamuis re-uera delictum non commiserit.
6. Absoluere nocentem satius, quàm innocentem con-demnare.
7. Carceris effractio vt interdum toleretur.
8. Captiuum à carcere subtrahentis pœna.
9. Captiuum per vim eximens è manibus officiariorum,vt teneatur.
10. Captiui eximendi causa carcerem effringens,vt punia-tur.
11. à Carcere euadens commentariensis culpa,vt mitiùs pũ-niatur.
12. Carcerem effringentis pœna canonica.

1 RVbrica ista expediri potest per quæsitum: scil. Qua pœna † puniatur fugiens à carcere : Pro cuius solu-tione,dic,quòd Aut talis exiuit carcerem non frangēdo, 2 aut frangendo. Primo casu; aut † quia inuenit ostium a-pertum: & sic exiuit, tunc arbitrio iudicis est puniendus. 3 *ff.eo.lib.47.t.18.l.1.2.respon.* Aut frangendo † carcerem. & tunc distingue:quia Aut iste in veritate crimen commisit pro quo erat incarceratus,& tunc punietur capitaliter,li-cet delictum pro quo erat incarceratus nō esset capitale, *vt in d.l.1. in prin. & ff.de pœn l.si quis aliquid,l.a.ij.§.miles.* 4 *& l.milites agrũ.§.eius.in fi.ff.de re mili.* Et est † ratio quare plus

plus punitur: quia maius est delictum, quod etiã duplex esse reperitur. nam primò fregit carcerẽ, deinde aufugit. Nec ita mirum, si plus puniatur. *arg.C.de epis.audi.l.3.in fi. & ad leg.Iul.de vi publ.l.seruos.circa med.de delatorib.l.omnes. lib.x & ff.de pœn.l.capitalium.§.solent.* Aut † iste, qui fregit, 5 delictum non commiserat, & tunc, quia pro confesso habetur: punietur ac si illud commisisset.sic intelligenda. *l. in eos.ff.de cust.reo.& eius glo.* Verumtamen, quia ista pœna imponi debet ex præsumptione probationis, temperatè debet procedere iudex, & quantũ potest tardare ad pœnã, vel saltem multũ mitigare *ar.lec.& no.2.q.1.nomen,& c.j.* quia satius † est nocentẽ absoluere, quàm innocentẽ condemnare &c. *l.absentem.ff.de pœn.* ¶ Considerare † etiam 6 7 debet iudex, quid mouerit fugientem, vel effrãgentem. Nam si conspiciebat, sibi per falsos & capitales inimicos accusatores & testes, crimen capitale impositum, & iudicem fore ipsius inimicum, aut participem falsæ accusationis; tunc, quia per tales verisimiliter vis & iniustitia sibi fieret, tũc fugiens aut frangens, non habetur pro cõfesso, quia ad repellendum vim & iniuriam hoc fecisse videretur, quod permittitur. *l.vt vim.ff. de iusti.& iu.& sa.lec.& no.in l. sententiam.§.qui cum aliter.ff.ad leg.Aquil.* ¶ Quod autem † dictum est, Fugientem, pro confesso haberi, habet hoc locum, si ipsemet exiuit: si autem alius ipsorum subtraxit, tunc subtrahens tenetur secundum quosdam in crimine legis Iul. maiest. *vt in l. cuiusque.ver. Item qui confessum.ff ad leg.Iul.maiest.* Quod etiam est verum, si ille, quem subtraxit, erat reus maiestatis & confessus *vt ibi no.* Si autem erat reus alterius criminis, tunc non punitur vt reus maiestatis, vt ibidem notatur: sed illa pœna, qua detentus puniretur. *C.de exact.tribu.l.quotiens. lib.x.arg.etiam d.l.in eos.ff.de custo.reo.& in sup.d.§.miles.* ¶ Notandum tamen † est, quòd eximens per vim à manibus officiariorum, videtur in casum pro exempto fideiubere. *l.1.§.si quis, C. de falsa mone.* ¶ Sed † effringens carcerem, vt aliquem intro existentem, & detentum pro crimine sibi imposito, licet non verò, à carcere liberet, in quinquennium relegatur, seu bannitur *per l.1.§.item effractores.ff.de effra.* Si autem † culpa commentariensis euadat, leuius punitur. *l.ad commentariensem.C.de custo.reo.cum ibi not.* ¶ De iure † etiam canonico, non reperitũr specialiter pœna sta- 8 9 10 11 12

tuta,sed per generalitatem regularum, de quibus *in supra allegatis. c.ac si cleri. & cum non ab homine,de iudi. & per ca. tuæ de pœn.* poterit ecclesiasticus iudex ad instar regularũ ciuilium, qualitatibus personarum & delictorum pensatis,punire. nam posset deponere effractorẽ *per lec. & not. in ca.ex literis,de excessi.prela.*

De crimine expilatæ hæreditatis.

Rvb. xxvi.

Argumenta.

1. Hæreditatis expilatæ crimen vt à furto parum distet.
2. Hæreditatis expilatorum pœna ciuilis.
3. Hæreditatis expilatores vt non excuset ignorantia.
4. Hæreditatis expilatorum pœna Canonica.

1 HOc crimen † parum degenerat à furto.nam ex parte committentis non est differentia: quia vterque contractat,nec ex parte rei contractæ. quia in eo, vt in furto, alienum contractatur, *vt in l.j.ff.eo.per verbum* alienam, *ibi positum.* Sed quia in furto res quæ contractatur,est verè vnius certi,vel pluriũ certorum:in expilata autẽ hæreditate, nescitur cuius hæreditas erit, vel si sciatur,nondum

2 est possessa *vt in l.ij.eo.tit.ff.* ¶ Quia tamen † expilatores, sunt atrociores fures.*l.j.§.expilatores.ff.de effractio,*sic etiam atrociùs puniuntur. Nam in opus publicum perpetuum, seu perpetuo banno, si criminis qualitas exposcat, dari possunt:vel in temporarium,si insignioris gradus sint:honestiores verò, hoc est,in dignitate constituti, amoueri possunt ad tempus ab ordine seu dignitate,vel banniri ad tempus arbitrio iudicis,qui crimen cognoscit *vt d.§.expilatores.* Et in effectu,non potest certa regula dari:quia secundum qualitatem personarum delinquentium & delicti, iudex alteram pœnam prædictarum accommodabit.

3 ¶ Notandum tamen est, † quòd ignorantia hoc casu expilantem non excusat *per l.si ff.eo.ti.* putà, si credat esse de bonis vnius,& sic de bonis alterius. Sed si crederet esse suum, & cogitatione dominij caperet, excusaretur *per l. merito.ff.pro soc.* Si tamen capiat aliquid, quòd ad se non pertineat, credens quadam crassa credulitate nulli pertinere,pariter tenetur:quia ridiculum est dicere,vel audire,

quòd

quòd rem alienam velut suam ceperit vel occupauerit. Omnes etenim scire debent, quod suum non est, hoc ad alios modis omnibus pertinere. *l.fi.C.vnde vi.* vbi bonus text. in ista materia. ¶ De iur. autẽ † cano. quia non reperitur expressa pœna in hoc casu, recurrendum est ad pœnas canonicas, de quibus sup. *in rub. de furt.* 4

De Termino amoto.

Rvb. xxvii.

Argumenta.

1. Terminorum amouendorum causæ.
2. Terminum lapideum amouens vsus gratia vt puniatur.
3. Terminum amouens dolo malo, vt suo fundo adiiciat, qualiter puniatur.
4. Termini amoti in finem obturandi alterius limites, quæ pœna.
5. Terminum amouens animo nocendi vicino, vt puniatur.
6. Termini amoti nomine, vt popularis competat actio.
7. Termini amotio vt casu fortuito contingere possit, & quæ tunc amouentis pœna.
8. Terminum amouens mandato alterius vt puniatur.
9. Terminos qui amouent, vt puniantur de iure canonico.

GLossa finalis *in l.fi.ff.eo.* facit tria membra contingentia hanc rubricam: sed quia illa tria membra nõ amplectantur totum titulum, & maximè pœnas legis agrariæ, de quibus *in prin. l fin.* Visum mihi est, posse sub sex membris totum titulum comprehendi: de quibus seriatim dicendo, huius ti. materia satis erit enucleata. Consideremus † igitur, quæ causæ inducere possunt amouentes ad amouendum terminos. Et si resolutè pensemus, quatuor duntaxat reperiemus: Prima causa est vel esse potest, quia terminus lapideus est insignis & vtilis ad alia ædificia, & is qui amouet † arbitratur terminum illum vtilem esse ædificio suo: & sic furatur, quamuis non animo transferendi, aut propellendi, vel obscurandi, sed lapidis tantum ædificio adaptandum gratia, limitem lapideum amoueat. Et tunc tenetur pœna furti. de qua suprà visum est *in tit. de furt.* & hoc cõtinet *l.j. in fi.ff.eo.* dum dicit: *sed pro conditione admittentium cohertione transigendum.* Et istum intellectum magis declarat. *l. diuus in fi. eod tit.* Secundo † casu, terminum amoueri possunt, vt remotius 1 2 3

fingantur & complantentur, animo sibi appropriandi, amouendi partem agri vicini, infra quem propulsi sunt termini.& istum secundum intellectum tangit Glo.vlt. *in l.fi.eo.tit.* qui colligitur *ex prin.l.ij.eo.tit.per verb.propulerint.* Nam illud verbum *procul* pellere sonat. & tale delictum punietur secundum qualitatem personarum; ita quòd si in gradu dignitatis cõstitutus sit cõmittens, subdistinguitur, vtrũ iuuenis, vel senex sit. qui si iuuenis fuerit, in longinquis partibus ad tempus relegatur. Si verò senex 4 in propinquis. *l.ij.§.de pœna.ff.eo.* Tertiò † casu, contingere hoc crimen potest, quando duo litigant de finibus agrorum suorum conuicinorum & vnus euellit terminos, animo obturandi limites alterius, & tunc punitur secundum qualitatem & conditionem personæ & factorum violentiam. *l.diuus.in prin.& l.fi.in fi.ff.eo.* Hoc tamen scias, quòd vltimus gradus, est relegatio seu bannimentum temporale, & non capitalis pœna *vt in dictis legibus.* Quar-5 tò † casu contingere potest sola amotio, cùm deprauatione: putà, quia non vult contrectare terminum, nec prædium vicini sibi lucro facere, nec quæstionem seu litem obscurare, sed dũtaxat animo nocendi vicino, quamuis sibi non proficiendi causa fines communes inter vicinum amoueat: nihilominus puniendus erit: verum tunc distinguenda pœna secundum diuersitatem personarum *ex l.agraria.* Nám si liber sit, pro quolibet termino amoto condemnatur in quinquaginta aureis fisco applicandis. Si verò sit seruus, capitaliter punitur, nisi pro eo mulctam 6 soluere dominus voluerit. *l.fi.in prin.ff.eo.* ¶ Et est † actio popularis in præmissis casibus *vt in d.l.fi.§.& eius actio-7 nem.* ¶ Quintò † potest contingere euulsio terminorum casu fortuito: putà, quia credens furari lapidem simplicem, furatus est terminum, quem ignorabat esse terminum: & tunc verberibus cædi iubetur. *l.ij.in fi.ff.eod.* ¶ Se-8 xtò † & vltimo contingere potest euulsio terminorum, mandato alicuius: & tunc mandatarij, hoc turpe exequentes, mandatum, per biennium ad opus publicum dantur, vel loco illius, per biennium relegantur seu banniuntur. *l.ij.§.si verò alij.ff.eod.* ¶ Et per hos casus credo comprehensum esse totum nigrum *ff.eo.* Et pariter omnes casus, qui in hac materia, vltra quam expedit quotidiana praxis retentis simplicibus terminis rubricæ, euenire vsu pos-

sunt

sunt. quia extendendo rubricam, posset fieri digressio ad alios casus: putà, si per vim publicam vel priuatam fieret, & similia. ¶ De iure † canonico pariter fit distinctio inter committentes. & consilium dantes. Nam consilium dantes, duobus mensibus excommunicari iubentur: *vt in capite tanta. lxxxvj distin.* ita tamen, vt si quid eis intra terminum dictorum duorum mensium humanitus euènerit: putà infirmitas, vel mortis periculum, viaticum eis non denegatur. Principalis verò delinquens, in carcerem coniiciendus ad tempus pro pœnitentia peragenda. *ar. eorum quæ sentit Glo. in d.c. tanta, sup. verb terminos, iunctis etiam quæ dicuntur in sæpe allegatis. c. cum non ab homine. de iudi. & cap. tuæ. de pœn.* maxime cùm de facto illo insurgit contra committentem infamiam, vt in præcedentibus pœnis canonicis dictum est. 3

De Collegiis illicitis & Monopolis.

Rvb. xxviii.

Argumenta.

1. Collegiorum faciendorum causæ.
2. Collegia licita & illicita quæ.
3. Collegium, quibus permissum facere.
4. Monopolium quid, & vt à Collegio differat, vid. & nu. 13.
5. Pistorum.
6. Carnificum seu Laniorum
7. Cauponum
8. Sartorum & id genus aliorum artificum

(5–8: fraus.)

9. Monopolia vt prohibita.
10. Monopolium illicitorum pœna.
11. Iudices, monopoliis indulgentes, vt puniendi.
12. Collegiorum illicitorum pœna ciuilis.
14. Collegia de iure canonico quæ approbata.
15. Collegiorum illicitorum pœna canonica.

VT certam habere possimus doctrinam, quæ Collegia dicantur licita, & quæ illicita: duas † habemus considerare collegiorum faciendorum causas: communem videlicet, & priuatam. Et regulariter † collegía, quæ ad vtilitatem reipublicæ fiunt, sunt de iure permissa. *l j. §. item collegia. ff. quod cuiusque vniuersitatis. & in l. collegia. § in* 1 2

summa.ff.de colle. & corporib. illici. Cætera verò, quæ ob vtilitatem priuatam cuiuslibet, & non habita consideratione boni publici, fiunt, illicita censentur. *vt in l.j. C.de monopoliis. & l fi.ff.eo.* ibi dum dicit, *dum ne quid ex publica lege*
3 *corrumpant & cet.* ¶ Et est† notandum, quòd regulariter præmittitur artificibus enumeratis *in l fi ff.de iure immun.* facere collegium, dum tamen bona intentione, illud fa-
4 ciant: quia si illud faciant † ad inuidiam seu detrimẽtum reip. propriámq; vtilitatem: diceretur potius Monopoliũ, quam licitũ collegium *per d.l.vnicam.C.de monopol.* Quod multis modis contingere potest: puta, quia fit inter artifices alicuius ciuitatis, quòd fraus fiat in artificio: vt inter
5 pistores, † qui manus & brachia lauant cum aceto vel o-
6 leo, vt panis exaletur, & appareat maior. Et carnifices, † qui insufflant carnibus, vt grossiores appareant petie car-
7 nium. Et caupones, † qui pro vino aquaticam: & pro muscatello, vinum album sophisticatum vendunt. Sic & sar-
8 tores † in diploidibus siue duplionibus ponunt lanam loco bombicis: & eos, qui stamni, cupri, aut electri vasa, cõflant, & aliquas lineaturas sub colore ornamenti faciunt, vt citius corrumpantur. & sic de aliis artibus, in quibus id genus aliquæ committuntur barattariæ, vel in quibus potest fieri fraus etiam in prætio. puta, quia omnes eiusdem artis conueniunt, ne vnus alio vilius vendat, quàm inter eos conuentum sit, vel ne vnus opus per alium inceptum
9 perficiat. *vt in d.l.vnica, de monopoliis.* Et tales † congregationes conspirationes & conuentiones, ad æmulationem reipublicæ confectæ sunt reprobæ, damnatæ & punibiles.
10 Ideóque † pœna talium facientium talia monopolia illicita, distinguitur ex personis. nam si serui sint recepti in collegio illicito, pœna est centum aureorum *vt in d.l.collegia.* Si verò liberi illicitum collegium contrahant, pœna quinquaginta librarum mulctantur. Sed si cum collegio illicito concurrat monopolium, in detrimentum reipublicæ: tunc tale monopolium facientes, confiscatis bonis,
11 in exilium perpetuum mittuntur. ¶ Et iudices † premissas pœnas infligere dissimulantes, in xl. libras auri condemnantur, prout hæc omnia probantur *in l.vnica. predi-*
12 *cta. C.de monopol.* Facientes † verò collegium illicitum: scil. cõtra legum sanctiones & reipu. vtilitatẽ, puniuntur: sicut qui vi publicam committuntur *per l. qui illicitum. ff. de col.*

de col.illici. immò etiam, ſi per tale collegium læderetur princeps, habens maieſtatem, teneretur lege Iul. maieſta. *l.j. verſi. quóve cœtus. ff. ad leg. Iul. maieſta.* Et per præmiſſa potes † elicere differẽtiam inter collegium illicitum & monopolium. 13 ¶ De iure † autem canonico, collegia quę fiunt ad pia loca ſunt approbata: vti monachorum, canonicorum, ſcholarium & ſimilium *prout not. Doct. in c. cum ab eccleſiarum. de offi. ordi.* Et pariter religionum per Romanum pontificum approbatarum: *vt in c. fi. de relig. domi. & c. vnico eo. tit. lib. 6.* 14 ¶ Pœna † autem certa eodem iure non eſt ſtatuta ſaltem pœnalis in foro contentioſo. 15 Sed propter prohibitionem canonicam, puniri poſſent arbitrio iudicis *ar. eorum quæ leguntur & notantur in c. delicta. de exceſ. præla.* Et recurrendum eſſet habita conſideratione criminis & perſonarum: qualitate ſcilicet penſata ad regulas generales, quæ ſæpè dictæ ſunt *in dictis cap. cum non ab homine. de iudi. & c. tuę. de pœn.*

De Crimine ſtellionatus.

Rvb. xxix.

Argumenta.

1. Stellionatus crimen ſub quo titulo adſignandum.
2. Stellionatus crimen quale. vid. & nu. 5.
3. Stellionatus actio vt cum actione de dolo conferatur.
4. Stellionatus crimen vnde dictum.
5. Stellionatus vt committatur.
6. Stellionatus pœna.
7. Stellionatum vt committat impoſtor.
8. Diſiunctiuæ *vel* vis & natura.
9. Impoſtura & colluſio vt pro eodem ſumantur.
10. Stellionatus pœna iuris canonici.

HOc crimen poſſet † ſub titulo generali *De extraor. criminibus collocari: vt in l. ſtellionatus. ff. de extraor. crim.* 1 Sed quia Iuriſconſulti principalem aſſignant rubricam, de his in quibus communiùs delinquitur: ideo aliquid de hoc crimine ſpeciatim dicemus. Pro quo permittendum, quò crimen † ſtellionatus locum habet in omni delicto, ſeu crimine, cui à iure nomen certum nõ eſt impoſitum *l. ſtellionatus. in prin. ff. de crimi. ſtellionat. li. 47. tit. 20.* 2 Et ſicut ſe † 3

habet actio de dolo, ad ciuilia iudicia, in priuatis iudiciis, seu ciuilibus actionibus: sic se habet stellionatus in criminibus. Nam sicut de dolo actio est subsidiaria: *vt in l. si legatarius. ff. de dolo.* ita etiam in locum deficientis accusationis specialis criminis, datur ex hoc titulo criminis stellionatus accusatio. Verùm ne per ignota procedamus, sciendum est, quòd † crimen stellionatus nomen sumpsit à quodam animali reptili, quod dicitur stellio, quod animal est quasi simile serpenti, & stellionatum animal dicitur, quia ex diuersis coloribus pictum est, sicut cœlum stellis.

4

5 Committit autem hoc crimen † ille, qui animo, verbo, & opere varius & incõstans est: puta, quia eandem rem vni impignorat. & alteri vendit: permutat, insolutum dat, vel quomodolibet alienat, vel vnam mercem pro alia supponit, vti electrum pro auro, stannum pro argento, pannum lineum pro serico. *d. l. stellionatus, cum tribus seqq. vsque ad §. pœna ff. eod. titu. & in l. saccularij, in prin. ff. de extraord. crim.* vel qui rem alienam, asserens esse suã, impignorat. *l. fi. eo. t.* Et generaliter in omni casu, vbi deficit criminis titulus certus hac voce designatur. *vt in d. l. stellionatus. ff. eod. titu.*

6 ¶ Pœna autem † certa in hoc crimine exprimi non potest: quia secundum qualitatem commissi variatur *vt in §. pœna. ea. l.* quę vult, stelliones puniri pœna extraordinaria: dum tamen in plebeis pœnam metalli: in honore verò constitutis ad tempus relegationem vel ordinis amotionem non excedat. Et quia omnes casus videntur satis clari, satis deprehenditur pœna cuiuslibet ex premissis: excepto, quod in ead. *l. iij. §. itẽ si quis*, fit mentio, quòd qui im-

7 posturã † facit, crimen stellionatus committit. In cuius quidem verbi interpretatione Glo. & Doctores variarũt: ideo ad euitandum omnia contraria, verbi *imposturam*, & clausulę, in qua dicitur in dicto text. *Item si quis imposturam fecerit, vel collusionem in necem alterius, stellionatus poterit po-*

8 *stulari*: in quo † noto disiunctam, *vel*, cuius natura est iungere simbolizantia, saltem in significato. *per c. inter cæteras, de rescr. cum ibi not.* oportet præsumere, † quòd *impostura* &

9 *collusio* pro eodem ibidem effectualiter accipiantur. Et ita intelligendum, quod hæc fiant in necem alterius. Capiamus ergo vnum membrum, quod baptisabimus per stellionatum: putà, Titius odio habet Seium: idem Titius scit, quòd Seius frequentat domum Gaij habentis vxorem

formo-

formosam. Et licet Titius sciat Seium frequentare ex causa honesta & nō turpi domū Gaij: suggerit tamē Gaio, quòd ex causa turpi frequentat. vt medio Gaij se de Titio vindicet. atque ita ex illius suggestione Gaius Seium occidit. Et quia iste casus non est nominatim comprehensus sub lege Cor. oportuit ipsum, cum idem sępe contingat, sub generalitate huius tituli comprehendi. Et iste intellectus potest defendi per doctrinam duarum glossarum *in ca. sicut dignum, de homi.* quarum vna est, super verbo *inflammasse*: & alia super verbo *prouocassent*. Qualitatem autem pœnæ tam huius, quàm cæterorum membrorum huius criminis, relinquo arbitrio ius dicere debentis, qui personarum & facti qualitatibus pensatis, pœnam pro qualitatibus adiiciet. ¶ De iure † autem canonico, non reperio expressam pœnam: applicari tamen potest per tradita *in cap: nulli liceat. de re. eccle. non alie.* in pignorante vel alienante res ecclesiæ ad se non pertinentes, cuius est pœna priuatio à beneficio illo cuius bona alienat tāquam sua, cum sua non sint *per glo. fi. eod. tit.* & facit ad hoc. *l. iubemus. §. œconomus. C. de sacrosan. eccle.* 10

De Sepulchro violato.

RVB: XXX.

Argumenta.

1. Sepulchri violati crimen cur hodie non sit in vsu.
2. Sepulturam vt liceat, & vbi oporteat eligere.
3. Sepulchri violati pœna { Ciuilis & Canonica.
4.

QVia hodie Ecclesia † in copia cimiteriorum prouidit, crimen hoc in desuetudinem abiit. Nullus siquidem legitimè humandus sepultura caret: nec magis exquisita, quā non exquisita prodest. *vt Ext. de sepul. quasi per tot. & de statu mona. c. cum ad monasterium.* licet permissum † sit eligere sepulturā, quæ eligi debet in loco magis religioso *vt in c. fraternitatē. de sepult.* ¶ Quę autē † pœna violati sepulchri esse soleat, notatur per Gl. *sup. verb: crimine. C. de sepul: viola. & in l. si quis, sup. verb. Violatores. eo. ti. & in l. fi. & l. prætor ait. sup. verb: aureorū. ff. eod. qui est tit. 12. lib. 47.* ad quæ me remitto. ¶ De iure autem canonico nulla pœ- 1 2 3

na statuitur, nisi quòd gesta irritantur: *vt in d.c.fraternitatem.* Et in effectu ista rubrica parum est in vsu: ideóque parum commodè tractari potest.

De Violatoribus exiliis & carcerum.

R V B. XXXI.

Argumenta.

1. Exilii violator vt puniatur.
2. Deportatio vt à Relegatione differat, & quæ vtriusque pœna.
3. Carcerem aut custodiam violantis pœna } Ciuilis, & Canonica.
4.

1 Poena † violantis exilium, seu bannimentum, est, secundum quod crescit contumacia. Nam qui ad tempus relegatus est, si redeat infra tempus, in insulam relegandus. *l.capitalium.§.in exulibus.in princ.ff.de pœn.* Et erit ista relegatio perpetua *vt ibi vult Glo. per l. relegati.eo. tit.* Sed illius glo. non potest procedere: quia tunc superflueret, quod sequitur ibidem: videlicet, *qui quidem relegatus*, & post *qui deportatus.* Et † cum deportatio, ex proprio significato, sit perpetua relegatio. *versi 7 temporalis l.relegatorum.§. hæc est differentia.ff.de interdict. & releg.* non oportebit intelligere illam relegationem, temporalem vt primam, sed erit hæc differentia: quia per primam relegatur extra prouinciam: in secundo verò, relegatur ad tempus in insulam: & sic non habet aliquam prouinciam liberam. Et si talis in insulam relegatus, recedat, in insulam in perpetuum deportatur: qui deportatus, si post euaserit, capite punitur *per dicta iura.* ¶ Et idem † in custodiis dicendum. *vt in d.l.capitalium, §.ita. & in custodiis.* quas custodias, Gl. ibi exponit, per interpretationem *l.custodias.ff.de pub.iudi.* Sed forte intelligere possemus illum *§. & ita.* loqui in condemnato ad carcerem ad tempus *per l.seruus.C.de pœn.* & hoc sentit Gl. *in c.hij qui in q.iiij. & per c.quamuis.de pœn. lib.v.* quam glo. dicit procedere, in omni habente iurisdictionem. Dicemus ergo, ita & in custodiis subaudiendũ: id est, in hominibus ad tẽpus carceri seu custodię mãcipatis: hoc est, vt qui in tempus damnati essent ad carcerem, si euaderent, duplicaretur tempus. *l.aut damnum.§. quisquis.ff.de pœn.* & si iterum violarét illud, in perpetuum damna-

damnarētur.*vt ibid.& d.§.ita.*& qui in perpetuum,si exirent.Item in metallū damnarentur.Et in metallum damnati,si euaserint,summo supplicio afficerentur. Et per istā expositionem, † colligitur,quæ pœna imponatur de iure canonico violanti carcerem ad quem damnatus fuerat ad tempus:scilicet,quòd duplicetur:& si duplicatum iterum violet,quòd perpetuo carceri deputatur,adhibetur tamen temperamentū in dicta temporū duplicatione: vt scilicet tempus infrà decennium.in tantum duplicetur, quantum ex decennio relinquebatur.Si verò ad decennium,vel vltra erat incarceratus, tunc perpetuatur.*vt in d.§. quisquis.* Potest etiam ecclesia imponere pœnam exilij 50. *dist.c.accedens.de calum. ca j.de cri.fal.ad audientiam.* In illis casibus procedetur,vt sup.dictum est. 4

De Vectigalium & aliorum tributorum indebitis exactoribus.

Rvb. xxxii.

Argumenta.

1. Vectigal vt indebitè exigatur, & id genus indebitæ exactionis pœna } Ciuilis & Canonica.

SVnt qui sub colore † debitæ exactionis plurimas faciunt extorsiones, maximè in exigendis pedagiis,guidagiis,passagiis, & aliis tributis, quos puniri conueniens est. Et quia circa hæc variè delinquitur,variæ etiam pœnæ statuuntur.Nam potest exigi indebitæ vectigal: putà, quia nullum ius vectigalis competit exigenti. & de eo dictum est.*supra in rubri.de vi publica.* Et,vt hic aliqua reperamus, amplius secundum theoricam Doc. *in l.fi.C.noua.vecti.insti.non posse.*distinguamus. quia Aut aliquis vtitur illicitè in dicendo vectigal.Et est pœna quinquaginta librarū auri & pœna legis Iuliæ de ambitu.*vt ff.ad leg.Iul. de ambitu.l.vnica.* & hoc si non exegerit, sed solum indixerit, aut post indictionem exigerit: & tunc etiam pœna legis Iul.vis publicæ, si cum armis: Si autem sine armis, de vi priuata,tenetur *vt ff.de Iul.de vi priua.l.fi.* Aut est rectè indictum vectigal,sed publicanus malè exigit.Et tunc Aut exigit de illis à quibus non est consuetum exigi: vbi est pœna capitalis,si ab inuito exigat. *C.de vectigal.l.vni.* 1

uersi.in fi. Aut abutitur exigendo plusquā debeat de mercibus consuetis. & tunc quantum ad fiscum punitur exilio *vt l.fi. C. noua vectigal. instituí non posse.* vel extra ordinem. *vt ff.de publi.vecti.& commis.l.j.§.dixerit.* Et intelligitur secundum qualitatem criminis *vt ibid.in §.seq.* ¶ De 19 iure † autem canonico ecclesiastica persona excommunicatur, priuata interdicitur, donec emendauerit competenter *per cle. præsenti.de censib.* Et ista eméda fiet parti, ac pro pœna ad tantundem condemnabitur *vt in ca.quia plerique.de immu.eccl.*

De Violatoribus immunitatum.

Rvb. xxxiii.

Argumenta.

1. Immunitatem Ecclesiarum violantis pœna ciuilis & canonica.
2. Immunitas Ecclesiarum vt pluribus casibus denegetur.
3. Pacis violatores qua pœna afficiantur.
4. Immunitate qui personæ ratione gaudent, an bonorum ratione gaudeant.

1 Violantes † immunitatem ecclesiarum, iuribus ciuilibus pœna vltimi supplicij puniuntur. *l.fi.1. responso. C.de his qui ad eccle.confu.vbi Glos.* De iure autem canonico, est arbitraria: *per ea quæ leguntur, & not.in cap.quominus, & in ca.aduersus.de immunita.eccle.* Et potest violator pecuniariter in nongentis solidis, vel alias, & ista mulcta puniri. *c.si quis contumax.xvij.q.iiij.* & violatores, vt publici latrones, reputari: & donec emendent excommunicari. *c.sicut antiquitus, eadem causa.& q.* ¶ Aduertendum tamen est, quòd si per vim extrahendo ab immunitate, inferretur iniuria clericis. tales violatores punirentur tanquam læsæ maiestatis rei. *ead.causa.& q.c.qui autem. & fac. opti-2 mè.c.cum deuotissimam.xij.q.ij.* ¶ Casus † autem, quos colligunt. Doct. *in c.inter alia.de immuni.eccle. & in c.1.de homicid.* in quibus quis non gaudet immunitate, enumerantur septem. Primus, in clerico, qui ad euitandum disciplinam confugit, quem potest prælatus extrahere disciplinæ causa, & ei pœnitentiam pro pœna iniungere, vt animæ confugientis consulatur. Secundus, in interficiente clericum. Tertius, in seruo fugiente inuito domino. nam cùm iura-

mento

mento impunitatis restituere tenetur ecclesia. Quartus, in Iudęis& infidelibus. Quintus, in publico latrone, vel depopulatore agrorum. Sextus, in cōmittente homicidium vel mutilationem in ecclesia, cimiterio vel alio id genus loco immunitatis. Septimus, quando quis insidiis pensatis commisit homicidium. Iura autem ciuilia duos alios casus adducunt, scilicet raptores virginum & adulteros *per §. quod si delinquentes, in auth de man. princi. coll. iij. Nou. 17.* quis duos casus Canonistæ communiter non recipiūt, nisi committerentur intra ecclesiam. ¶ Quæro, quæ † sit 3 pœna violatorum pacis. Dic, quòd secundum leges, est pœna capitalis, in milite violante. *ff. de re mili. l. fi. in fi.* in milite verò ecclesiæ, est excommunicatio. *xxiiij. q. ij. c. illi qui.* & priuatio. *ca. 1. in fi. de treu. & pa.* quia cùm in plus se habeat dolus committentis, quam negligentia puniētis, si priuatur episcopus non puniens, multo magis presbyter vel clericus committens. verum tamen: quia parum est in vsu, amplius non prosequor. ¶ Posset item quæri, An † quemadmodum personæ gaudent immunitate, 4 gaudeant similiter bonis: Distingue, quia Aut sunt bona debitorum fisci principis, vt reipublicæ, & tunc non gaudent. *ar. l. diuus. ff. ad leg. Iul. pecu.* Aut debitorum vt priuati: & tunc gaudent. & ita intelligatur. *ca. sicut antiquitus. xvij. q. iiij. cum concord.*

De Extraordinariis criminibus.

RVB. XXXIIII.

Argumenta.

1. Crimen extraordinarium quale. vid. & pass. numm. seqq. Instrumentorum & documentorum alienorum proditio & reuelatio, vt sit extraordinarium crimen.
2. Instrumentorum alienorum proditio vt puniatur.
3. Fructus vicino prohibens colligere, qua pœna affici atur.
4. Scopuli in limitibus quid, & vnde dicti.
5. Molendini exclusam propria authoritate demoliens, vt extraordinarii criminis pœna afficiatur.
6. Tyriacæ exprobratores, vt extraordinem puniendi.

EXtraordinarium † crimen esse potest, proditio instru- 1 mentorum vel documentorum secretorum partis facta parti aduersæ inuito eo, cui pertinebat reuelatio. *vt in*

l. sacculary. §. sunt præterea. ff. eo. ti. & in l. si quis aliquid ex metallo. §. si quis instrumentum. cum seque. ff. de pœn. licet fuerint qui dixerint, quòd sit crimen falsi *per l. j. §. is qui depositam. ff. de fal.* dicta tamen *l. sacculary. §. sunt præterea. ff. de extraor.* 2 *cri.* inter extraor. crimina connumerat. Quicquid tamen † sit, pœna est deportationis, aut in metallum dationis. *per d. l. si quis aliquid. §. instrumenta. & per totum tex. illius. l. ff. de* 3 *pœn.* ¶ Potest † etiam cadere in extraordinarium crimen, si quis cùm non essent termini certi positi, per potentiam suam volens occupare prædium vicini, intimat vicino ne vltra aliquod signum, quod ad libitum sui facit progrediatur fructus colligendo, & hoc faciat sub comminatione mortis: & ille talis vicinus pusillanimis, metu mortis sibi cõminatæ ingredi non audet, nec fructus suos sibi pertinentes colligere: certè talis excessus etiam capitaliter puniri solet. *d. l. sacculary. §. sunt quædam.* quod maximè procedit, vbi talis comminator scopulos posuit ad exequendum suum propositum. & licet glo. interlinearis ibi exponat *scopulos*, id est, *lapides*: non videtur tamen textui posse adaptari. quia tex. claro verbo *lapides*, vtitur. & cum verbum *lapides* sit dictio latina, non est opus ethimologisari per verbum *scopulos* græcum. sed dicemus, quòd sco-4 puli sunt † signa per insidiatores & speculatores apposita. per comminantem hi scopuli missi ad videndũ, si comminatus lapides aut alia signa apposita per cõminantem, auferre tentauerit, vt ipsum comminatum auferentem occidant. Et hoc satis aperit ille text. σκοπεῖν enim Græcè, *intendere* vel *speculari* latinè dicitur. & secundum hæc cadit hoc delictum in extraor: criminibus: nam si lapides per modum terminorũ appositi, remouerentur aut transferrentur, caderet sub titu. *de termino amoto.* quod est crimen ordinarium: superflueret dictus *§. sunt quædam.* quod non est dicendum. ¶ Potest etiã † dici, incidere in extraor-5 dinarium crimen, is, qui exclusam molendini, aut piscandi, aut gratia adaquandi agros, factam, propria auctoritate demolitur. Nam quemadmodum rumpentes aggeres in Ægypto, vsui agrorum necessarios, puniebantur per edictum de Nili *aggeribus non rupem.* cuius pœna acerrima erat *in l. vnica. C. de Ni. aggeri. nõ rum.* possumus à similitudine publicæ vtilitatis, pœnam non leuem, sed tamen arbitrariam per conditione personæ & commissi, imponere, sc-

re,secundùm iudicantis arbitrium *d. l. saccularij. §. si ff. eod.* ❡ Possunt† etiam extraordinem puniri isti exprobatores 6 tyriacæ, qui vt maior fides habeatur, ab emptoribus, præsentibus incutiunt timores per incirculationes serpentũ: & puniuntur extra ordinem arbitrio iudicis *per l. fin. ff. eo.* Alios casus potest quilibet curiosus per se in iure perquirere.

De pluribus extrauagantibus pœnis in corpore iuris comprehensis.

RVB. XXXV.

Argumenta.

1. Iudicis ordinarii in multis rationem iuris non seruantis pœna.
2. Album Prætoris corrumpentis pœna.
3. Prætoris album quid.
4. Patrem vel patronum in ius sine venia vocantiũ pœna,
5. Vi eximentis, quo minus quis in iudicium veniat, pœna.
6. Depositi actio quibus in casibus pœnalis.
7. Fratrem criminaliter accusantis pœna.
8. Aquiliæ legis pœna ex primo & tertio capite.
9. Crines vel barbam euellentis pœna.
10. Metum inferentis pœna.
11. Legatum aut fideicommissum non soluentis, aut solutionem dolo differentis pœna.
12. Terram vicini dolo malo occupantis aut possidentis pœna.
13. Consuetudines malas iudicis sustinentis pœna.
14. Delatorem corrumpentis aut subiicientis pœna.
15. Delatoris contumacis pœna.
16. Agriculturam impedientis pœna.
17. Testari prohibentis pœna.
18. Iudicis insinuationes instrumentorum, celebrationes nuptiarum aut sepulturas mortuorum prohibẽtis pœna.
19. Hospitis, peregrini bona testamẽto sibi adaptãtis pœna.
20. Peregrinum, testari non posse dicentis, pœna.
21. Iudicis non visitantis incarceratos, pœna.
22. { Mulieris intra luctus tempora nubentis, pœnæ. Nuptiarum secundarum pœnæ.
23. Mulieris ab alio quàm marito parientis intra luctus tempora, pœna.
24. Caussæ (seu litis) cõtinentiam diuidentis pœna, & quid caussæ continentia dicatur.
25. Criminosum iudici, in cuius iurisdictione deliquit, iudicis non remittentis pœna.
26. Appellantis ante definitiuam, frustratoriæ dilationis causa, pœnæ.

27. Repudium mittentium sine causæ probatione pœna.
28. Iudicis non terminantis criminalem causam intra biennium,ciuilem verò intra triennium,pœna.
29. Iudicis in causa ciuili corrupti pœna.
30. Vasalli in bello dominum deserentis,pœna.
31. Militia quotuplex.
32. Militia doctoralis,quæ,& à quo ordinetur.vid.& nu.34.
33. Militia spiritualis,à quibus ordinetur.
34. Miles terrestris,à quibus ordinetur.
35. Miles mixtus,seu doctor,à quibus ordinetur.
36. Militiarum insignia quæ.
37. Milites terrestres vt delinquant & puniantur. vid. inf. num.seqq.pass.
38. Transfuga, 39. Emansor, 40. Desertor, 41. Contumax, 42. Proditor, 43. Petulentus, 44. Desidiosus vel Segnis, 45. Ignominia missus, 46. Refuga, } miles quis.
47. Transfugæ, 48. Emansoris, 49. Desertoris, 50. Contumacis, 51. Proditoris, 52. Petulenti, 53. Desidiosi seu Segnis, 54. Refugæ, 55. Ignominia missi, } militis pœna,
56. Militum per ebrietatem aut lasciuiam delinquentium, vt mitior sit pœna.
57. Militis,terminos à duce præscriptos tempore belli prætergredientis pœna.
58. Militis arma alienantis pœna.
59. Militis emansionem quæ excusent.
60. Militum spiritualium & mixtorum delicta & pœnæ.
61. Administrationis suæ res ementis pœna.
62. Ecclesiæ res ementis aut aliter alienantis seu oppignerantis pœna.
63. Notarii Ecclesiasticarum alienationum instrumenta seu acta stipulantis pœna.
64. Oeconomi Ecclesiastica bona alienantis pœna.
65. Iudicis authoritatem impartientis in Ecclesiasticarum rerum alienationibus pœna.
66. Titulos imponentium in bonis principis quantumuis vacantibus pœna.
67. Bona priuatorum:quamuis vacantia, sine titulo vsurpantium pœna.

68. Mu-

Poena iudicis † ordinarij, qui ratione mulctarum in maiori summa duarum vnciarum auri cõdemnat, est dupli. *C. de modo mulct. l. 1. 1. respon. & §. quòd si quis.* Per hoc tamen non euitantur pœnæ, quæ pro delictis cohercendis seueriùs conuenit infligi, *vt in § sequenti. qui incipit, Nec tamen.* Pœna † alius, qui album prætoris corrumpit est 50. aureorum & legis Cor. de falsis, *vt notatur ad plenum In sti. de acti. §. pœnales. in glos. super verb. ex albo.* & ibi diffinitur Album † prætoris (hoc est, tabula dealbata in loco aliquo publico & eminenti posita, in qua citationes, programmata & edicta describantur, quo omnibus pate fierent. & fac *quæ not. Doct. pass. toto tit. ff. de albo scrib. & in l. si quis id, ff. de iurisdict. omn. iud. & in §. omnem vero, vers. Vocem enim præconum, auth. de litigios. Nou. 112.*) Aureus autem accipitur pro solido, & septuaginta duo aurei pro libra. *Inst. de pœna temerè litig. in glo. fi. & C. de suscep. & archa. l. quotiescunque. li. xj.* ¶ Pœna † illorum, qui in ius vocant patrem & patronum, est 50. aureorum, patri seu patrono applicandorum, *vt not. Glo. Instit. de actio. d. §. pœnales, sup. ver. in eum.* & si libertus non possit soluere, luat in corpore & fustigetur. *ff. de in ius vocan. l. fin.* Idem forte in filio, licet noxæ non detur *vt ibidem dicitur.* Idem dic in patrona à matre & aliis superioribus. Et nota modum per quem debet peti venia. *in d. §. pœnales. & ti. de pœna te. liti. § fin. sup. ver. impetrasset.* & loquitur de filio emancipato: quia alias non posset agere, nec cum venia, nec aliàs contra parentes: nisi in castrensibus, vel quasi, *vt vult Glo. in d. § pœnales. & in l. fi. ff. de in ius vocan.* ¶ Pœna † illorum, qui vi e-

1 2 3 4 5

ximunt,quo minus quis in iudicio veniat,seu illorum per quem factum est quo minimus quis &c. est, quòd creditur iuramento damnum passi.& in tantum condemnabitur ille qui exemit,vel per quem factum est,*vt no.Glo.Insti.d.ti.de acti.eodémq;.§.pœnales,sup.verb.Itē aduersus.*¶Pœ 6 nalis est † actio depositi in duplū in quatuor casibus:scilicet,si fiat ratione tumultus,incēdij,naufragij,vel ruinę, si quidē reus inficietur,*vt no.Inst.d.ti..de actionibus.§.planè* 7 *si depositi.* ¶Pœna† fratris,qui accusat fratrem capitaliter, est exilij. *C.qui accusa.non pos.l.si magnum.*nisi patris fuerit 8 vitæ insidiatus *eo.ti.l.per insidias.* ¶ Pœna † legis Aquiliæ ex primo capite,competit quādo homo vel animal,quod numero pecudum habetur,id est, quod congregatim pascitur,& non alias,occiditur.& est pœna in confitentem, quod æstimatur quantum valuit ab anno retro. *Inst.de leg. Aquil.§.1.* Nam vbi homo occiditur, habet locum lex, Cor.de qua suprà suo loco dictum est. Secundum caput, non est in vsu.Tertium verò caput, competit quando homo vel animal, quod gregatim pascitur, vulnerat: & est pœna,quantum valuit à triginta diebus citra contra consistentem *Institu. de lege Aqui. §. capite autem tertio, & de acti.§.sed & legis.*vbi dicitur,quòd contra inficientem datur in duplum.*§.ac ille.Insti.eo.& C.ad l.Aqui. l.contra negantem.* Pro homine verò vulnerato, attenditur qualitas loci,temporis,& vulneris.*§.iniuria. in ca.1. de pace iura.fir.* & arbitrio iudicis punitur cum resartione damni.*§.in du-* 9 *plum.Insti.de acti.& ibi glo.* ¶ Pœna euellentis † crines vel barbam, aut dantis ictum baculi vel pugni, sine vulnere est decem librarum parti, & xx.fisco. *§.si quis aliquem, de* 10 *pace ten.in vsib.feu.* ¶ Pœna illius,† qui metum intulit,est quadrupli: si perseuerauerit vsque ad sententiam. *ff. quod me causa.l.si cum te.§.j iij.& fi.& Insti.de acti.in §.quadrupli.* Vbi dicitur,quòd non durat vltra annum *in d.l.si cum te.§.* 11 *iij.*¶ Pœna † illius,qui non soluit legatum & distulit fraudulosè,& sine causa solutionem, vel fideicommissum venerabilibus locis relictum,antequā vocetur ad iudicium, est dupli.cuius actio vocatur mixta *Institu. de acti. §. Item mixta.* Et ibid. notat Glo. quòd currunt vsuræ à tempore moræ sine alia interpellatione.In aliis autem legatis,pœna est interesse *vt ibi dicitur*: verumtamen si hæres iussus vel monitus à iudice,non impleat infra annum volunta-

tem de-

tem defuncti: intellige in iis, in quibus non transit ius in legatarium vel fideicommissarium sine facto hæredis, perdit ius quod habet ex testamento & institutione, & deuoluitur ad venientes ab intestato *iuxta lect.& not. authent.hoc amplius.C.de fideicommiss.* ¶ Pœna † dupli est illius, qui occupat vel petit dolosè terram vicini: quia debet amittere id quod occupat & tantumdem de proprio. *vt C.fini.regundo.l.si constiterit.* ¶Pœna† contra iudices, qui sustinent malas consuetudines aut inuentiones, posse præscribi aliquo tempore, est viginti librarum auri & priuationis cinguli *in auth.vt nulli iudi.§.j.colla.ix.Nouel.*134. ¶ Pœna † illius, qui delatorem corrumpit, est, quòd pro conuicto habetur. *ff. de iure fisci. l.eius qui delatorem.* at is qui ipsum delatorem deferre inducit, & tantum ærario teneretur soluere, quantum delator consuetus fuisset, si obtineret. *ff.d. ti.de iure fisci.l.senatus censuit.§.j.* Et si † delator ter citatus noluerit comparare, tenetur pœna calumniæ, *vt in §.diuus.in ea.l.* ¶Pœna†illorũ, qui impediunt, agricultores in cultura sua aut qui eorum inuadunt personas, boues, vel instrumenta aratoria, est, quòd puniuntur in quadruplum & incurrunt infamiam ipso iure. *C.quæ res pigno.oblig.in authen.agricultores.*

12

13

14

15

16

¶Pœna† illius, qui inhibet testari, est, quòd priuatur à successione. *C.si quis aliquem testari. probi.l.ij.* Etiam debet condemnari in duplum, restituendo illis, qui propter hoc damnificantur, & in exilium mitti *in d.auth.vt nulli iudi.§: & hoc peruenit.col.9.* Idémque iuris in † iudice, qui testamentum factum insinuari, vel nuptias celebrari, vel donationem nuptiis confirmari, vel corpora mortuorum sepeliri, vel rerum discretionem, vel aliquid pertinens ad prædicta, vt ibi dicitur, fieri non sinit vel permittit. ¶Pœna † hospitis, qui bona peregrini, ratione testamenti in domo hospitis facti, sibi appropriat, est tripli. *C.communia de success. auth omnes peregrini.* Et in fine dicitur, quantum aliquis deliquit in hoc, puniatur. & hoc arbitrio iudicis. Pœna illorum, † qui dicunt peregrinum facere non posse testamentum, est, quòd efficiuntur intestabiles: ita quòd in hoc puniuntur, in quo delinquunt. *C.communia de success.auth.d.omnes peregrini.* ¶ Pœna † contra iudices statuta est, viginti librarum auri, qui non visitant incarceratos quolibet die dominico, *iuxta l.iudices. C. de epi.aud.* ¶ Pœ-

17

18

19

20

21

22 na † mulieris, quæ infra tempora luctus, à legibus ciuilibus instituta, id est infra annum, nubit, est, quòd infamis efficitur. Item secundo viro non potest dare in dotem vltra tertiam partem bonorum, nec in testamento vltra tertiam partẽ eidem relinquere potest, nec donationes mortis causa, nec legata vel fideicōmissa petat, & bona si quæ habeat à primo marito amittit *vt not. in l. j. & ij. C. de secũd.*
23 *nup.* Idem est † iudicium de illa, quæ parit infra annum ab alio, quam à marito primo *in eod. tit. auth. eiusdem.* De iure autem canonico sublata est pœna infamiæ *per cap. fin. de secund. nup.* quia iure diuino secundum Apostolum, mortuo viro mulier soluta est à lege viri *vt not. ad Corinth. 8. cap.* quoad verò ius ciuile prædictæ pœna legales in fauorem succedentium apposita, non sunt sublatæ: immò remanent. Et ista est resolutio Doctorum *in dict. iuribus.*
24 ¶ Pœna † est imponenda illi, & applicanda fisco, qui continẽtiam causæ diuidit, id est, qui agit de possessione corã iudice vno, & vult agere coram alio de proprietate. *l. nulli. C. de modo mulctar. ff. de testi. l. quæsitum. ff. de iure delic. l. j. in fi.*
25 *& de offi. iudi. deleg. cap. de causis.* ¶ Pœna † iudicis, qui non remittit criminosum in atrocibus iudici requirenti, in cuius iurisdictione deliquit, est quatuor librarum auri. Si verò propter pecuniam hoc facere renuat, est cinguli amissio & exilium *in auth. vt nulli iud. §. si verò quis compre-*
26 *hensor. col. ix. Nouel. 134.* ¶ Pœna illius, † qui frustratoriæ dilationis causa ante diffinitiuam appellauit, est 50. librarum argenti quæ mulcta si clericus fuerit, pauperibus applicatur. *C. de episco. au. l. ij.* si verò laicus, fisco. *l. ab executo-*
27 *re. C. quorum appel. non recip.* ¶ Pœna † vxoris, quæ mittit repudium & non probat iustam causam, est, quòd amittit dotem & propter nuptias donationem, & efficitur innubilis vsque ad quinquennium. *C. de repudi. l. consensu. §. j.* Et
28 idem in viro. *§. seq. ea. l.* ¶ Pœna † iudicis, qui non terminauit causam criminalem infra duos annos, est viginti librarum auri. *C. vt infra certum temp. criminalis actio terminetur. l. fin. in fin.* alias alibi punitur in decem libras auri & amissione officij *C. de custodia reorum. l. fin. in fin.* vt sceleris conuictos velox pœna subducat, & innocentia liberandos expeditio non moretur: Sic & in causa ciuilis terminanda est, infra tres annos, aliàs iudex punitur in decem libras auri: & maiores iudices debent puniri in triginta

libras

libras auri. *C.de iudi.l.properandum.§ sin autem vtraque pars.* Quod totum hodie malè obseruatur. ¶ Pœna † iudicis, 29 qui in causa ciuili est corruptus, est dare triplum & cinguli amissio. Sed si promisit, solum duplum *vt C.de pœna iudi.auth.nouo iure.primo resp.* ¶ Pœna † vassalli, qui dimittit 30 dominum in bello mortali, absque eo quòd sit vulneratus mortiferè: vel si concubuit cum vxore, concubina, nepte, filia, vel sorore, quæ in hospitio morantur, vel si maiorem partem feudi alienauerit: vel impignorauerit: est amissio feudi *cap. vnico, quibus modis feud.amit.* de quo latiùs dicturi sumus *infrà parte ij. tit. de feud.* ¶ Sed cùm apud nos frequentia etiam ciuilia vigeant bella, in quibus sæpenumero delinquitur: videndum est, quibus modis delinquatur, & qualiter in eis commissa puniantur. Quæro † igitur primò; Quotuplex est militia: dico, quòd tri- 31 plex: Quædam est militia cælestis, quæ circa spiritualia versatur. *l.sacrosanctæ, cum sua auth. presbyteros. C.de episcop: & cleric.Glo.in l.miles. de re iudic.& 95.distinct.ca.ecce, cum ibi not.* Alia est, militia terrestris, vti est militum, qui in acie pro republica pugnant *toto tit.ff.de re milit.* Tertia est, militia mixta: id est doctoralis, quæ † partim de diuinis, par- 32 tim verò de humanis rebus tractat, *l aduocati, cum ibi not. C.de aduocat.diuersor.iudic.l proximos, C.de prox.sacrorũ scrin: li.xij.* Qui quidem milites propter virtutum merita, per scrutinium assumuntur; prout de prima militia probatur *in c.vnico, de scrutin.in ordi.faciendo.& in c.eam te.de ætate & qualit.ordi.& xxiij.distin.ca.hac igitur.& xxiiij.distin.c.quando.* De secunda habetur. *C.qui militare possunt vel non.l.j.lib. xij.l.contra publicam.in fi.C.de re milita.eod.lib.* De tertia verò habetur *.viij.q.j.oportet, C.de professoribus & medic.l.Grãmaticos.& l.magistros, li.10.* ¶ Nunc à † quibus ordinetur, 33 quæritur quod iure satis expeditum est. Nam milites spirituales, hoc est presbyteri, ab episcopis ordinantur *vt vult Gl.in c.quanto de consuetud.& in c.j. de temp.ordi.lib.vj. xxj.di.ij nono.xciij.distin.ca. legimus.* Ex consuetudine tamen, vel priuilegio, possunt minores ordines: scilicet primæ tonsuræ, per abbates conferri, *ca.cum contingat, de ætate & qualit.* ¶ Terrestris † verò miles, ordinatur à principe, 34 vel a principis vices gerente: *vt legitur & not in l.j. C. qui militare possunt vel non & C. de re milit.l. neminem. lib.12.*

35 ¶ Mixtus † verò miles, scilicet doctor, ordinatur à præsidente in collegio Doctorum. *l. magistros, cum ibi not. C. de*
36 *professo. & medi. li. x.* ¶ Et † quilibet prædictorum militum recipit aliqua insignia. Nam miles cœlestis recipit tonsuram & induméta sacerdotalia *Gl. in cle. quoniam, de vita & honest. clericor. & in Exod. xxviij. c.* Terrestris verò, recipit ensem & stigmata. vide Glós. *in l. milites. ff. ex quib. causis maior.* Mixtus verò, scilicet Doctor, recipit librum & anulum, & id genus alia doctoratus insignia, de quibus *Glos. in cle. cum sit, de magistris.* Et in istis insigniis attenduntur consuetudines prouinciarum. ¶ Et cùm nostra pro nunc versetur intentio circa pœnas militiæ terrestris; videa-
37 mus † quibus modis delinquunt, & qualiter puniuntur milites terrestres. Et dic quòd dupliciter delinquunt: scil. faciendo prohibita, & non faciendo iussa. *l. desertorem. §. in bello. ff. de re milit.* In hac enim generali regula, ferè omnes comprehenduntur species, in quibus delinquunt. Et quidem faciendo delinquunt his modis. Primò, exercitum deferendo, & apud hostes se transferendo: & tales vocantur transfugæ, de quibus habetur *in l. postliminium. la. ij. §. transfugæ. ff. de capti. & in l. item. & ff. ex quibus caus. ma.* Et
38 dicitur † transfuga, etiam si non vt ibi perpetuò sit, transfugiat: sed vt in aliquo tempore ibi existat. *d. l. postliminium.*
39 *§. transfuga.* Secundò † eundem exercitum deserendo, & per patriam vagando, & inde proprio motu suo ad exercitum redeundo: quo casu dicitur Emansor. *ff. de re militari.*
40 *l. iij. §. emansor.* Tertiò, † similiter exercitum deserendo, & per prolixum tempus vagãdo, & inde inuitus rediens: quo
41 casu dicitur Desertor. *d. l. iij. §. desertor.* Quartò, † qui in acie prior fugam facit, qui dicitur Contumax. *l. si omne. §. con-*
42 *tumacia, eo. ti.* Quintò, † secreta hostibus pandendo: quo casu Proditores dicuntur, *vt in ea. l. §. exploratores.* Dicuntur etiam proditores, qui hostes muniunt, quò fortiores & validiores fiant. *l. fin. & ibi Doc. C. quæ res exportari non de-*
43 *bent.* Sextò, † qui in præpositum belli, seu capitaneum, manus violentas infert, qui appellatur Petulentus *d. l. si*
44 *omne. in princip.* Septimò, cùm † ducem vel capitaneum protegere possit ab inimicis, non protegit *ea. l. §. fin.* quo
45 casu dicitur Desidiosus vel Segnis *vt ibid.* Octauò, † deserit quis exercitum propter quodlibet aliud delictum, quod commisit; quo casu dicitur Ignominia missus, vel

Igno-

Ignominiosus. *l. milites agrum. §. mißionum, eo. tit.* Nonò, † 46 deserit exercitum captiuus seu prisonerius hostium: quo casu dicitur Refuga *vt in d. l. milites. §. eius.* ¶ Et hi omnes tanquam delinquẽtes pro qualitate vniuscuiusque delicti puniendi sunt: hoc est, aliter & aliter. Nam transfugæ † 47 furca damnantur, seu aliàs capite puniuntur. *l. iij. §. hi qui ad hostes. ff. de re milit. l. lex. xij. tabu. §. fin. ff. ad l. Iul. maiesta.* ¶ Emãsores † verò puniuntur secundũ qualitatem eman- 48 sionis, arbitrio præpositi, tribuni, vel capitanei. *l. qui cum vno. §. fi. ff. d. t. de re milit.* qui secundum varietatem causarum emansionis pœnas statuent. *vt ibid. nota.* Nam posset esse tam grauis emansio, quòd pœna etiam ab initio esset capitalis. *l. iij. §. is qui in exploratione. & §. in bello, de re milit.* ¶ Desertoris verò † pœna similiter augetur vel diminui- 49 tur secundũ qualitatem & euẽtum desertoris. *l. non omnes. in §. j. & iiij. sequentibus. ff. de re milit.* Nam si pœnitentia ductus sponte redeat, mitiùs punitur, quàm si coactus reducatur: & mitius, si aciem pacatam, quàm bellantem deserat: nam si bellantem deserat & coactus redeat, capite punitur. *d. l. non omne. §. in bello.* Sed si voluntarius redeat, deportatur in insulam, seu perpetuò bannitur. *d. l. non omnes. §. item desertor.* Qui verò in pace aciem deserit, mitiùs punitur *vt ibid. not.* ¶ Contumax verò, † regulariter ca- 50 pite punitur: si quidem tempore belli contumacia committitur. *d. l. omnes. §. contumacia.* Si verò contumacia committatur dum acies bella non gerit, mitiùs punitur: tunc enim priuatur cingulo *l. qui cum vno. §. qui post, eo. tit.* ¶ Proditores verò † capite puniuntur. *d. l. omne. §. qui in acie, &* 51 *§. exploratores, cum l. seq. eo. tit & fac. l. cuiusque. ff. ad leg. Iul. maie.* Vbi autem dictum est, quòd reuelans secreta, dicatur committere proditionem, intelligitur, quãdo reuelat inimicis: secus si amicis. *vt vult Glos. in c. hoc videtur. xxij. q. v.* Et maximè, quando vtilius erat reuelare, quàm tacere *Glos. in c. ego. ij. de iureiur.* ¶ Petulentus verò, qui † manus 52 in capitaneum infert capite punitur *d. l. omne. §. qui manus.* ¶ Segnis verò † seu desidiosus, similiter capite punitur 53 cum factori compareretur. *d. l. omne. §. fin.* ¶ Pro Refuga † 54 seu rei militis refugientis pœna, distinguendum est: quia aut exiuit aperto carcere & sine violentia. Aut rupto carcere & cum violentia. Primo casu non punitur: sed vendicatur si reperiatur. *l. non omnes. §. desertor. & d. l. milites,*

§.eius fugam eo.tit.de re milit. Si verò rupto carcere,& cum violētia:tunc capite punitur. *d.§.eius fugam.vers.eū tamen.*
55 ¶Ignominia missus, siue † Ignominiosus, punitur pœnis infamiæ & priuatur cingulo militiæ.*d.l.milites.§.Missionū.*
56 *cum ibi not.* ¶ Notandum † tamen est,quòd in casibus prędictis,si delinquatur per ebrietatem , aut lasciuiam mitiùs
57 punitur.*d.l.omne.§ per vinum.* ¶Notandum † etiam, quòd milites tempore, quo bellum geritur maximè cauere debent, ne terminos eis à duce belli constitutos prætergrediantur. *c.summa laus.xxiij.q.j.* aliàs puniuntur capite. Verum si prætergrediantur dum bellum non geritur , tunc mitiùs puniuntur.*d.l.iij.§.is qui exploratione, cum seq.ff.d.ti. de re milit.* nec excusantur ex eo, quòd attentatum bene
58 succedit *d.§.in bello.e.d.l.* ¶ Item † notandum , quòd miles qui alienat omnia arma sua, vel principalia punitur vt desertor.Etsi verò alienet non principalia,mitiùs punitur. *l.qui commeatus.§ arma.eo.ti.* Sed tironibus seu nouis militibus communiter eis parcitur , dum hoc primò eis contingit. *d.l. qui commeatus.§.tironi, vlt.* ¶ Item pariter no-
59 tandum, quòd † emansionem excusat : licentia ducis,tribuni,centurionis, aut capitanei belli ad tempus concessa, si intra id redeat.*d.l qui commeatus,in prin.* si vero post: distinguendū est,quia aut redit intra modicum tempus pręfinitum , aut post prolixum tempus post statutum effluxum. Et iterum subdistinguendum : quia aut fuit impeditus in reditu,aut non.Et si fuit impeditus, & probet impedimentum excusatur. *d.l.qui commeatus,in prin.* Si verò non probet:dum tamen aliàs sit bona & honesta persona, statur eius iuramento : aliàs non *d.l.non omnes.§.à barbaris. eo.tit.*verumtamen punitur tanquam emansor, aut deser-
60 tor. ¶ Superesse videretur Qualiter † delinquant & puniantur milites spirituales & mixti. sed quia satis supradictum est de spirituali, in qualibet specie criminis : & de mixto *in tit. De falsis, De concußionibus & pluribus alijs :* ideo hìc non repeto,sed ibi lectorem remitto. ¶ Pœna ad-
61 ministratoris , † qui emit res,quas administrat per se vel per interpositam personā,est quadrupli, procuratori Cæsaris applicāda:& vnà cum hoc,amittat rem. *ff de contrah. emp.l.non licet.* exceptis aliquibus casibus ibidem notatis.
62 ¶ Pœna illius,qui † emit aliquid ab ecclesia,vel in pignus recipit : vel donationis seu permutationis causa: nisi hæc

fiat

fiat in casibus à iure permissis, est quòd restituat rem illam ecclesiæ vna cum fructibus perceptis. Et tantundem de propria substãtia ecclesię applicandã *in auth. de nõ alienan. aut permutant eccles. re. §. quia verò leonis, cum § seq. Nouel. ij.* Notarius † verò perpetuò exulari, & œconomus † 63 debet officio priuari: & tam ipse quàm hæredes tenentur 64 restituere ecclesiæ damna & interesse. Et † iudex, qui au- 65 thoritatem in hoc impartitur, cingulo dignitatis priuatur *eo tit. §. sequen.* ¶ Pœna † illorum, qui imponunt titulos in 66 bonis principis, quamuis sint vacantia, vel qui vsurpant eius rura, est grauissima. *C. de bonis vac. l. iij. & iiij.* Sed in † 67 bonis priuatorum, vel vacantium, est amissio omnium bonorum *in authent. de manda. principum. §. titulos. Nouel. 17.* Vide practicam *per Doc. in l. vacantia. l. si vacantia, & l. fi. C. de bo. vac. li. x.* ¶ Pœna illorũ, † qui inhumant mulierem 68 mortuam prægnantem, absque apertione & extractione partus, est quod peremisse partum videntur. *ff. de mortuo infer. l. negat.* An autem teneatur lege Corn. de sicca. vide *suprà tit. de homicid.* ¶ Pœna † illorum, qui necessitatem fi- 69 liabus & ancillis imponunt, est quòd amittunt ius patriæ potestatis & ius dominij. *C. de specta. & scenic. & leno. l. fi. li. xj.* & pœna exilij & metalli, *vt in fi. d. l. dicitur.* Et etiam † le- 70 nones, qui furtiuè inducunt iuuenes mulieres, & recipiunt lucrum de earum peccato: cùm maius peccatum committant, quàm si furarentur pecunias vel aliam rem, tales lenones pœna vltimi supplicij puniuntur. *in auth. de leno. §. præconizamus col. iij. Nouel. xiiij.* De quo *suprà titu. de adulter.* ¶ Pœna † illorum, qui attentant in supplicatione 71 sua, quod liceat eis facere contra formam statutorum, senatusconsultorum, & imperatorum, est: quòd in tertia parte patrimonii mulctantur, & incidunt in crimen ambitus, & efficiuntur infames. *C. de senatusconsul. l. vnica.* ¶ Pœna † 72 eorum, qui bladum ad exercitum principis præparatum, in alienos vsus conuertunt, vendendo vel distrahendo, etiam mercando de eo: si honestiori loco positi sunt, per confiscationem bonorum puniuntur: inferiores verò deportantur *per l. fi. C. quæ res vendi non possunt.* Et hæc pœna est imposita, cuicunque vendenti extra exercitum, dum tamen non sint hostes: quia si hostibus venderent, lege Iul. maiest. tenerentur, eo quòd principis exercitum, victum distrahendo, debilitant & aduersarios validiores

reddunt. *vt in l.iij.ff.ad leg.Iul.maiest.* Nullus enim potest adinueniri modus promptior ad deseri faciendum exercitum, quàm subtractionis victualium *ar.eo.quæ leguntur, & not.in l.fi. C.quæ res ven. non poss.* Meritò ergo tales puniendi sunt, vti contingit † de pluribus, proximo superiore anno M. CCCCLXXIIII. cum christianissimus dominus noster Francorum rex, misso copioso armigerorũ exercitu cũ octingentis curribus, onustis vomipetris seu bombardis, colubrinis, serpentinis, petris rotundis, & ferreis globis: ac vasis plenis pulueribus, ad debellãdum Perpignianum & comitatum Roumhoni ei rebellem, & edictum, Ne quis Occitanus bladum extra prouinciã transduceret, per suos officiarios fecisset & fieri mandasset: plurésque mercatores propriis commodis & lucris intendentes, contempto edicto extra prouinciam transportassent: grandes & meritò in eos secutæ fuerunt punitiones, propter quas obeditum fuit edicto, & copiosè prouisum exercitui qua ratione, aliúsque mediis expugnata fuit dicta villa Perpiggiani, post cuius expugnationem, cõpertum fuit, quòd per angustia famis, plures intro existentes tempore obsidionis, diebus singulis fame necabantur.

73

74 ¶ Pœna tutoris, † qui in inuentarij confectione res aliquas scienter suppressit, est dupli. C. *de iur. delib. l.fin.§. illo.* & efficitur infamis *l. j. §. item. ff. de offic. præfect. vrb.* & præterea iurari potest contra eum in litem *l.ij. & quasi per totum. C. de in lit.iuran.* & si animo contractandi facit, tenetur furti. *vt sup.de furt.* Pœna † creditoris, exigentis bis idem debitum, est pœna stellionatus *ff.manda.l.si fideiussor. §.in omnibus.* itẽ & De pœna stellionatus supra visum est, suo loco. ¶ Similiter † etiã ea pœna tenetur exigens indebitum *vt in d.§.in omnibus.* Posset tamẽ furtum committi exigendo indebitum, in casibus, de quibus per Gl. *in d.§ in omnibus.* ¶ Creditor † verò, exigens propria auctoritate etiam debitum, perdit ius debiti & crediti. *l. extat. ff. quod met.cau.* Atque hæc dicta sint de pœnis extraordinariis; eorum inquam criminum, quæ vsu frequentiori contingunt.

75

76

77

De Ca-

De Calumniatoribus, Præuaricatoribus & Tergiuersatoribus.

Rub. xxxvi.

Argumenta.

1. Calumniari quid.
2. Præuaricatio & Præuaricari quid.
3. Tergiuersari quid.
4. Præuaricator, vt dicatur aduocatus, qui clam aduersam partem adiuuat.
5. Calumniatus vt quis dicatur, quæ requirantur.
6. Calumniatoris pœna ciuilis.
7. à Calumnia qui excusentur.
8. Præuaricatorum pœna ciuilis.
9. Aduocati vel procuratoris præuaricantis in causa clientuli pœna.
10. Tergiuersatorum pœna ciuilis.
11. Calumniatoris, } pœna Canonica.
12. Præuaricatoris, & } pœna Canonica.
13. Tergiuersatoris, } pœna Canonica.
14. Accusantis & denunciantis calumniosè pœnæ vt eædē.
15. Accusans vel denuncians vt excusentur à pœna calumniæ.

Aliquæ partes huius rubricæ tractatæ fuerunt in aliquibus præcedētibus titulis, dum de legibus Iuliis peculatus, ambitus, & de residuis supra tractauimus, quæ hîc omissa ibi videri poterunt. Sed quia ibidem dicta non fuere ea, quæ necessariò hîc tractanda sunt ad speciem, videndum est primò de calumniatoribus: deinde de præuaricatoribus: postea de tergiuersatoribus. Et ne procedamus per ignota, primum videndum est, de vniuscuiusque nominis significatione. Et primò, Quid sit calumniari. Et breuiter † calumniari nil aliud est, quàm falsa crimina scienter intendere. Nam ex eo, quòd quis crimen delatum non probat, calumniandi causa fecisse videtur. quod procedit in accusante, denuntiante vel instigante *l. j. § incidit. ff. ad Turpill.* Præuaricatio † verò, opposita est calumniæ: ex eo, quòd præuaricari est vera crimina abscōdere: Tergiuersari † verò, in vniuersum ab actione desistere: prout hæc probantur *in ca. si quem pœnituerit. §. notandum, ij. q. iij.* Dicitur etiam † præuaricator, procurator vel aduocatus, qui aduersam partem adiuuat, prodita causa sui clientuli: quod nomen à varia certatione tractum

asseritur: *vt ff. de præuaric. l. j. & l. athletas. §. penul ff. de his qui notantur &c.* ¶ Ad hoc † autem quòd quis in edictum, de calumniatoribus, incidisse possit dici, & calumniatus fuisse, oportet quòd concurrant duo, Primò, quòd accusationem criminis ordinarij instituerit *vt l. j. §. j. ff. de calum.* quia in extraordinariis delictis nō proceditur ex senatusc. Turpilliano contra calumniantem, sed officio iudicis, vt colligitur. *ff. ad senatusconsul. Turpill. l. si quis repetere. §. si stellionatus.* Nec interest, An sint publica vel priuata, eo modo, quo iura distinguunt inter publica & priuata, quantū ad accusationem: sed solum sufficit dici publica: quia publicè puniri interest reipublicæ *per ea quæ plenè not. in l. qui calumniatores. C. eo.* pro quo *Glos. in l. j. super ver. ob negocium, de calum.* & ita intelligitur glo. *in l. j. C. ad Turpill.* Secundò, requiritur, quòd deficiat in probatione propositi criminis, per quod videtur calumniatus fuisse. *C. de aduo. diuer. iudicum. l. j. ff. de testi. l. iiij. §. item diuus. ff. de famo. libel. l. j. in fi. & C. ad leg. Iul. de vi pu. l. si quis ad se fundum.* Et est † in calumniatore in criminibus ordinariis pœna eadē, vel similis, quę imponeretur accusato si cōuictus esset de crimine. *l. ij C. eo. & C. qui acc. nō pos. l iij. & de accu. l. fi.* In aliis verò: scil. in extraordinariis, tanta, quāta pro illo crimine solet pro illo imponi. *l. & in priuatis. ff. ad Turp.* vel si nō sit pœna taxata, relinquitur arbitrio iudicis *per l. fi. C. de act.* ¶ Et notandum tamen † est, quòd aliquæ sunt personæ, quæ excusantur à calumnia aut si deficiant in accusatione, de quibus *per tex. & Gl. in l. ij. C. de calum.* ¶ Præuaricatores † autem ab accusatione desistentes, qualiter puniantur, distinguendum est: quia Aut desistitur ab accusatione sine abolitione: & tūc puniuntur in quinque libris auri, & notantur infamia, & in omnibus etiam expensis condemnantur *per l. iij. §. fi. cū l. seq. ff. de præuari. & per l. qui crimen. C. qui accu. non pos. cum ibi not.* Aut procedit in accusatione, sed non terminat infra biennium: & tunc punitur in quarta parte bonorum cum infamia. *vt C. vt intra certū tempus. l. j.* Aut incepit prosequi causam, sed contumaciter exinde supersedit: & tunc arbitrio iudicis punitur *per l. absentem, cir. me. ff. de pœn.* Et hæc procedunt in accusatore. ¶ Aduocatus † autem, vel procurator, præuaricans in causa clienculi, punitur pœna extraor. *in l. j. §. fi. ff. de præuari.* & efficitur infamis. *l. athletas. §. pœn. ff. de his qui nota. infa.* ¶ Tergiuersa-

uersatores autem, † eisdem pœnis & legibus, quibus & 10
præuaricatores;puniuntur.*vt vult Glo.super rub.C.ad Turpi.per iura in ea alleg.* Aduertendum tamen est:quia si quis tergiuersatur in falsa accusatione per eum facta,per pœnā tergiuersationis non euitat pœnam calumniæ, quæ in plus se habet *vt not.in preal.iurib.* Notandum etiam,quòd pœnæ,de quibus supra dictum est,locum habent ex senatusconsul. Turpil.concurrentibus his, de quibus *in l.j.C. ad Turpill.* Nam cum antea locus esset pœnitentiæ, tenetur tamen accusans actione iniuriarum desistens ante inscriptionem.*per l.item apud Labeonem.§.si quid libello. ff. de iniuriis.* ¶ De iure† autem canonico calumniatores pariter puniuntur similitudine supplicij: puta, quòd si casus pro quo accusatus fuerat exigeret priuationē beneficij, aut depositionem ordinis, aut exilium: talis calumniator priuatur aut deponitur aut etiam verberatur publicè & in exilium mittitur.*ca.1.de calum.* Et si calumniator non possit similitudine supplicij puniri: putà, quia subdiaconus accusat diaconum, diaconus presbyterum,presbyter episcopum,supplebitur pœna: putà, quia verberibus castigabitur, circa tamē sanguinis effusionem,& in exilium mittetur.*vt in d.ca.j.in fi.* Si verò clericus accuset laicum, & si non possit deponi ab ordine, quem habet; punietur nihilominus arbitrio iudicis alia pœna *per d.c j.de calumn.* ¶ Præuaricator verò, de iure canó. punitur pœna extraordi.de quo in *ca.si quem.§.prævaricator.ij.q.iij.& in l.athletas.§.prævaricator.ff. de his qui not.infa.* ¶ De tergiuersatore †nullam pœnam expressam in iure cano. reperio. Sed 13 ad similitudinem pœnarum legalium, dicere possumus, eum qui dolose & expressè desistit puniri debere pœna extraor. vt præuaricatorem *per d.§.prævaricator.* Si verò non dolose & expresse, sed caute desistat, non punitur. quia conceditur in foro ecclesiastico pœnitentia accusanti.*per c.licet.de accu.*tenetur tamen actione iniuriarum, *vt ibidem.* Sed † eædem pœnæ quæ imponuntur accusanti, 14 imponuntur etiam denuncianti *per c.cum dilectus de calumnia.* Excusantur † autem de iure canonico ij,qui de iure 15 ciui.excusantur,de quibus *per l.in l ij. C.de calum.* Et vltra illos casus adduntur alij duo casus de iure canonico. Primus, si accusator vel denunciator audiuit reum dici criminosum à fide dignis personis.*per ca.inquisitioni.de senten.*

exc. Secundò,quando accuſator vel denunciator fuit deceptus per falſos teſtes,qui promiſerant teſtificari,& poſt defecerunt *per Gloſ.in ca.paulum.ij.q.iiy.*

De Concuſſionibus.

Rvb. xxxvii.

Argumenta.

1. Concuſſio quid.
2. Concuſſionis crimen vt in plures criminum ſpecies incidat,& puniatur.
3. Concuſſionis pœna ordinaria ex iure ciuili.
4. Concuſſio ex quibus interuenire poſſit.
5. Munerum acceptiones quæ in iudicibus damnoſæ.
6. Iudex concuſſor vt puniatur ex iure Canonico.
7. Pœnarum ciuilium & canonicarum, vſu receptarum collatio.
8. Pœna priuans vita & bonis quæ & quando locũ habeat.
9. Pœna priuãs vita,non tamen bonis quæ & quando locũ habeat.
10. Pœna mutilationis membri quæ, & quando locum habeat.
11. Pœna fuſtigationis cum exilio perpetuo quæ,& in quibus obtineat.
12. Bannimenti ſeu exilii perpetui pœna vbi & quando locum habeat.
13. Bannimenti ad tempus pœna,in quibus obtineat,& quę ibi alia ex iure Canonico conferatur.
14. Poſitionis ad columnam ſeu pilum vt locum habeat.
15. Interdictionis aquæ & ignis, item deportationis in metallum,vt hódie obſoletæ pœnæ, & quæ illis ſucceſſerint.

CONuenienter ſubiungitur hæc rubrica præcedenti, ex eo quòd ſæpe contingit, accuſatores vel denunciatores à propoſitis deſiſtere, colluſione facta cum iudicibus per ſordes & concuſſiones,adeo videndum Quid ſit 1 Cõcuſſio,& quæ illius ſit pœna. Dicimus † itaq; quòd cõcuſſio nihil aliud eſt,quàm quòd nõ fiat iuſticia vel quòd 2 fiat iniuſticia iniqua pactio.¶ Et hæc pactio † illicita in ſpecies pluriũ criminũ incidit: Primò legis Iul.repet.in qua ponitur hoc caſu pœna extraor.*ff.ad leg.Iul.repe.*l.Iulia. & ſup.viſum eſt ſuo loco.Secũdò incidit in crimẽ falſi,quod pœnam depoſitionis vel vltimi ſupplicij, continet. *ff.ad leg.Corn.de fal.l.j.j.reſpon.in fi.* Tertio,vt generaliter omnia comprehendamus, tenetur concutiens ſeu concuſſor qui

concu-

concutionem executioni demandauit, eisdem pœnis, quibus teneretur si verè crimina, de quibus iniustè condemnat, vel de quibus iustè condemnare omittit, *per ea quæ leguntur, & not. in l. si ab eo. ff. de calum. & in l. fin. ff. de concussi.* Et posset iudex concussor in omni delicto de omni pœna teneri: ita quòd si per concussionem suam iniustè ad mortem condemnaret, teneretur lege Cor. de sicc. *vt in l. j. in prin. ver. quive magistratus. ff. ad leg. Cor. de sicca.* Et ita posset iudicari de omnibus secundum mensuram & qualitatem corruptelæ. ¶ Ordinaria autem † pœna, est in iudice corrupto, in causa criminali, quòd confiscatis omnibus bonis in exilium mittitur *in auth. nouo iure. C. de pœna iudi. qui malè iudi. sumpta ex auth vt nulli iudicum. § si quid. Nou.* 134. In simplici autem concussione non habente disgressionem ad aliud crimen, est pœna extraor. arbitrio iudi. inducenda, de qua *in l. j. ff. eo.* ¶ Et potest † interuenire concussio ex tribus vt legitur *Moralium ix. ca. ante medium.* vbi dicitur, quòd tres sunt † acceptiones munerum: ad quas ex fraude festinatur: scilicet munus ex corde, munus ab ore, & munus ex manu. munus namque ex corde, est capta gratia alicuius: munus ab ore, gloria per fauorem: munus verò ex manu, præmium per dationem. A quibus omnibus iustus iudex suas manus excutit. Hinc Psalmista ait, Et qui munera super innocentem non accepit. Et † *Isa. xxxiij.* Qui excutit manus suas ab omni munere. Et *cap. x. c.* Inuehitur contra malos & iniquos iudices, qui corrupti malè iudicant, vel qui custodiunt leges iniquas, scribentes iniusticias &c. Et iterum *Psal.* 37. Iudicate filij hominum. Pro quo facit. *ca. cum æterni tribunal, de sententia & re iudi. lib. vj.* Multa alia adduci possent ad exemplum punitionis & reprimendæ concussionis. Sed quia video, quòd his temporibus meis arguere iudices de iniusticia, reputatur deliramentum seu truffa, audéntque vesani iudices ad iniuriam reprehensoribus retorquere: maximè cùm his tẽporib⁹ magnates irreprehẽsibiliter delinquãt, *vt vult Gl. in l. ad splendidioris. C. de diuer. offic. lib. xij.* omnia relinquo diuinæ pietati, quæ diu malos tolerans, postremo viuere non finit. Et quanto tardiùs, tanto acrius punit: lento enim gradu ad vindictam diuina procedit ira, verùm tarditatem supplicij grauitate pœnæ compensat: vt constat ex Valer. *lib. I. in historia de Dionysio Syracusano*

3 4 5 6

6 *sacrilego.* ¶ De iure autem † cano. iudex concutiens seu concussor punitur vt calumniator *per ca.militare.xxiij.q.j.* Sed iure nouo plectuntur pœnis,de quibus *in c.cum æterni tribunal. de sententia & re iud. lib.vj.* verum, quia hodie nulli puniuntur, licet plebes delinquant: ideo conscientiariis principum relinquo. ¶ Finaliter verò,pro generali
7 concordantia pœnarum † ciuilium & canonicarum,relictis his quæ non sunt in vsu, dicere possumus de his quæ adhuc maximè apud nos sunt vsu retentæ, tam ex ciuili quàm canonico iure,quæ quidē tales enumerantur. Pri-
8 ma & maior † pœna ciuilis, est qui priuat vita & bonis: vti est pœna criminis læsæ maiestatis. de qua suprà suo loco dictum est. *in ti.de here. & in tit.de leg.Iul.maiest.* huic proportionatur de iure canonico degradatio, & curiæ seculari traditio:quæ tribus casibus indicitur. Primò,in falsificatione bullarum Apostolicarū. Secundò, in crimine hæresis. Tertiò,generaliter in quocūque crimine, in quo incorrigibiliter perseueratur.de quibus *sup.in ti. seu rub.de heretic.& de fal.Et est glo.in c.nouimus.de verb.sig.* ¶ Secun-
9 da pœna est † quæ priuat vita,sed non bonis: vti sunt cætera crimina vltimum supplicium importantia.de quibus suprà visum est *in diuersis ti.* Et quòd non priuant bonis dicetur statim *inf.in seq.ti.* Huic proportionatur degradatio & carceris perpetui mancipatio. de qua *in cap. degradatio. & in ca. quamuis carcer.per coniunctionem dictorum*
10 *iurium de pœnis. lib.vj.* ¶ Tertia pœna, est † mēbri mutilatio de qua suprà visum est *in tit. de furtis, & in quibusdam alijs tit.* Huic proportionatur degradatio tantum, seu perpetua officij priuatio tantum,vel detrusio perpetua in monasterium tantum : quæ licet pro capitalibus inferantur, non tamen ita graues sunt,quemadmodum prænumeratæ. de quibus habetur *in c.si episcopus 50. dist. & in clericus. xlvj.dist.* Quia pro quocunque crimine capitali non amittitur vita : quinimmò pro capitalibus diuersæ pœnæ imponuntur, prout se habent in plus vel minus. *l.sanctio legum.ff.de pœn.* & secundū quod crimina sunt inter se grauiora.de quo *in l.capitalium.in prin.eo.ti.ff.de pœ.* ¶ Quarta
11 pœna, est publica † fustigatio cum bannimento perpetuo.de qua *sup.in plu.tit.visum est.* Huic potest proportionari perpetua priuatio beneficij. de qua *in ca.cum in cūctis. de elec. & in ca.si quis de ordine.vij.q.j.& 50.dist.ca.di.si quis viduam.*

viduam. Vel etiam huic potest proportionari ad scalam cum libello diffamatorio positio, qua multum hodie vtuntur officiales episcoporũ. Et quæ pœna forte fuit subrogata in locum fustigationis, qua vti solebat ecclesia *vt in ca.1.de calum.* Et quæ pœna sumi potest *ex lect. & no. in c. de beneficio.xxxij.q.j.* Notandum tamen est, quòd ecclesia pro quibuscunque criminibus grauibus, de quibus quis est publicè diffamatus, vti consueuit priuatione beneficij *vt le. & no. in ca. dilecti. l.1. de rescrip. & in ca. tenore. & ca. fi. de temp. ord.* ¶ Quinta † pœna, est bãnimentum perpetuum tantum. de qua supra *in diuersis tit.* qua etiam vtitur ecclesia *vt legitur & not. in di. cap. j. de calum. & 50. dist. accedens,* vel suspensio ab officio. de qua *in cap. nullus. & in ca. propter xxxij. dist.* Sexta † pœna, est bannimentum ad tempus, de qua supra visum est *in pluribus ti.* Et huic proportionatur ad tempus incarceratio. de qua *in d. cap. quamuis.* vel etiam ad tempus bannimentum, quo etiam potest vti ecclesia. *vt in pluribus in praced. articu. allegatis.* ¶ Septima, est † positio ad columnam seu pilum, quod est instrumentum quoddam iusticiæ ad notandum malos, qui diebus fori ponuntur in summitate pilæ seu columnæ alligati, & notati: vt ibidem conspiciãtur tanquam criminosi. quæ pœna licèt non sit specialiter à iure introducta, est tamen apud nos in vsu, simplicis iurisdictionis loco. & potest fundari in iure *ex lec. & not in l. magistratibus. ff. de iurisd. om. iud. & Inst. de pœna teme. liti. § ex quibusdam.* Huic adaptatur, à iure canonico suspensio à beneficio, *lxxxij. dist. presbyter xxj. q. ij. placuit.* ¶ Pœnæ † aquæ & ignis interdictionis, deportationis, in metallum & ad opus metalli: item in arenam, & similes non sunt hodie apud nos in vsu, sed prædictas loco illarum iuxta casuum qualitates adaptamus. Canones verò alias pœnas habent, quibus generaliter vtũtur prædicti officiales, quas species enumerat Gl. *in cle. cupientes. de pœn.* Et ibi remitto.

12 13 14 15

De Bonis damnatorum & mortem sibi consciscentium.

RVB. XXXVIII.

Argumenta.

1. Damnatorum crimine læsæ maiestatis vt bona confiscentur.

2. Authenticæ *bona damnatorum,C.de bonis proscriptorum.* interpretatio,& in quibus locum habeat.
3. Incestus & Adulterii comparatio.
4. Tituli Digestor. & Codicis *De requirendis reis.* interpretatio.
5. Succedentium ab intestato bona vt confiscentur.
6. Mortem sibi consciscentium an publicentur bona.
7. Tituli Cod. *De bon. eorum,qui mortem sibi consc.* interpretatio.
8. Mortem sibi inferens vt plus delinquat, eo, qui alium occidit.
9. Delictorum coercitio,vt sit iurium finis.
10. Homicidii reus est,qui seipsum vel alium occidit.

HÆc materia problematica est in textu, glossa & Docto.opinionibus propter *auth.bona damnatorum.C.eo.lib.9.tit.49.& text.in corpore vnde sumitur. Nouel.134.c.vlt.* ita quòd vix elici valet certa regula,nec auderem aliquid certum diffinire. Hoc tamen verum est,quòd in criminibus 1 † læsæ maiestatis: siue diuinæ *vt in c.cum secundum leges.de hære.lib.vj.* siue humanæ *vt in d.auth. bona damnatorum,in fi.* ea confiscantur. In aliis verò criminibus,distinguendum est hoc modo: videlicet, quòd Aut leges sunt antiquæ,Aut nouæ: Aut etiam nouissimæ & aliquam imponunt pœnam facinore dignam præter bonorum confiscationem. Et tunc illa iura,quę de confiscatione loquebantur,censentur correcta 2 † *per d.auth. bona damnatorum,* quę auth.est fūdata super æquitate ab intestato succedere debentium,quibus iurisdispositione bona debentur. Vbi verò iura non imponebant condignam pœnam, nisi publicatio interueniret bonorum: tunc leges, de bonorum publicatione mentionem facientes, non intelliguntur 3 correctæ verbi gratia, Incestus † grauius crimē est, quàm adulterium: pro quo pœna capitis, vt suprà dictum est, imponitur: ideo incestum oportet grauius puniri, quod non fieret,nisi bonorum publicatio pœnas corporis afflictiuas augeret. quia secundum iuris dispositionem incestuosæ nuptiæ non puniuntur, nisi pœna exilij & priuationis cinguli: si in dignitate sit: & si vilis esset, verberatione *vt in auth.incestas. C. de incest.nupt. & in corpore vnde sumitur.Nou.12.c.1.* Congruum est igitur,profiteri quòd ad supplementum pœnæ incestus, succedat bonorum publicatio *vt in d.auth.incestas.* Et ita dicendum est in cæteris criminibus,in quibus bona publicari iubentur:vt si iudex

remota bonorum confiscatione, videret crimen impunitum remanere, saltem condigne pœnam confiscationis correctam non præsumat: quod exemplificari † posset *de ti. ff & C. de requi. reu.* quia non est verisimile, leges nouissimas impunitatem delictis adinuenisse. Si verò confiscatio bonorum veniebat, iuribus antiquis vel nouis, in consequentia delicti: ita quòd, etiam bonis non cõfiscatis delinquenti sufficiens pœna infligeretur: tunc procedat dicta auth. *bona damnatorum.* Et hoc facile est, ex criminum & pœnarum qualitate deprehendi per quemlibet prudentem & æquum iudicem: quia omnia discutere velle, oporteret per singulas rubricas discursum facere; esset que magis laboriosum, quàm difficile. ¶ Nec † obstat supradicta æquitas: quia ab intestato succedere debẽtes, sunt in linea descendentium vel ascendẽtium, aut collateralium. Nam si descendentium: quia amor patrum in liberos omnes transcendit amores. *vt l. fi. in princ. de curato. furio. C.* præsumendum est, patrem, vel auum, vel proauum, pro nulla re mundi velle priuare liberos substantia. Et metus amissionis substantiæ ipsos magis cohercebit *ar. eorum quæ le. & nota. in l. j. C. de fal. mone.* Si verò sint ascendentes ij, qui succedere debent, puniuntur in quo delinquunt: quia corrigere debuerunt liberos, quos quia non correxerint, meritò substantia priuantur *ar. eo. quæ habentur in l. vnica C. de emendat. propin.* In collateralibus verò, ad quos hæreditas ex dispositione transferetur, alijs non extantibus, non fit iniuria: quia delinquens cum fisco contrahit *per l. si quis post hac. C. eo. & l. post contractam. ff. de dona.* Et ideò nihil ad ipsos colaterales: cum fiscus iniuriam eis non irroget. Nam in facultate fuit talis delinquentis, bona sua in penitus extraneum transferre, dum tamen turpis persona non existeret: multò magis in fiscum, cùm sit priuilegiatior. *ff. de iure fis. & C. de priuil. fisci. per tot.* ¶ Superest † videre de vltima parte rubricæ: videlicet, de his qui mortem sibi consciuerunt. Et licèt Doctores varientur circa materiam huius partis: Ego tamen credo, distinctè procedere tex. duarum † legum. *C. eo.* videlicet, quòd eorum, qui sibi mortem cõsciscunt ob criminis publici conscientiam, vel metu futuræ sententiæ, nõ ob doloris impatientiam bona publicantur. & hoc conueniens est: quia Plus † delinquit qui seipsum metu criminis, quàm qui alium

4
5
6
7
8

occidit. Nam qui seipsum, corpus & animā occidit & damnat, vt de Iuda Christi proditore legimus. Qui verò alium, corpus duntaxat interimit. Conueniens qui est, vt à talibus desperationibus homines retrahantur: aliquid in 9 consequentiam pœnæ adducere: cùm omnia iura † diuina, canonica, & humana, ad cohertionem tendāt delictorū. hi verò qui ob dolorum impatientiam hoc committunt, excusantur per dictas leges. Sed videretur, quòd non debeāt releuari *per tex. in c. si non licet xxiij. q. v.* vbi talis textus. Si non licet priuata potestate alicui hominum occidere innocentem, cuius occidendi licentiam lex nullam concessit, profectò, qui seipsum occidit, homicida est, & tāto nocentior fit, cum se occiderit, quanto in ea causa innocentior fuit, qua se occidēdum putauit. Nam si Iudæ factum meritò detestamur, cúmque veritas iudicat eum, cùm se laqueo suspendit, sceleratè illius traditionis auxisse potius, quàm expiasse commissum: quoniam de Dei misericordia desperando exitiabiliter pœnitens, nullum sibi salubris pœnitentiæ locum reliquit. quanto magis à sua cæde abstinere debet, qui tali supplicio, quid in se puniat, nō habet. Iudas enim cum se occidit, sceleratum hominem occidit & tamen nōn solum Christi, verùm etiam suæ mortis fuit reus. Cur autem homo, qui nihil mali fecit, sibi malefaciat, & seipsum interficiendo hominem interficiat innocentem, ne alium patiatur nocentem, atque in se perpetret peccatum proprium, ne in eo perpetretur alienū. Item in sanctis canonicisque libris, nobis nusquam diuinitus præceptum permissum verè reperiri potest, vt vel ipsius immortalitatis adipiscendæ, vel cauendi cuiusdique causa, nobis metipsis necem inferamus. Nam & prohibitos nos esse intelligendum est: vbi lex ait, *Non occides*, præsertim, quia non addidit *proximum tuum* &c. His igi- 10 tur † exceptis, vel quos lex iuxta generaliter, vel ipse fōs iustitiæ. Deus spiritualiter occidi iubet, quisquis hominem, vel seipsum, vel quemlibet occiderit, homicidij crimine innectitur. Item hoc modis omnibus approbamus, Neminem spōtaneam mortem sibi inferre debere, quamuis videatur velle effugere molestias temporales, ne eas fugiendo incidat in perpetuas. Item neminem propter aliena peccata, ne hoc ipso incipiat habere grauissimum proprium: Neminem propter sua præterita peccata, quæ magis

magis in hac vita opus est vt possint pœnitendo sanari. Neminem denique velut desiderio melioris vitæ, quæ post mortem speratur: quia reum suæ mortis, melior post mortem vita non suscipit. Verumtamen quicquid dicat eleganter iste text. de iure quidem ciuili seruantur præmissæ distinctiones *per iura sup. deducta, cum in eis notatis.*

Hic finit Viatorũ nostri prima pars, in qua ea quæ ad praxim criminalem pertinent, sunt tradita.

IOAN. BERBERII VIATORII IVRIS VTRIVSQVE PARS II.

In qua de Contractibus agitur.

De Contractibus in genere.

RVB. I.

Argumenta.

1. Contractus, vt ex pactis pendeant.
2. In Contractibus quæ maxime requirantur.
3. Contractus causa efficiens, vt sit partium consensus.
4. Contractuum impedimenta quæ sint ex personarum defectu: quæ item ratione materiæ nu. 5. Ratione formæ, nu. 6. quæ denique ratione causæ finalis, nu. 7.
8. Contractuum omnium vt sit Donatio honorabilior & nobilior.

De contractibus dicere secundo loco polliciti fuimus. Et quia in contractibus maximè † promissa, quę ex fide pactorum pendent seruanda sunt, quæ si non seruarentur, nec contractus, sed neque contrahentes dici possent *per lec. & no. in l. j. ff. de pact. & in c. Antigo-*

nus.eo.tit.de pact. Conueniens est, vt pactorum lege seruata, hanc secundam partem aggrediamur. ¶ Sed antequam rubricellas cuiuslibet contractus tangamus, iam cœptum stilum insequentes, aliqua generalia ad contractus præ-
2 mittimus, quæ sub quatuor † comprehendi possunt cōmuniter in contractibus requisitis: scil. Consensu contrahentium ex quo & per quos contrahitur. Secundò, Materia rei, de qua cōtrahitur. Tertiò, Forma, per quam contrahitur. Et quartò actus, per quem contractus perficitur.
3 ¶ Dictum est primò, considerandum esse † consensum ex quo contrahitur, tāquam causam efficientem contractum per *d. l. j. de pac. & l. consensu, ff. de action. & oblig. l. j. ff. manda. & l sicut. C. de actio. & obli.* Et posset subdiuidi ista causa efficiens. Nam quædam est propinqua, quæ est consensus: remota verò personæ consentientes. ¶ Et impediuntur vel impediri possunt per vnamquamque istarum causarum. Defectus tamen consensus principaliter impedit
4 contractum, prout latiùs dicetur. Pariter † etiam causa remota: scil. defectus personarum potest attendi dupliciter: vnomodo, quòd personæ sint à iure prohibitæ contrahere. Et tunc contractus non firmatur iuramento *per ea quæ lec. & not. in l. non dubium, C. de legib.* Alio modo, quòd non sint à iure prohibitæ: sed inhabiles ex iuris dispositione: & tunc talium contractus iuramento firmantur *per authent. sacramenta puberum, cum tota sua materia. C. si aduersus vendi & in corpore vnde sumitur,* & latiùs super singulis tit. & rubricellis huiusmodi materiam discurrendo dice-
5 tur. ¶ Inhabilitantur etiam contractus ex parte † materiæ, quæ attendi potest: scil. vt est ipsa materialis substantia ex qua cum aliquo fit aliquid *arg. ff. de pign. actio. l. si conuenerit. §. si quis & de legat. iij. l. lana. in prin. & de acqui. re. do. l. adeo. §. voluntas.* Et isto modo dicimus materiale contractus, esse rem quæ in contractu deducitur. Nam sicut in operationibus mechanicis & artificialibus, vt operatum fiat, requiritur apta materia. *d. l. adeo. §. cum quid.* similiter & in contractibus, pactis, & cōuentionibus tam iurisgentium quàm ciuilibus, vt rectè fieri valeant, requiritur causa materialis seu disposita materia. *ff. de verb. obl. l. inter stipulantem. §. Sacram. & de præscrip. verb. l. insula.* ¶ Tertiò,
6 impeditur contractus ratione † formæ substantialis: quæ sicut in rebus materialibus est necessaria ad esse rei, eo

quòd

quòd dat esse & conseruat in esse. *ff. ad exhiben. l. Iulianus. §. sed si quis. & l. falsi. l. si is qui. §. quidē.* Ita etiā in contractibus requiritur solemnitas. *ff. de verb obli l. sciendum. & l. continuus, in prin. eo. l. j. §. si quis ita, cum multis concor.* Et sine istis non valeret contractus *vt in praedictis iuribus.* ¶ Quartò, improbatur contractus † ex parte causæ finalis. *ff de hære. insti. l. fi. ff. de leg. ij. l. cum pater. §. dulcissimus. ff. de hære. institu. l. si pater.* Qualiter autem hæ causæ per iuramentum in contractu appositum habilitantur, per singulos titulos & rubricellas videbimus materiam hanc discurrendo. ¶ Et quia donatio † simplex, quæ ex mera procedit liberalitate honorabilior est inter omnes contractus quòd beatius est dare, quàm accipere. *vt in c. cum Marthæ. §. sanè. de celebra. missa.* est etiam nobilior contractus *vt in c. j. de dona.* Quia hilarem datorem diligit Deus. *ij. ad Cor. ix.* Et hoc contractu, nobiscum contrahit ipse Deus, eo quòd omne donum descendit à patre luminum, & Deus abundanter dat & nemini improperat. sic & per totum discursum veteris & nouæ legis commemoratur contractus donationis. Ideò titulum seu rubricam *De donationibus* cæteris anteponimus contractibus.

7

8

De Donationibus.

R V B. I I.

Argumenta.

1. Contractuum omnium materia, vt ferè in hæc quatuor interrogatiua resolui possit *Quid, Quis, Qui, & Qualiter.*
2. Donari quid possit.
3. Donari quæ non possint. vide & nu. 5.
4. Donatarii vt fieri possit res aliena donata.
6. Donari res prohibita quā ratione liceat.
7. Donare quis possit, & quis non possit.
8. Minores, quamuis ætatis veniam impetrauerint, vt nihilominus læsi restituantur.
9. Minorum donationes, vt confirmentur.
10. Senex etiam decrepitus vt donare possit.
11. Donare quibus reis non liceat.
12. Donare vt non possit pater filio, vel maritus vxori.
13. Donationes in filium à patre factæ, vt in legitimam cō putentur.
14. Mater an donare possit.

gis

gis prohibitionem.

55. Donator, an teneatur de euictione donatario.

QVid, Quis, Qui & Qualiter: in † his quatuor quæsitiuis omnium pene contractuum materia resolui potest. Nam per interrogatorium primum Quid, quæritur Quid donari potest: & per secundum *Quis* quæritur Quis donare: & per tertium, Cui donari: & per quartum Qualiter detur. ¶ Ad primum igitur, quo quærebatur, Quid † possit donari. Respondetur, Quicquid accipientis fieri potest. *l. in ædibus. §. fi. ff. eo. tit.* vel si aliud æqualis valoris detur *Insti. qui. mo. tollit. obli. in princ.* & sunt ea quæ accipientis fieri possunt, quæ cadunt in commercio nostro. Et ideò res sacra † vel religiosa donari non potest: quia non cadit in stipulatione: *Instit. de inuti. stipu. circa princip.* Aliena autem res donari non potest strictè loquendo. *Instit. de actio. §. sic itaque.* Sed large sic ita quòd licet res sit aliena, potest tamen donatarum † fieri possidendo titulo pro donato. *ff. pro dona. l. j.* Nec impediet vsucapionem mutatio voluntatis donantis. *l. ij. eo. tit. pro donato.* Donari † etiam prohibentur regulariter res quæcunque ecclesiarum quamuis non sacræ. *cap. ij. de dona. & eod. tit. de re. eccle. non alie. in antiquis. vi. & cle. & in c. sine exceptione. cap. si quisquis. xij. q. ij. & in l. iubemus. cum suis authen. C. de sacrosan. eccle.* Et hoc dictum est regulariter. quia vbi alienatio afferret vtilitatem Ecclesiæ, teneret alienatio *vt in dictis iurib.* Item regulariter donari non possunt res dotales, & res minorum. *C. de fundo dota. per totum. & de præd. & aliis re mino. per totum.* Et similiter dictum est regulariter: quia pariter vbi conditiones mulierum & minorum efficerentur meliores, essent eodem casu alienabiles *vt no. in d. iurib. & in l. 1. §. sed nonnullos. ff. de tute. & ratio. distra. & ff. de pac. l. in indigentium. §. si filius. & in l. pactum curatorum. C. eod.* Itē res pertinentes reipublicæ *vt pass. eo. tit. ff. de admi. re. ad ci. perti.* sed vbi potest vtilitas insurgere, alienari potest. Sic & *in tit. ff. de decre. ab or. facien.* Idémque notant Doctores *in l. ciuitas. ff. de re. credi.* Et ita posset exemplificari in rebus principis & similium prohibitorum. *ca. intellecto, de iureiur.* ¶ Et intelligitur † prohibita donari, nisi donando ex aliqua cōsequentia fieret conditio ecclesiæ mulierum, minorum, ciuitatis, aut principis, melior: quod potest aliquibus casibus contingere: licet regulariter donare

7 sit perdere. *ff. de donat. l. filius fami.* ¶ Quis † autem donare possit. Hoc membrum latum est: Nam Aut quærimus in prophanis, Aut in ecclesiasticis. Et quidem in prophanis maior xxv. annis qui est sui iuris donare potest: non autē minor regulariter. *C. de in integ. resti. minorum. l. si minorem.* nec ex eo magis validatur quòd se maiorem dixit *per l. fi.*
8 *C. de his qui veni. etá. licet.* Si principis † rescripto suppleta sit ætas in masculo in xx. & in fœmina in xviij. annis, quo ad aliqua pro maiore habeatur, *vt not. in ti. C. de his qui veni. eta. l. ij.* attamen aduersus talem impetrationem veniæ ætatis, si lædantur, etiam restituuntur *vt vult Glo. in ipso eo. ti. & fac. l. minor autem magistratus. §. 1. & ij. ff. de mi-*
9 *norib.* Caueant ergo donatarij † cùm donationes fiunt eis per minores, quòd vltra veniam ætatis impetratam faciāt interponi decretum, *vt in d. l. ij.* & etiam iurare faciant de non reuocando. Nam de viribus iuramenti postea dice-
10 mus. ¶ Item † potest compos mentis etiam senex. dum tamen non sit prodigus, vel furiosus. *ff. eo. l. Modestinus. §. fi. & ff. de verb. obli. l. is cui bonis. & de cura. furio. Iulianus. &*
11 *in l. senectus. C. eod. tit. de dona.* ¶ Prohibentur donare † rei criminis, quibus alienatio est interdicta à iure: vti hæreticis vel læsæ maiestatis reis, aliis autē criminosis ante sententiam non est prohibitum donare. *ff. eo. l. post contractum. & l. donationes. §. vlti. & de hoc vide glo. magi. quæ est fi. in l. res vxoris, C. de dona. inter vir. & vxo.* quæ in omni specie
12 donationis distinguit. ¶ Item nec † donat pater in filium, nec vir in vxorem constante matrimonio. Primum probatur *in l. si donatione. C. de colla. vbi gl. magna.* Secūdum verò probatur *in l. siue res. ff. de dona. inter. vi. & vxo.* In casibus tamen istis donatio confirmatur morte *vt no. in dict. iurib. & ff. de petit. hæred. l. iij. §. fi.* quod limita si fuerit per virum tradita possessio rei donatæ *Gl. in l. Papinianus. ff. de dona. inter vir. & vxor.* Facta verò à patre in filium donatio, confirmatur morte, etiam hæreditate non adita *Gl. in*
13 *l. si filia. C. famil. herci.* Et computantur in † legitima liberorum, quibus factæ sunt *Glo. in l. filium quem. eo. tit.* ¶ An
14 autem mater † donare prohibetur. Dic, quòd filio in potestate patris constituto, non potest donare: quia sic per indirectum daret viro, cui quæritur per filium. *l. ij. §. ge-*
15 *neraliter. ff. de. dona. inter vi. & vxor.* Sunt tamen aliqui † casus in quibus pater dat filio, quos notat glo. *in l. cum oportet. §.*

tet, §. *non autem. C. de bo. quæ libe.* In casu verò, quo pater dat filio tanquam bene merito oportet probari merita præcessisse *Gl. in l. si donatione. C. de col.* ¶ Item nec † filiusfa. 16 nisi habeat castrense, vel quasi peculium: vel nisi pater ei consenserit, vel consensisse videatur, ratione dignitatis: puta senatoriæ, vel si ratione iusta donet: aliter nō. Etiam si liberam habeat administrationem peculij & cuiuscunque discretionis sit ipse filius. vt hæc colliguntur *in l. filiusfa. ff. eo. & in l. iurisgentium, § idē probat, alias incip. si filius. ff. de pac.* Item is, qui est † in potestate alteri in eadem po- 17 testate existenti. *l. ij. §. qui in eiusdem. ff. de dona. inter vi. & vxo.* ¶ Item mater non potest † donare filio in patris po- 18 testate existenti, nisi esset per modum castrensis peculij *vt in d. §. qui in eiusdem.* ¶ Item viri † ecclesiastici bona ec- 19 clesiarum suarum dare prohibentur, *c. 1. ij. & iij. eod. tit. & in ca. si quis, de reb. ecclesiæ. non alienan.* Et huius ratio est: quia sunt magis procuratores seu administratores, quam domini *vt in dict. iurib.* Administratores autem donare nō possunt, nisi quatenus concernit factum administrationis. *l. non omnino, in fi. C. de admini. tu. vide in c. Apostolica, & in ca. ceterum de donatio.* Et donationes, quas † faciunt viri 20 ecclesiastici suis parentibus, præsumuntur vitiosæ *per lec. & not. in cap. decenter lxxxj. dist. & in cap. j. vt eccle. bene siue di. confe.* ¶ Cui autem donari possit: † Respond. Noto & 21 ignoto *ff. eo. l. vlti.* præsenti vel absenti. *l. nec ambigi oportet. C. eo.* Dum tamen per pactum, nam si per epistolam fiat, oportet vt subsequatur ratihabitio donatarij. Et ita communiter intelligitur. *d. l. nec ambig.* propter contrarium, quod fieri posset *d. l. si quis argentum. § sin autem.* hoc minimè, & fac. *l. si aliquid. c. eo.* ¶ Sunt † tamen, qui voluerunt 22 tenere, quòd absenti sine nuncio, vel epistola, possit donari de æquitate canonica *per Glo. in ca. constitutus de procu. & in ca. quamquam. de vsu. lib. vj. super verbo possit acquirere.* Item donari potest extraneo, amico, vel inimico: donari etiam potest doctori vel non doctori. *ff. eod. l. affectionis. C. de dona. inter vi. & vxo. l. iij. & de admi. tu. l. cum plures. § cum tutor.* Item patrifa. nisi donator esset pater donatarij: quia filio in potestate existenti donari non potest. *l. sine emancipatis. C. eo.* Similiter nec vir vxori donare potest. *C. de dona. inter vi. & vxo. quasi per tot.* Item non valet donatio facta præsidi. *l. plebiscito. ff. de offi. præsi.* nisi donen-

tur esculenta & poculenta. de quo dixi in præcedenti par-
23 te *ti. de lege Iulia repetun.* ¶ Qualiter † autem detur. Re-
spondetur, quòd secūdum iura vetera, per stipulationem:
hodie autem per stipulationem, vel per solum pactum *vt*
vult Glo. in l. hactenus, super verb. Tenetur. ff. de consti. pecu. &
Inst. de dona. in prin. & ideò fieri potest inter præsentes vel
absentes per nuncium, vel per epistolam: in scriptis, vel
sine: nec breuitas cartulæ nocet. *ff. eo. l. absenti. & C. eo. l. si*
24 *aliquid. & l. donatio.* Et ideo † consensus requiritur: quia
nuda ratio nō facit donationem. *l. nuda ratio. ff. eo. & de a-*
ctionib. & obli. l. obligationum substantia. ¶ Quod autem di-
25 ctum est, donationem † fieri posse sine scriptura: hoc est
verum, nisi fuerit pactum, quòd fieret scriptura. *C. de fide*
instrumen. l. contractus. & de tegu. iuris. l. contractus. lib. 6. Quia
tunc quantumcunque sit modica res quæ donatur, requi-
ritur tamen scriptura ex pacto. Requiritur etiam scriptu-
ra, cum insinuatione, etiamsi nō fuerit actum inter partes,
26 quando donatio † simplex excedit summam quingento-
rum aureorum. *l. si quis argentum, cum seq. C. eo.* ¶ Et dictum
est *simplex:* quia donatio ob causam facta: puta filio pro-
pter merita, non eget insinuatione *per l. Aquilius Regu-*
lus. ff. de dona. vbi casus. Simplex etenim donatio insinua-
tur. Fallit ratione dignitatis, pietatis, amicitiæ, vel chari-
tatis, in casibus, de quibus *in l. penul. C. eo. & in auth. vt non*
fiant pignorationes. §. illud quoque. Nou. 52. & de non alienan.
vel permu. §. si minus, Nouel. 7. & C. de dona. perpet. nupti. au-
then. eo. decursum. & l. Modestinus. ff. eod. l. si quis pro redem-
ptione. C. eo. & ibi bona gl. de quo tamen plura vide *in l. san-*
cimus. C. eod. Cessat etiam insinuatio, quando donatio fit
gratia remunerationis *per §. si qui feu. dar. promib. in feud. &*
fac. d. l. Aquilius, & l. si pater, ff. hoc tit. quia huiusmodi do-
nationes non sunt propriè liberalitatis, *l. hoc iure, §. perfici,*
ff. eod. ¶ Idémque iuris, si fiat donatio ob causam, *vt notat.*
Gl. & Doct. in d. l. Aquilius. Neq; donationes imperiales
aut principum factæ priuatis, antè cōtra, insinuatione in-
digent. *d. l. sancimus. & auth. item à priuatis, C. eo.* Et sic pau-
cæ donationes egent insinuatione: maximè, quia hodie
27 communis inoleuit † practica notariorum, qui ponunt in
donationibus excedentibus qoingentos aureos, clausulā
illam vim insinuationis habentem, & etiam clausulā re-
nunciationis iurium de insinuatione fienda mentionem
facien-

facientium cum iuramenti interpositione: per quas clausulas valet donatio etiã sine insinuatione. Quia legum † 28 austeritas pactis litigantium mitigatur. *C. de tempo. appell. l. vlti. in fi. ff. de ædil. edic. l. quæritur. §. si venditor. & facit C. de pac. si quis. in conscribendo. & ff. de pac. l. pacisci. & quod not. ff. de dona. l. fideiussor.* Et ita seruatur in iudiciis, maximè quãdo iuramentum interuenit, vt dictũ est, & de quo infrà adhuc dicetur. ¶ Et licet antiquitùs omnes donationes † 29 inciperent à promissione ratione stipulationis, qui de se sonat in futurum. *ff. de verb. ob. l. stipulationum.* Hodie tamen fieri possunt donationes per verba de præsenti: & si dando per verba de præsenti, fiat traditio rei, donator nõ obligatur ex illo contractu per casum qui reputatur singularis in *l. Arist. ff. eo.* Sed si donatio per verba de præsenti fiat, & non fiat traditio, donator obligatur ad tradendum: quia id agi videtur inter contrahentes, vt ad tradendum donator teneatur, vigore pacti. *ff. de pact. l. tale pactũ & l. j. §. j. & l. vbi autem non apparet, in fi. ff. de ver. obli. & §. Aliæ auth. Insti. de dona.* Et ita se habet cõmunis vsus. Et compellitur † donator ex stipulatu, vel conditione ex lege ad 30 tradendum rem donatam vel eius æstimationem: *l. si quis argentum. §. penul. C. eo.* ¶ In aliquibus tamen casibus, traditio † esse fingitur: puta cùm quis dat aliquam summam, 31 & tradit instrumentum obligationis. *C. de donat. l. j.* vel quando donat bladum in horreis positum, & tradit claues illorum horreorum. *ff. de contrah. emp. l. clauibus.* Vel quãdo retinet vsumfructum. *vt l. quamuis. C. eod.* alios tres casus ponit Glos. *super verbo animo. in l. iij. ff. de acqui. pos.* ¶ Temperamentum autem † adhibendũ est in compulsione do- 32 natorum: scilicet ne conueniatur, nisi in quantum facere potest, hoc est, deducto ne egeat. *l. Nesennius. ff. de re iudi.* quod intellige, vt iacet in textu: quod delegatio fiat per donatarium consentiente donatore. Et hoc probãt verba *donaturum* & *creditori* ibi posita. Nam priuilegium, vt conueniatur, quod datur donatori contra donatarium, est ex eo, quòd donatarius habet titulum lucratiuum ex mera liberalitate donantis. Et ideò non est rationabile, quòd ex liberalitate sua inops fiat: sed quando res donata delegatur creditori donatarij, tũc res donata peruenit ad creditorem donatarij ex causa onerosa: quia fit pro solutione debiti: & ideò non mirum, si ius donatori non reserua-

uit priuilegium contra creditorem donatarij cui facta est delegatio: sed sibi imputet donator, qui in tali necessitate
33 se constituit. Hinc sequitur, quòd si donatarius † de re donata aliā donationē faceret, nondū secuta traditione: & sic de actione cessionē faceret, quòd cōpeteret priuilegiū donatori etiā contra illū, cui donatarius aliam donationem fecisset, ex mēte dictarum legum: & per rationem earum conuenitur etiam donator, & excutitur tota substantia sua, quando est bonus artifex, qui potest ex officio suo viuere *per glo. approbatam in d.l. si quis argentum. C. de donat.*
34 ¶ Notandu est, quòd clausula † in donationibus apposita, & quæ refertur ad multa, semper interpretatur in fauorem donatarij *per c. cum. §. dilectis. de donat.* Post hæc quæritur de aliquibus quæstionibus. Et primò quæritur, An in præmissis casibus, in quibus donatio de iure non tenet, iuramento firmetur: quia hæc quæstio adaptari poterat ad omnes penè contractus, aliquantulum calamum
35 laxabo. Itaque cùm quæritur, an donatio † inualida per
36 iuramentum firmetur. sciendum est, quòd donationes † sunt multiplices, de quibus prædiximus, quidam enim ex eo appellantur simplices, quòd ex mera donantis procedunt liberalitate. Et ideò donari videtur, quòd nullo cogente imperio conceditur *l. donari. ff. de regu. iu.* Alia est donatio ob causam, de qua *in seqq. tit.* dicetur. Sunt pariter aliæ donationes inter virum & vxorem, alia etiam quæ dicitur Causa mortis: de quibus suis ordinibus infra dice-
37 tur. quæ quidem qui multis casibus † retractantur, nec iuramento firmantur: vti donatio omnium bonorū præsentium & futurorum: ex eo quòd testandi facultatem tollit. Et ratio adduci potest: quia contra bonos mores talis donatio fit, testamenti factionem liberam amouendo, secundum communem sententiam in locis & iuribus prealle. *per c. non est obligatorium, de regu. iu. lib. vj.* ad instar
38 pacti † de succedendo, seu de futura successione, quòd propter votum captandæ mortis noscitur esse improbatum *vt plenè not. in d. l. fi. C. de pac. & in c. ij. de concess. præben. c. detestanda. o. ne captandæ. eo. tit. li. vj.* Et idem in pacto, per quod aufertur libertas matrimonij, vt in cōtrahendo vel in dissoluendo. *c. gemma, Ext. de sponsal. c. tua nos. de iureiur. & l. Tytia. in prin. ff. de ver. ob.* Et idem in quacunque promissione turpi, quæ non firmatur iuramento, quia iuramenta

ramenta continentia in se vitium, non sunt seruanda. *c. si publicis. c. est etiam, c. quoniam Dauid, c. in malis, c. sed aliquid, & quasi per tot qu. xxij. q. iiij.* tolerabilius enim est, iuramẽta non implere, quàm quòd turpe est facere. *c. vnusquisque. q. incommutabilis. c. magnæ sapientiæ. j. c. qui sacramento. c. non omnia. & c. non est obseruandum ea. q. & caussa.* Et pro præmissis facit ratio: quia legi prohibitiuæ renunciari non potest. vt vult Glo. *in l. j. C. ne fideius. dot. dentur.* Attamẽ, quia † magnæ sunt vires iuramenti, tam de iure diuino quam etiam ciuili & canonico: maximè quando præstatur licitè in contractibus, de quibus nunc agitur: scilicet ne inde per cauillationes contrahentes defraudentur & lites oriantur. Et qui rigoribus ciuilibus obligati contrauenire contractibus suis non dubitant, formidine saltem periurij, quòd temerè contraueniendo promissis incurrunt, paueant & refrenentur. Et ista est vna † virtus iuramenti: scil. imponere finem cõtrouersiis, vt inquit Apostolus *ad Heb. 6. c.* Inquiens, homines per maiorem suum iurant, & omnis controuersiæ eorum finis ad confirmationem, est iuramẽtum. Pro quo faciunt quæ leguntur *in canonica Iacobi. vlt. & Hier. iiij.* Iure autẽ canonũ probatur *in c. & si Christus. de iureiur.* De iure autem ciuili habetur *ff. de iureiur. l. qui per salutem, & authent. sacramenta puberum. C. si aduer. ven. & in corpore vnde sumitur in Nou. Friderichi.* & vtinam ad vnguem hodie licita seruarentur iuramenta. ¶ Ad hoc autẽ, quòd iuramentum † possit verè dici licitum, requiruntur sequentia: scilicet, quòd iuretur in veritate conscientiæ, in iudicio discreto & deliberato. Et tertiò, in iustitia: vt scil. quod iuratur sit licitum. Et isti sunt tres comites requisiti in omni iuramento: scilicet veritas, iudicium & iustitia: de quibus *Hiere. iiij. c. præalleg. & xxij. q. iij. c. animaduertendum, & ea causa. q. iiij. c. innocens. Gl. in authent. quod eis. C. de nupt. & in d. c. & si Christus.* ¶ Cùm ergo quæritur, An donatio † simplex, quæ propter aliquos iurium rigores posset inualidari, firmetur iuramẽto? Videtur quòd non, quia donatio simplex fit sine causa *per d. l. donari, ff. de reg.* Et donatio sine causa non valet. *l. hoc iure, in princi. ff. de dona.* Sed dic, quòd illa lex procedit in donatione, quæ fit † reipublicæ quæ *per d. l.* prohibetur fieri sine causa. Et ideò, si iuramentum aduersus dispensationem dictæ legis præstaretur, non teneret, quia ratio prohibitionis di-

39 40 41 42 43

ctæ legis est causa euitandæ turpitudinis & mali finis, quę per iuramentum non posset derogari: sed potius adiuuari deberet propter tertium comitem iuraméti scil. iustitiã.
44 Priuatæ † autem personæ etiam sine causa fieri potest donatio: quia licet non exprimatur causa expressa, loco tamen causæ habetur donantis liberalitas. *vt vult Gl. in d. l. hoc iure. & fac. l. Campanus. ff. de oper. libert.* Et ideò cum tales donationes simplices sciente & consultè fiant per dantes in veritate, iudicio & iustitia: meritò talium donationes, etiam si essent aliqui alij iuris rigores, firmantur
45 iuramento, quia Iuramentũ † habet vim clausulæ confirmantis & habilitantis: scil. si non valet quod ago vt ago, valeat vt valere potest *l. cum pater. §. filius matrem. ff. de legat. ij.* Super quo etiam omnes communiter se fundant
46 Doctores. ¶ Quod † autem dixi, rigori iurium derogari posse per iuramentum, mitigandum limitandúmque est. Nam quando talis rigor annullans contractum, siue donationis, siue alterius descendit ex defectu causæ formalis: tunc non firmatur iuramento secundum communem opinionem Legistarum *in d. authent. sacramenta puberum.* quam sequuntur aliqui Canonistæ. ¶ Communis tamen opinio Canonistarum *in c. cum contingat. & c. debitores, de iureiur.* est in oppositum, & mouentur hac ratione: quia etsi defectus fuerit in forma, remanet tamen pactum nudum, quòd de iure canonico obligat *per c. j. de pact.* maximè quando est vestitum cohærentia iuramenti. Et ideò si donatio non fuerit insinuata: quæ insinuatio requiritur, secundum aliquos, per modum formæ, tenent Doctores, quòd eam iuramentum valìdet. ¶ In hoc tamen articulo
47 Legistæ & Canonistæ fuerunt varij, propter multa † quæ subaudiuntur in iuramento præstito ad validitatem contractus. Nam Primò subauditur conditio, si pacta seruentur. *C. de non nu. pecu. l. si.* Secundò, si contrarium non præcipiatur. *l. mulier. ff. de lege commisso.* Tertiò, nisi dispensatio obtineatur. *c. j. de iureiur.* Quartò, si qualitas contrahentiũ non varietur. *ff. de solu. l. quòd si forte.* Quintò, si status rei contractæ non mutetur *l. quòd si seruus. ff. de condi. ob cau.* Quia tamen maxima est vis iuramenti, non auderem dicere licere tali iuramento contrauenire, maximè propria auctoritate: sed tamen obtineri poterit dispensatio. ¶ Quã
48 do † autem, qualiter, & à quo peti possit dispensatio iuramenti.

menti. Dic breuiter ad primum quæsitum, quòd dispensatio † iuramenti peti potest in contractibus, in quibus 48 quis iurauit non cõtrauenire contractui, ad quem annullandum interuenit ex parte recipientis turpitudo, deceptio, vel enormis læsio. Et ex parte præstãtis, incapacitas, minoritas, vel sexus fragilitas, secundum communẽ scolam Doctorum *in c. cum contingat, de iureiur. & in c. quamuis. de pac. lib. vj. & in authent. sacramenta puberum, preallegata.* Vbi autem hæc non interuenirent, licet iuramentũ esset præstitum contra legem, per hoc tamẽ non dispensaretur, secundum resolutionem Doctorum *in d. iurib. & d. authent. sacramenta.* Petitur † secundò dispensatio iura- 49 menti parte vocata, maxime quando contractus validatur iuramento. Et ratio est, quia agitur de pleno præiudicio. Quo casu vocandi sunt omnes quorum interest, *per ea quæ not. in dictis iur. & in c. debitores, de iureiu. & xxij. q. iiij. c. fi. & in c. Albericus. de testi. vt in auth. si quis in aliquo documento. C. eo.* Et tertio peti potest coram episcopo *per Glos. in c. Florentium lxxv. dist. & ea quæ leguntur, & not. in c. veniens. in glo. fi. de iureiuran.* ¶ Sed quæritur. An, quando contractus † posset inualidari, si non obstaret iuramentum, 50 mortuo principali iurante: An hæredes, ad quos transit successio, possent sine dispensatione inualidare. Et licet hincinde argui posset, veritas tamen est, quòd licet iuramentum non transeat ad hæredes; obligatio tamen, quæ ex iuramento descendit, trãsit ad eos per doctrinam Doctorum *in c. fi. de sepul. & in c. cum sit generale, de foro compet. & in præd. auth. sacramenta puberum.* ¶ An autem dispensatio † istius iuramenti peti possit per procuratorem gene- 51 ralem absque speciali mandato. Videtur, quòd ita: cùm tãtum operetur generale quoad suas generalitates, quantum specificata numeratio specierum, quo ad species *per ea quæ notantur in l. sed & si. §. quæsitum. ff. si quis cautio.* Sed illa regula multas patitur fallentias, inter quas enumeratur illa, quando † aliquid mandatur procuratori, quod est 52 contra rigorem iuris communis. Nam tunc debet interuenire mandatum speciale *per l. illud. §. si talis. ff. de minoribus. Ad idem facit l. diuus. §. nec generale. ff. de fals.* Est & alia fallentia ad dictam regulam: scilicet, quando resultat contraria æquitas *vt in d. §. quæsitum.* Et cùm iuramentum non debeat esse iniquitatis vinculum *vt in cap. quanto. de*

iureiur. meritò dici posset, quòd vbi dispensatio petitur ex capite iniquitatis, & non ad dispensandum super rigore iuris, posset procurator generalis hoc casu dispensationem petere. ¶ Quæri posset etiam An † necessaria sit dispensatio iuramenti appositi ad confirmationem contractus in quo sunt duntaxat generales renunciationes. Et dicendum est, quòd ille qui generaliter renunciat omni iuris beneficio, non intelligitur renuntiare singulari. *ar. §. quæsitum præalle.* ¶ Restat alia magis vtilis quæstio: videlicet An iuramentum † firmet contractum factũ contra prohibitionem legis. In qua quæstione Doct. sunt varij in prædictis iuribus. Conclusio tamen inter eos communis esse videtur, quòd Aut lex prohibet aliquem contractum fieri tanquam inductiuum peccati mortalis. & tunc superueniens iuramentum non ratificat: quia deficerent comites iuramenti, de quibus supra dictum est. Si verò contractus talis prohibeatur, non quia sit inductiuus peccati, sed quia principi placuit ita prouidere. & tũc tale iuramentũ seruandũ est: quia licet cõtraueniendo mãdato principis tẽporalis peccet, plus tamen peccaret contraueniendo mandato Dei, quo præcipitur seruari iuramentũ, si seruari potest sine detrimento salutis, quãuis bonorũ sit iactura *per d. iura.* ¶ Quæritur, † an donator teneatur de euictione donatario ex natura contractus, si non conuenit? Quæstio est problematica. Conclusio tamen est, *secundũ Doct. in l. ad res donatas. ff. de adi. leg. in l. Aristo. §. fi. ff. de dona. & in l. ij. C. de euic.* quòd quando donatio incipit à traditione: putà, quia simul datur & traditur. tunc non tenetur de euictione: quia donator fecit quicquid in se est & sic non tenetur regulariter *per d. l. ad res donatas. & not. in d. l. secunda.* Sed quando incipit à promissione, seu à stipulatione: quia obligatio quæritur donatario in vim stipulationis, opottet quòd donator efficaciter se liberet: scilicet dando & habere faciendo *d. l. si quis argentum. C. de dona.* & ita concordantur glossæ quæ sunt in dictis iuribus quasi contrariæ.

De Dona-

De Donationibus, quæ ſub modo, condicione, vel cauſa ſiunt.

RVB. III.

Argumenta.

1. Donatio facti vel operis, vt ſit irrepetibilis.
2. Donatio ob cauſam facta, vt irretractabiliter perficiatur.
3. Cauſarum diuerſitas, vt in donatione ob cauſam ſit obſeruanda.
4. Cauſa finalis, quæ non eſt ſequuta, vt non pariat repetitionem.
5. Cauſæ per modum condicionis negatiuæ appoſitæ, vt condicione non impleta, ceſſent.
6. Donatio ſub modo facta, vt inutilis.
7. Data ſub condicione affirmatiuà ſeu affirmata, vt aliquid fiat, ſi non fiat, vt repetantur.
8. Donatio facta Eccleſiæ, vt non reuocetur.
9. Donatio ob cauſam, vt ſit propriè de præterito.
10. Cauſa in donatione appoſitá, vt de præterito intelligenda.
11. Donatio ex cauſa vera, vt valeat.
12. Donatio, ſi fiat ex cauſa, vel modo condicionali, vt modus vel cauſa impleri debeat.
13. Donans ob cauſam condicionalem, an poſsit pœnitere ante condicionis implementum.
14. Iuramenti vires in cauſa condicionalis donationis, vt non exquirantur.

HÆc rubrica tria habet membra. De duobus primis habetur. *C. de his,* quæ ſub modo, vel cõditione. & de tertio. *ff. & C. de condi. ob cauſam da.* Et pro intellectu præmittenda eſt differentia inter modum conditionem & cauſam. de qua *per Gl. ſuper rub. C. de falſa cauſa adiecta. leg. & ff. de condi. & demon.* ¶ Quantum autem ad propoſitum attinet, videndum eſt, de donatione ob cauſam facta, qua diſcuſſa reſultabit deciſio donationum factarum ſub modo & conditione. Pro quo præſupponendum, quòd nos hic loquimur de donatione facta de aliqua re ob cauſam, & non de donatione facti, vel operis, quia opus † vel factum irrepetibile eſt. Verùm agitur ad æſtimationem operis. *l. pluraliter. ff. de præſcrip. verbis. & l. ſi non fortem. §. libertus. circa med. ff. de condi. indeb.* Donatio verò facta † de re, ob cauſam, perficitur irretractabiliter per euentum & 1 2

complementum causæ, *vt in tit. ff. & C. eo.* vel si culpa eius cui impleri debetur, non impleatur. *l. dedi. §. quanquam. ff. eo. & ff. de condi. & demonst. l. iure ciui.* Sed si impediatur à iure, competit repititio *per l. si militem. C. de condi. ob cau.*

3 ¶ Quæramus item, † quando donatum ob causam, causa non secuta, repetatur. Pro quo distinguenda est diuersitas causarum. nam quædam est causa impulsiua & mouens, sed non finalis per modum modi apposita. ¶ Quæ-

4 dam verò † est causa finalis, & defectus primæ, scilicet defectus causæ impulsiuæ vel mouentis in animo residēs donantis, nō secuta non parat repetitionem: putà dabam eo animo vt te amiciorem haberem. *C. eo. l. si repetendi. &*

5 *ff. eo. dedi. §. subtilius.* Sunt tamē † quædam causæ, quæ apponuntur per modum conditionis, negatiuæ sed: ne adiudicem eas cōtra me. & tunc quamdiu non itur cessat conditio & pœnitentia *d. l. dedi. in princip. & ibi Glos.* Nec tenetur satisdare de non eundo, nisi hoc actum esset, *vt ibi-*

6 *dem.* ¶ Similiter † donatio, quæ fit sub modo. *per lec. & not. in l. j. & ij. C. de do. quæ sub modo. Glo. in c. verum. de condi.*

7 *appo.* ¶ Data † verò sub conditione affirmatiua seu affirmata, scil. vt aliquid facias, vel agas, si non fiat, repetuntur, & resoluitur donatio. *l. si vt proponis. C. eod. l. j. & ij. C. de reuo. do. ff. de condi. & demonstr. qui hæredi. & l. qui sub conditione*, in qua veniunt fructus rei donatæ percepti per donatarium non implentem *ff. eo l. vlt. & l. qui se. §. vlt.* Sed

8 hoc fallit, quādo donatio † fit Ecclesiæ, cuius fauore non reuocatur, nisi hoc sit specialiter cautum *per lec. & not. in*

9 *c. verū. & ibi Gl. magna. de condi. appo.* Est etiam † donatio, quæ fit ob causam de præterito, quæ propriè dicitur cau-

10 sa † & non conditio: putà, quia restator dicit, *Quia iuisti*

11 *pro me Romam & similia dono tibi.* Tunc aut causa † est vera, aut falsa. Si vera, indubiè valet donatio *per titulos. ff. & C. de condi. ob cau.* si verò est falsa dedisse videtur *per l. qui*

12 *se debere primo respon. ff. eod.* ¶ Vnum tamen † scias, quòd siue sit causa, siue modus, dum tamen conditionaliter apponantur, hoc est, per modum causæ finalis pro aliquo agendo, faciendo, vel non faciendo, dando, vel non dando: tunc oportet talem modum vel causam impleri. *l. si vt proponis. l. ea. lege. l. si cum exiguam. l. cum ancillam. & l. dictam. C.*

13 *de condi. ob causam datorum.* ¶ An autem donans † ob causam, vel ob rem futuram largè sumendo causam, possit

pœnite-

pœnitere donationis ante implementum conditionis; & repetere res donatas. ¶ Et dicendum est, quòd non est locus pœnitentiæ in eo in quo est obligatio contracta. *per l.sicut. C.de actio.& oblig.* Et ideo, si ab vtraque parte sit pactum impletum, non est locus pœnitentiæ. *d.l.si parenti.& l.ex placito. C.de rerum permu.* Si autem à neutra partium sit impletum, tunc licitum est pœnitere *per ea quæ latè notantur in l.si pecuniam.ff.eo.* Si verò ab vna parte est impletum perfectè: ex alia nullo modo. tunc aut superest facultas implendi, & potest pœnitere qui impleuit. *l.iij.§.j.ff.eod.* dum tamen indemnitati aduersarij consulatur. *d.l.si pecuniam.§.fin.* Aut non superest, nec superfuit facultas implendi de iure vel de facto. & tunc aut ab initio fuit facultas, sed post desiit. primo casu, aut ille qui impleuit sciuit per alterum impleri non posse, & non est locus repetitioni seu pœnitentiæ. *d.l.si militem.& l.iij.§.si liber homo.ff.eod.* In secundo verò casu, quando facultas deficit, si deficiat propter moram aduersarij, locus est pœnitentiæ. *l.iij.§.pen.ff.eod.* quod intellige ex parte illius, qui impleuit. Nam is, qui non impleuit pœnitere non potest: quia ratione implementi aduersarij obligatus est, & ab illa obligatione sine voluntate sui aduersarij recedere non potest *per dd.l.sicut.& l.ex placito.* nisi aliud quod impletum est, esset præparamentum, & non totalis impletio: quia tunc consulendo idemnitati aduersarij, adhuc locus esset pœnitentiæ. *d.l.si pecuniam.§.item si quis.* ¶ Nec exquiruntur in his casibus † 14 vires iuramenti: quia iuramentum est conditionatum iuxta naturam co[illegible]actus, nec obligat ante euentum conditionis causæ vel rei implendæ. *c.quemadmodum, de iureiur.& in c.peruenit.& eod.tit.fac.l.quæro.§.inter.ff.loca.l.fi.ff.qui satisda.coguntur.l.fin.C.de non.nu.pecu.& in c.cum inter de renun.* neque vltra astringit quàm illud, quod sub iuramento *per no.in præalleg.iurib.fac.l.indubitati.& C.de non nume.pecun.*

De Donationibus inter virum & vxorem; item & inter parentes & liberos.

RVB. IIII.

Argumenta.

1. Donatio inter virum & vxorem, quatenus prohibeatur,
2. Donatio inter parentes & liberos, vt sit prohibita.
3. Donatio matris facta filio, cur valeat, non autem patris.
4. Donatio inter personas iuri alterius subiectas, vt sit prohibita.
5. Donatio inter { Virum & vxorem, item
6. Patrem & liberos: quibus sit casibus permissa & reuocata. vid. & nu. 9. 10. 11. & 12. }
7. Mulier vt ex donatione sibi facta à marito lucrum, non autem damnum percipiat.
8. Donatio inter Imperatorem & Augustam, vt valeat.
13. Donatio vxori à viro facta, nulla sequuta traditione, vt valeat.
14. Constituti vis in donatione, & vt precariũ constitutum in contractu appositum traditionis loco habeatur.
15. Donatio in terminis prohibitis, an iuramento firmari possit.
16. Iuramentum quatenus firmet contractum.
17. Donationes inter { virum & vxorem / Patrem & filium, vt iuramento firmentur. }

TOta practica huius rubricæ consistere potest in duobus quæsitis. quia regulare est, quòd Donatio † inter (1) virum & vxorem non valet, quando sunt pauperiores (2) coniuges. *l.iij.in prin.ff.eo.* Similiter † etiam inter patres & filios, non videlicet ratione patriæ potestatis. *l.donationes* (3) *quas de dona.inter vir.& vxor.* Et ideò filio † dat mater, cùm non habeat in potestate: sic & pater sed emancipato. *l.si constante.eo.ti.* & non solum prohibentur donationes (4) fieri inter virũ & vxorem: sed etiam † in personas, quorum iuri subiecti sunt. *l.nec inter & l.si vt proponis. C eo.tit. & l.iiij.§.qui in eiusdem.& l.cum hic status. §.non solum.aliàs incip.oratio.ff.eo.* ¶ Quæro pro expeditione, in quibus ca- (5) sibus † donatio inter virum & vxorem, & inter parentes & liberos valeat, & in quibus casibus potest retractari: & quia enumeratis casibus, quibus donari potest, satis resultabit

tabit aliis casibus non posse donari. Et quidem † donari 6 potest inter virum & vxorem, etiam si donator efficiatur pauperior. Primo, quando donatur ad refectionem domorum consumptarum incendio: dum tamen non vltra donetur, quàm refectio exposcit. *ff. eo. quod si vir.* Item, si donetur vxori aliquod annuum ad substentationem, & hoc vsque ad vires dotis duntaxat. *ff. eo. l. ex annuo. in princ.* Item tertio, si donantur vxori vsuræ, vel lucrum pecuniarum *d. l. ex annuo. §. si maritus.* Et est mirum, quòd mulier † 7 hoc casu lucrum & non damnum percipit *per l. quid ergo. eo. ti.* Itē & quarto, si donauit cōiunx prædiū, & ex illo fructus percipit. nā fructus facit suos *per l. de fructibus. eo. ti. & l. sicut. C. eo.* Item valet donatio horum quæ vsus gratia conceduntur: vt in ædibus & vestimentis. *l. sed si vir. ff. eo. tit.* Item & sexto, si mulieri detur pro suis agēdis negociis: putà, quia habet bona paraphernalia in remotis, quorum fructus habet transducere; si de voluntate mariti accedat ad curanda dicta bona, & pro ea maritus soluit vectigal seu vecturas: impensas illas non repetit. *l. si quis pro vxore. ff. eo.* Item & opere seruorum donari videntur. *ff. eod. si id quod. §. si quis.* Item si vir vxori debet in diem, peruenire potest tempus & dare interusurium temporis. *l. sed si vir lana. §. quod vir. ff. eo.* Item donatione causa mortis. *l. si vir vxori. §. fi. ff. de dona. inter vi. & vxorem.* Item dat vxor viro licitè, gratia consequendæ vel adipiscendæ dignitatis. *ff. eo. l. quod adipiscendæ.* quod procedit si aliàs vir illam dignitatem consequi nō poterat *vt ibid. & in duab. legib. sequentib.* in quibus alij duo casus parum in vsu notantur. ¶ Item valet donatio † inter Imperatorem & Augustam. *l. fi. c. eo.* 8

¶ Reuocatur autem donatio † duobus concurrentibus. 9 scil. quando donās fit pauperior & accipiens locupletior: *ff. eo. l. si sponsus. §. penul.* ita quòd si vxor comparauit prædium ex donatis, videtur facta locupletior inquantū versum est ad eius vtilitatem. *l. quòd autem. §. idem iuris. ff. e. & l. vxor. eo. tit.* Nam si vxor consumpsisset, non teneretur *per l sed si vir. §. non videtur. & l. quod autē. §. si maritus. eo. tit ff.*

¶ Reuocantur autem Donationes † exceptis præmissis 10 casibus, quandoque tacitè, quandoque expressè. Expressè, per pœnitentiam: putà, quia reuocant. *ff. eo. l. cum hic status. §. quòd ait.* Item si ea, quæ donauit, pignori dedit. *c. eo. si maritus.* Tacitè verò fit reuocatio, per diuortium. *ff. eo. l. sed*

interim.§.si maritus. nisi illa donatio fieret diuortij causa: quia tūc valeret *vt ibid.in fi.* Item fit reuocatio, si priùs decedat donatarius, quam is qui donauit. Et alios duos casus discurre *in d.l cum hic status.§.quod ait oratio.& ibi Glo.sup.verbo secuto.vide Glo.in c.fi.de dona.inter vi.& vxor. sup. verbo Tacitè.* ¶ Nunc restat videre de donatione fa-
11 cta inter † parentes & liberos. Et quidem regulariter non valet donatio inter parentes & liberos in potestate constitutos. *l.donationes.C.eo.* Et ratio est, quia inter dantem & accipientem debet esse distinctio corporalis. *c.fi.de consti.l.j.ff.de aucto.tuto.* Et cum liberi in potestate constituti, eædem personæ cum parentibus reputentur. *l.fin. C.de impu.& ali.substi.& §.ei verò qui Insti.de inuti.stipul.* Et in donationis contractu duæ requiruntur personæ non per modum vnius, sed per modum duorum, scilicet donans & donatarius *vt per to.ti.C.& ff. de dona.* Igitur cùm pater & filius vicem vnius obtineant, fieri inter eos non potest
12 donatio. ¶ Fallit † in aliquibus casibus: puta, in dote & in donatione propter nuptias, quas necessariò habēt constituere parentes in liberos. *l.si pater.§.vtramque, versu neque. C.de dotis promis.* Item cùm parentes donant liberis euntibus in castra, & causa castrensis peculij *Glo.C.de reuo.l.ij.& in l.j.ff.qui.mo.pig.vel hipo.solui.* Item cui pater remittit vsumfructum in rebus aduenticiis, vel dat ratione alimentorum. *C.de bo quæ libe.l.cum oportet.§.sin autem.* Et in istis casibus fallentiarum, non est necessaria alia confirmatio: quia iure permittente fiunt. In aliis verò casibus, oportet quòd interueniat expressa: scilicet per vltimam dispositionem, vel tacita per mortem donantis, & ita confirmantur vt habeant effectum: distingue tamen *vt in d.l. donationes. C.de dona.inter vir.& vxo.& in l.si donatione. C. de colla.* Et reiecto vno casu, in quo non confirmatur: scil. quando pater donat filio in peculium profecticium *vt in d.l.si donatione.* In aliis fac duo membra: quia aut donatio non excedit quantitatem, quæ à non prohibitis donari posset sine insinuatione, aut excedit. Primo casu, siue confirmetur expresse, siue tacitè, tunc retrotrahitur confirmatio & præsumitur ab initio fuisse valida donatio: ita quòd filiusfamilias, vel vxor, fructus suos fecisse intelligatur. *ff.de legá.ij.l.cum pater.§. pater filiæ.* Et idem quando excedebat quantitatem: sed fuerat insinuatio facta. *d.l.donationes,*

nationes in fi. Si verò ab initio excedebat quantitatē, & nō fuerat insinuata: tunc in eo quod excedit, nō operatur ex tēpore cōfirmationis: sicut & nō tēpore donationis *per d.l. donationes.* Et est effectus huius mēbri, quòd medio tēpore filius, vel vxor, nō faciunt fructus suos: sed venient in collatione, & iudicio familiæ hercíscundæ *per eà quæ not.in d. l.si donatione. C.de collā.& ibi Glo.notabilis.* ¶ Hic autem quæritur: nunc donatio† facta est de viro in vxorem nulla 13 secuta traditione: sed statum est in meris terminis promissionis: quæritur an talis donatio confirmetur morte. Et dic, quòd stato in meris terminis donationis & nullo alio adminiculante contractum, non confirmatur tacita confirmatione: scil. mortis *per l. Papinianus. ff. de do.inter vi.& vxo.& ea quæ habentur in l.dona.c.eo.* Sed si interueniat aliud adminiculans cōtractum: puta, constitutum,† 14 quòd loco traditionis habetur *per ea quæ leguntur, & notantur in l.quod meo nomine. ff. de acqui.posses.* tunc precarium constitutum, operatur traditionem. Quod limita, dum tamen donans tempore constituti esset possessor *per Gl. in l.si duo. C.de dote cauta. cui adde not.in l.j.§.si vir vxori.ff. de acqui.pos.* Concurrentibus igitur vera possessione donantis, & constituto vim traditionis habente, ex retro firmatur donatio, siue de expressa, siue tacita confirmatione loquamur. quod not. quoniam quotidianum, practicabile, & vtile. Superest videre, an † præmissis deficientibus, & 15 stando in meris terminis prohibitis, valeat, seu possit talis donatio iuramento firmari. Et arguitur primò, quòd non firmetur: quia Vbicunque inutilis est stipulatio aliqua ratione iuris, nūquam valet in vim pacti, nisi expresse id agatur. casus est cum sua gl.& ibi. Doc. *in l.j.§.si quis ita.in ij.resp.ff.de verb.obli.& in l.j.§.cum quis inutiliter.ff. de consti.pecu.* Illa ergo naturalis obligatio non potest tanquam ex pacto oriri. *arg.l. quæcumque gerimus. ff. de acti. & oblig.ibi. Inanem actum nostrum efficiunt. & facit ad hoc.§. si quis alij. Instit. de inuti. stipu.* ¶ Pro hoc † & similibus 16 articulis breuiter distingue: quia Aut contractus prohibetur fauore alterius contrahentium, vt in Velleiano, & Macedoniano, & contractu minorū. Et his casibus & similibus iuramentum firmat *per ea quæ leguntur & notantur in ca.cum contingat de iureiu.& ca.quamuis.de pac. lib.vj. & in auth.sacram. C.si ad ver.ven.* Aut & secundò prohibetur

fieri in odium alterius contrahentium: vt in pactis vsurariis, pignoraticiis, commissoriis, vel officiariorum durante officio. & hoc casu non firmatur contractus iuramento taliter, quòd ipsum contractum efficacem reddat, licet seruandum sit. *ca. j. & c. debitores. de iureiuran. & ca. significante. de pigno.* Et ideo petita absolutione iuramenti in talibus contractibus præstiti, potest contrahens contrauenire, vel etiam solutum repetere, *per ea quæ notantur in dictis iurib.* Et ratio est: quia in talibus præsumitur interuenisse dolus eius, in cuius fauorem fit contractus. Et propterea attendendæ sunt duæ considerationes: Vna concernens fauorem publicum: alia fauorem animæ. Et ideo dicere possumus, quòd contractus prohibitio odio alterius contrahentium & fauore immediatè reipublicæ, vel odio alterius contrahentium & fauore animæ: scilicet ad cohibendum facultatem peccandi, regulariter non firmantur iuramento *per theoricam Doctorum in dictis iurib.* Et ideo donationes [17] † factæ de viro ad vxorem: vel de patre ad filium, firmantur iuramento: quia non respiciunt immediatè fauorem publicum. Alia ratio est, quæ communiter assignatur per Doct. *in dic. iurib.* quia inter patrem & filium, virum & vxorem, oritur naturalis obligatio; licèt ciuilis impediatur: quę tamen per iuramentum suppletur.

De Donationibus causa mortis.

R V B. V.

Argumenta.

1. Donatio causa mortis, vt fiat. vid. & nu. 5.
2. in Donatione causa mortis, vt expressio causæ, maximè periculi mortis requiratur.
3. Donatio in dubio, præsumitur inter viuos.
4. Donatio inter viuos, vt pœnitentia non retractetur: imò ea quæ fit causa mortis.
6. Donatio causa mortis, vt symbolifet cum codicillis.
7. Donare } causa mortis { Quis possit.
8. Donari } causa mortis { Cui possit.
9. Donans filius causa mortis consensu patris, an possit totum, vel partem ipsi patri consentienti relinquere.
10. Sacerdotium seu clericatus, an à patria potestate liberet.
11. Donationes causa mortis qualiter reuocentur.

12. Do-

12. Donatione causa mortis reuocata, vt sint fructus à donatario percepti restituendi: non item in donatione coniugum.
13. Donatio causa mortis vt valeat, an requiratur hæreditatis aditio.
14. Donatarum rerum traditio, vt non fiat ex senatusc. Trebelliano.
15. Donatæ res quibus actionibus peti possint.
16. Donationes causa mortis, in quibus parificentur legatis.
17. Donationibus causa mortis, vt non Trebellianica, sed Falcidia detrahatur.
18. Donationes causa mortis, vt à legatis differant.
19. Donatio causa mortis vt differat à donatione { Inter viuos, & simplici.
21. Constitutum, vt non operetur contra naturam contractus.
22. Donatio causa mortis, vt non infirmetur conditione impossibili.

DOnatio causa † mortis fit cogitatione mortis instantis vel futuræ *ff.eod.lib.ij.& iiij.* vel illius memoriæ causa: eo tamen pacto, quòd sibi non liceat repetere donãs magis inter viuos quàm causa mortis, & ita rectè donare videtur *l.vbi ita donatur.ff.eod.* Et debet † exprimi causa, vel periculum mortis, vt appareat donatio causa mortis: quia etiam moriens inter viuos donare posset. *l. Seia.§.fi.ff.eod.* Et in † dubio præsumitur etiam inter viuos, nisi probetur causa mortis facta. *ff.eo.penul.in fin.& de dote praleg.l.Seia.& in d.l.Seia.§.fi.ff.eo.* Et talis † donatio non retractatur pœnitentia *l.cum maritus.§.fi.ff.de pact.dota.* licet causa mortis facta reuocari possit, vt subdicetur. Et est talis mens donantis causa mortis, quòd sibi quandiu viuet magis vult habere res donatas, quàm eum cui donat quod tribus casibus contingit, vt infrà dicetur. Et eum cui donat, quàm eius hæredem *vt in l.j.ff.eo.* ¶Fit autem † donatio causa mortis per stipulationem, vel pollicitationem nudam: sicut donatio inter viuos *glo. singularis in l.cum pater.§.Mauio.de le.ij.& in l.ij.C.de iu.do.* Vel per solam † traditionem quinque testibus præsentibus *l.fi.C. eod.* Et in hoc scilicet in numero testium simbolisat cum vltimis voluntatibus; scilicet cum codicillis, in quibus requiruntur quinque testes *vt not.ff.de dona.cau.mortis.l.tam §.*Donare † potest, qui testamentum facere potest, & e-

1 2 3 4 5 6 7

8 tiam filiusfa. licet testari non possit. *ff. eo. tam is.* Et dari † potest, cui legari. *ff. eo. l. omnib.* ¶Posset hic quæri de qua-
9 dam practicabili quæstione: videlicet, An filius † in donatione causa mortis, quam auctoritate, vel consensu patris facit, possit totum vel partē relinquere patri auctorisanti vel consentienti. ¶Sunt qui distinguunt inter personas filiorum: videlicet, An sint clerici vel laici. Nam primo casu concedere videntur Doctores cano. *in ca. quia nos, de testa.* facultatem filiofa. clerico testandi: & per consequēs à maiori, donandi causa mortis in omni peculio sine auctoritate vel consensu patris. Sed Legistæ non consentiunt. *in auth. presbyteros. C. de epi. & cleri.* & tanta est Doctorum vtriusque iuris auctoritas, quòd non audeo me interponere in medium. credo tamen; quòd de profecticiis quoad plenitudinem iuris & aduenticiis quo ad vsumfructum non possint filiifamil. etiam clerici sine voluntate vel auctoritate paterna dispensare. Et hac ratione
10 moueor: quia sacerdotium, † seu clericatus, non eximit à patria potestate quoad ea quæ pertinent ad iura paternæ potestatis temporalis: licet liberet à patria potestate quoad ea, quæ sunt iuris spiritualis. & ita concordantur iura per Do. *in ca. indecorum. de æta. & quali. & ordi. præficien. & in ca. si annum, de iudi. lib. vj.* Et cum quæsitum non sit de spiritualibus, concludi potest, quòd non est fienda differentia inter cleri & laicum. Sed respondendum est formaliter ad quæsitum per distinctionē: videlicet, quòd Aut pater auctorisat seu consensum præbet filio donare volenti ipsi patri immediatè aut mediate. Primo casu non valet auctoritas seu consensus: nec per consequens donatio. *per glo. quam communiter sequuntur Doct. in l. j. ff. de aucto. tu. super verb. acquirit.* Secundo verò casu: scilicet, quando non immediate: sed per consequentiam. putà quia filius auctoritate vel consensu patris dat nepoti patris ex filio donante procreato, cui substitui potest. *§. si autem. in l. vnica. C. de cadu. tol.* Et tunc valet maximè, vel in tempore quo fiebat donatio, & nullum ius: ex tunc quæritur patri in proprietate vel possessione seu vsufruc. Vbi verò ex tunc aliquod ius quæreretur patri auctorisanti vel consentienti, tunc respectu illius iuris, siue proprietatis, siue possessionis, seu vsusfructus, nō quæreretur ius patri: quia sibiipsi auctor esse videretur. Et ita bene intellecta proce-

dit

dit.*d.l.j.ff.de auct.tutor.* Nam in primo casu illius legis, pupillus non efficiebatur immediatus debitor tutorum: sed medio delationis hæreditatis. Et ideo ille casus permittitur.Sed vbi immediate quæritur ius patri auctorisanti vel consentienti,non valet consensus vel auctoritas.& hoc clarè probat. *d.l.j.in ver.sed tamen & ver sed si auctori fiat.* Vbi autem non immediate, sed mediate quæritur ius patri, valet auctoritas & consensus.Nec obest glossæ exemplum,quod facit de seruo, quia quicquid acquirit seruus quæritur immediatè domino *per ea quæ leguntur & notatur Inst.per quas perso.nobis acqui.§.item nobis.& l.seruus vetante ff.de verb.obli.* In exemplo verò præmisso de donatione facta nepoti per filium auctoritate vel consensu patris procedit principiū *d.l.j.,& l.quod dicimus. illo eodem titu.*nec glo.contrariatur.Et pro hac decisione facit optime æquitas. *l.quicunque.l.quod scitis. C.de bo.quæ libe.* quæ vult bona redire ad donantes. ¶ Qualiter autem reuocentur † donationes causa mortis? Dic, quod tribus modis principaliter: scilicet,si prædecedat donatarius donātem, id est,si donatarius moriatur ante donantem. Secundò, si pœniteat, & pœnitendo reuocet. Tertiò, si conualeat de periculo mortis,in quo constitutus laborabat. *l non omnis.in princ.ff.si cert.pet. & Insti.de dona. §.j. & ff de donat. cau.mort.l.Seia.l.fi.j.respon.*Et cùm reuocatur, tenetur donatarius restituere fructus.*per Gloss ff.de dona. cau.mor.l.si mortis causa. & ff. de condi.ob cau. l. cum quis.* Secus in donatione inter virum & vxorem *per lec. & not.in l donationes.C.de don.inter vir.& vxo.* ¶ Sed † quæro,An † ad validitatē donationis causa mortis sit necessaria aditio per hæredes institutos, vel alios venientes ab intestato. pro quo facit *glo.in l.etiam.C.de inoffi.testa. & text.in l.filiusfa. C.fami.hercis.*& ibi Glo.velle videtur,quòd sufficit interuenire mortem donantis sine reuocatione expressa. Et procedit hoc etiam in donatione facta per filium cū consensu patris,vt morte filij confirmetur *Glo.in l.nec fratris. C.isto tit.* Ex quo infertur,quod non fiat † traditio rerum donatarū ex Trebelliano *ar.l.mulier.§.fina.ff.ad Trebel.*Sed iure actionis,scilicet † vtilis rei vendicat.vel etiam directè in aliquibus casibus.*l.senatus. §.j.ff.eo.* Vel iure exceptionis.*vt l. mortis causa donat.ff.eo.* Et est actio quam intentat donatarius,quando nō possidet. at hæres vel alius

11 12 13 14 15

certi conditio specialis, si specialis sit res donata. Aut certi conditio si generalis sit *ff. si cert. pet. l. certi conditio.* Et in 16 hoc parificantur legata † & donationes causa mortis, quia quemadmodum transit dominium in legatarium *per l. à Titio. ff. de furt.* ita & in donatario causa mortis. *l. si mortis causa. & l. illud ff. de mortis causa donat. & melius in l. y. ff. de* 17 *publicia.* Et ideo, quia iure actionis † peti possunt donationes causa mortis, non detrahitur Trebellianica, licèt Falcidia detrahatur. *l. in donationibus. & l. penul. §. sancimus. C.* 18 *eo.* ¶ Differt † tamen à legatis in aliquibus casibus, de quibus *Insti. de lega. in prin. in glos. super verb. fore legatis.* In donatione tamen causa mortis non potest directè substitui, nisi per stipulationem. *ff. de dona. causa mort. l. si cui.* Dif- 19 fert † etiam à donatione inter viuos: quia excedens debitam summam indiget insinuatione: non autem donatio causa mortis. *l. fi. C. eo.* Item sicut confirmatur morte, ita deportatione. *l. sed si mors. §. j. ff. de dona. inter virum & vxo.*

20 ¶ Aduertendum tamen est, quòd licet † in donatione simplici per constitutum transferatur possessio *per ea quae notan. in l. quamuis. C. de dona.* Secus tamen est: in donatione causa mortis *per ea quae leguntur in l. quamuis. §. si conductor. ff. de acqui. poss.* Et ratio est, quia alias esset in donãte contradictoria voluntas. Nam donando causa mortis magis se, vt dictum est, quam donatarium vult habere & possidere: & tamen si interueniret constitutum cum suo effectu, magis velle videretur donatarium habere quam sei- 21 psum. Et ideo constitutum † non operatur contra natu- 22 ram contractus. ¶ Notandum etiam, quòd donatio † causa mortis non infirmatur propter conditionem impossibilem. *l. quae sub conditione. § j. ff. de condi. insti.*

De Reuocandis donationibus.

RVB. VI.

Argumenta.

1. Donationes simplices qualiter & quibus casibus reuocentur.
2. Donatarius, an & quatenus donatorem alere teneatur.
3. Donationes, vt reuocentur ob prolis susceptionem.
4. Iuramentum in donatione praestitum, de ea non reuocanda, an valeat in casu nouae prolis susceptae.
5. Donationes vt reuocentur ex casibus *in l. fin. C. de reuocand. donat.* comprehensis.

6. Do-

6. Donatio remuneratoria vt sit irreuocabilis.
7. Donatarius, an donatione reuocata fructus perceptos restituere teneatur.
8. Iuramentum in contractu præstitum, vt nonnullis casibus fiat irritum, nec impediat ab eo resilire.
9. Donatio simplex, vt non reuocetur per nouæ prolis susceptionem.
10. Donatio simplex facta ob amicitiam, vt sit reuocabilis.
11. Donatarius consentiens alienationi rei sibi donatæ, vt ipsam donare videatur.
12. Donationes sub modo vel condicione factæ, vt reuocentur remissiuè.

QVia vidimus Qualiter donationes fiant in speciebus prædictis. Nunc videndum restat, Qualiter † & Quibus casibus reuocentur. Et quidem donationes simplices reuocari possunt pluribus ex causis. Primò, si donatarius atroces iniurias in donatorem effundat. Secundò, si impias manus donatarius donatori inferat. Tertiò, si graue damnum in bonis, vel periculũ vitæ intulerit. Quartò, si legi dictæ in donando non paruerit. *vt C. de reuoc. dona. l. fi.* Gloss. verò † addit vnũ alium casum: scilicet, si donatarius alimenta deneget donatori: licèt alia glossa. *sup. l. in condemnatione. ff. de regu. iur.* dicat, non esse iure cautum, quod Donatarij † teneantur alere donatores. Attamen ex mente Docto, *in dictis iurib.* crederem distinguendum inter donationem omnium bonorum sine retentione vsufructus iuramento firmatam, & donationem partis bonorum. Nam primo casu donatarius alere tenetur quãtumcunque minimum sit, quod donatur. quia recipiendo donata, cum illa tacita conditione de alendo recipere videtur. *ar. d. gl. in d. l. fi.* quia contractus est limitatus secundũ iuris dispositiones *l. obligationum substantia. ff. de acti. & obli. cum sua glo.* Et huius ratio est quia licet ibi Glo. *super verbo Non obligor* ei sentire videatur, quòd donatarius obligatur donatori ad antidota naturaliter tantum: iuramentum tamen supplet vinculum obligationis ciuilis, vt suprà dictum est in viribus iuramenti. Et hæc limita, nisi donator esset, bonus artifex ex quo posset viuere, quoniam tunc donatarius non compelleretur ad alendũ donatorem *per Glo. in l. si quis argentum. C. de dona.* saltem quamdiu ex arte viuere posset. In secundo verò casu, vbi donatur pars, recurrendum erit ad bona retenta, ita quòd si bona retenta sufficiant ad alendum, cum donatarius nõ

ſit niſi ſubſidiarius alimentator,non tenebitur alere. Et ſi retenta non ſufficiant in totum ad alendum, tunc donatarius pro rata ex portione rerum donatarum contribuet in alimentis.Et hæc ſunt de mente Doctorum *in d.l.fi.C.*
3 *de reue. do.* ¶ Alius eſt † caſus in quo reuocatur donatio: ſcilicet, ſuſceptio nouæ prolis poſt donationē. *l.ſi vnquā. C.de reuocan.donatio*. quod qualiter & inquantum procedat ibi vide.Breuiter tamen dici poteſt,quòd aut is qui donat venientibus ab inteſtato, donat,aut extraneis. Et ſi venientibus ab inteſtato:tunc ſiue donator haberet liberos tempore donationis, ſiue non haberet, & poſt donationem procrearet, tunc reuocatur donatio vſque ad debitum ſubſidium.*per l.ſi totus,& l ſi liquet.C. de inoffi.donati.*Si verò dedit extraneo,intotum reuocatur *per d. l.ſi vn-*
4 *quam*.An autem † iuramentum de non reuocando, etiam per ſuſceptionem nouæ prolis præſtitum,impediat reuocationem:dic quòd non.quia non reuocatur fauore donantis,ſed fauore prolis inde ſecutæ. Et regula eſt in iure *in c.cum contingat.de iureiuran.*ibi dum dixit,*cum in alterius præiudicium* quòd iuramentum non validat contractus in
5 præiudicium tertij.¶ Nota etiam,quòd donatio † reuo-
6 cetur in caſibus,de quibus *in d.l fi.C.eo.*Hoc verum,niſi † eſſet facta remunerationis gratia *per l.ſi tempore.§.fi.ff.de do.*quia tunc dicitur potius compenſatio mercedis,quam
7 donatio. ¶ An autem in caſibus, in quibus reuocantur † donationes donatarius teneatur reſtituere fructus perceptos:dic,quòd non *per l generaliter. §.ſi quis alienum. ff. de fideicom.liber.& ibi Glo. ſuper verbo ex aliqua.* ¶ An autem
8 iuramentū† adeò validet donationes & cæteros contractus, quòd non liceat ab eis recedere? ſatis ſuprà dictum eſt *in tit.de dona.*Et vltra ea potes notare ſeptem caſus, in quibus non obſtante iuramento licitum eſt reſilire à contractu.Primus,ſi pactum ex aduerſo non ſeruetur.*C.de nō nu.pecu.l fin.*Secundus,ſi iudex præceperat recedi à contractu.*l.mulier.ff.de lege commiſſo.* Tertius ſi iuramentum ſit contra bonos mores.*ff.de reg.iu.non videtur de iureiuran.c. quintauallis.* Quartus,ſi conditio tacita vel expreſſa non impleatur,*ff.de iure do.l.ſtipulationem.* Quintus,ſi non deſignata eſt qualitas perſonæ cui & ſub qua donatur & promittitur.*ff.de ſolu.l.quòd ſi fortè.* Sextus,ſi rei qualitas pariter mutetur.*ff.de condi.ob cau.l.quod ſi ſeruus.*Septimus,in promiſ-

promissione facti alieni, quæ non obligat præcisè iurantem *de spon. c. ex literis.* ¶ Notandum † tamen, quòd donatio simplex facta extraneo, quæ non impeditur per susceptionem nouæ prolis ex immensitate beneficij, est irreuocabilis *per l. si pater. §. si quis. ff. eod.* Sed † per amicitiam factam potest quādoque reuocari *Gl. super verbo liberalitatis in l. j. ff. de preca.* ¶ Aduertendum etiam, quòd † donatarius consentiens alienationi rei donatæ per donatorem factæ rem donare videtur per casum qui reputatur singularis *in l. si verò non remunerandi. §. idem Papinianus. ff. manda.* ¶ Donationes † verò, quæ sub modo vel conditione fiunt, reuocantur modis, quibus *sup. in rub. de dona. quæ sub modo, & sic reuocantur ad bene placitum. l. cum hic status, §. ait ratio. ff. de dona. inter vi. & vxorem. cum ibi plenè not.* ¶ Donationes verò, quæ fiunt in associantibus † siue affrayramentis qualiter & quando reuocentur, Vide *inf. ti. de societate* pariter de iis quæ sunt inter vi. & vxo. & etiam mortis causa suprà in suis congruis titulis dictum fuit. 9 10 11 12 13

De Emptione & Venditione.

RVB. VII.

Argumenta.

1. Donatio vt contractuum nobilior, sic Emptio frequentior.
2. Vendi quæ possint, aut non possint.
3. Vendi quæ barbaris aut hostibus nequeant, & vendentium pœna quæ.
4. Vendi vt prohibeantur spadones & eunuchi.
5. Vendi vt prohibeantur liberi à parentibus.
6. Hæreditas viuentis, vt vendi prohibeatur.
7. Vendere qui possint.
8. Venditio Inter { Patrem & filium, Item Tutorem & pupillum quatenus valeat, vid. & nu. seq. }
9. Tutor vt pupilli bona emere possit. vid. & nu. 13.
10. Officia aliqua administrantes siue publica, siue priuata, vt suæ administrationes res emere non possint.
11. Vendi quibus liceat.
12. Ecclesiarum œconomi, eorum agnati & cognati, vt res Ecclesiæ quamuis venales emere non possint.

14. Venditio qualiter,& sub quibus pactis celebretur.
15. Venditio vt per verba præsentis, aut futuri temporis fiat.vid.& nu.16.& 17.
18. à Venditionis contractu vtriusque contrahentis consensu semel perfecto,quamuis adhuc rei traditio nō intercesserit, nec etiam fuerit solutum pretium, vt nisi vtriusque consensu recedere liceat.
19. Legis commissoriæ pactum,quomodo fiat,& quomodo cesset.
20. Pactum addictionis in diem,vt à pacto legis commissoriæ parum differat: quæ sint illius formulæ, & quis formularum sit effectus.
21. Venditor quibus casibus meliorem suam cōdicionem facere videatur:& vt illi casus in vnum resoluantur.
22. Venditori meliori condicione allata, vt liceat recedere à venditione:non è contrà emptori.
23. Venditione resoluta,quomodo fructuum restitutio intelligenda.
24. Emptor si ab alio melior conditio adferatur, vt precio adiicere possit,ipsique sit additio intimanda.
25. Venditores plures vno precio rem vnam vendentes, vt vnius loco habeantur.
26. Venditio qualiter perficiatur.
27. Venditiones vt quadrupliciter considerari possint.
28. Venditio vt fiat { purè & perfectè:
29. perfectè,sed non purè,
30. purè,sed non perfectè. }
31. Venditio vt non fiat purè,neque perfectè.
32. Venditio qualiter perfecta dicatur respectu perfectionis contractus seu obligationis:& quæ requirat.vid. & nu.seqq.
33. Venditionis contractus perfectio, quæ dicatur absorbens actionem.
34. Venditor rem venditam non tradens, quam dolo desierit possidere,vt puniatur.
35. Emptor prius precium, quàm venditor rem tradere vt cogatur.
36. Emptor nolens recipere rem, ad damna & interesse tenetur.
37. Venditio { Vt triplex,
38. Perfecta quæ.
39. Perfectior quæ. }
40. Venditor retinens precarium super rem venditam do nec facta sit precii solutio, cui euictionis imminentis metu nolit satisfacere emptor: an rem illam tanquam sibi adhuc propriam retinere, aut traditam recuperare possit,& alteri vendere.
41. Venditore rem non tradente, sed precario eam se possidere confitente: & postea iterum alii vendente & tradente:quis emptorum potior.

42. Vendi-

42. Venditio perfectissima quæ.vid. & nu.43.
44. Venditio vt per purificationem perfectior.
45. Emptor vt non teneatur ad precii solutionem, si scię̃tta rei alienæ emptæ superuenerit.
46. Emptor vt non teneatur ad precii numerationem, si in limine contractus emineat euictio, nisi datis fideiussoribus.
47. Venditio quando neque purè, neque perfectè fit, vt euentus pactorum contractus spectandus sit.
48. in Emptione si certum tempus non sit appositum, vt sit à iure limitandum.
49. Venditio qualiter retractetur vide & nu.50.51.& 52.
53. Emptor vt non teneatur re interempta sine eius dolo & culpa.
54. Emptio vt rescindatur quando datione in solutum, deceptio fit vltra dimidium.
55. Venditio facta minori pretio, quàm medietate iusti pretii, vt rescindatur.
56. Venditio ad hastam facta, vt admittat deceptionem vltra dimidium.
57. Venditio vt rescindatur { Per actiones ædilitias, Itémque
58. Per actiones ciuiles. }
59. Venditio in tacendo vel exprimendo dolosè, vltra probatum morem facta, quatenus rescindatur.
60. Actio redhibitoria quantò minoris ciuilis, vt à prætoria act. differat.
61. Vendens prædium, seu rem, præsumitur liberum seu liberam, vendere.
62. Venditio vt rescindatur, si facta sit à minore decepto.
63. Venditio vt rescindatur { Ex solennitatis defectu.
64. Ratione pacti non seruatu.
65. Ratione officii publici. }
66. Venditio vt rescindatur ex pacto contrahentium: vt legis commissoriæ, & addictionis in diem.
67. Venditæ rei periculum ad quem pertineat. vide & nu. 68.& 69.
70. ab Emptore quando res euincitur, ad quem pertineat periculum.
71. Traditionis, vel quasi traditionis rei venditæ defectu, ad quem illius pertineat periculum. vide & nu.72.
73. Venditis rebus per modum certæ speciei, defectu traditionis ad quem pertineat periculum.
74. Venditis duabus rebus alternatiuè, ad quem pertineat periculum interemptionis.
75. Venditione etiam perfecta, vt periculum ad emptorem quandoque non pertineat.
76. Venditionis periculum penes quem est, & penes eundem est commodum.
77. Vendita re euicta, qualiter emptori succurratur.

res integra.

105. Euictionis cessat actio, si postquam emptor nouerit vendentis rem non esse, à vero domino eandem emat

106. Euictionis vt esset actio in vniuersitatis venditore, re vna euicta. Item Quando ignoranter res aliena legata est nu.107. Item *Ex l.cum pater, §.euictu, ff. de legat ij.* nu.108. Et denique In omni casu, quo res dolo, culpa, aut mora emptoris euincitur. nu 109.

LIcet donatio † nobilior & honorabilior contractus sit, quàm emptionis & venditionis: emptio tamen & venditio inter humanos communior est. Pro cuius expeditione videndum est Primò, quæ res vendi prohibentur. Secundò, qui permissas vendere possunt. Tertiò, Quibus. Quartò, Qualiter & sub quibus pactis. Quintò, Qualiter perficitur venditio. Sextò, Qualiter retractetur. Septimò, ad quem pertineat periculum rei emptæ & venditæ. Octauò, Qualiter & Quibus casibus succurratur emptore per empta. ¶ Ad primũ igitur cùm quæritur quæ † res vendi prohibentur. Respondere possumus, quòd loca sacra vel religiosa. Item publica veluti forum, basilica, *Instit.eo.§.fi. & liber homo.l. & liber homo. ff. de contrahen. emp.* Item & venenum malum *l. quòd sæpe.§. veneni. ff. eo, quod* qualiter intelligatur dixi supra *l.Cor.de sicc.super verbo veneno.* Item frumentum, quòd pro exercitu principis præparatum est: *vt in l.fi.C.quæ res vendi non poss.* quinimo, qui vendere præsumunt grauissimè puniuntur, de quo supra dixi in rub. generali *de extrauagantibus pœnis part.j.* Vel purpuræ fuscandæ tingendæ. Pariter etiam vendi prohibetur frumentum ad vsum reipublicæ comparatũ, & contrafacientes pariter puniuntur *l.quia, c.quæ res vendi non po.d.tit.* Item pariter † liquores prohibentur vendi barbaris *l.j. c.quæ res exportari.* Et pariter prohibentur barbaris & hostibus vendi arma, & omnis etiam materia ex qua fieri possunt. *l.fi.eo.tit.* Qui verò vendit, vel portat, si honesta persona sit, bona illius confiscantur: humiles verò capite puniuntur *per d.l.fi.in fi.* Item prohibentur † vendi spadones, seu eunuchi, violenter sub imperio Romano contra dispositionem iuris facti. *l fi.de eunuchis.* Itẽ prohibentur † vendi liberi à parente perpetuò & in perpetuam seruitutem redigi, *l.j.c.de patri qui fi. distra.* Sed in seruitutem temporalem potest vendi per patrem pro-

pter necessitatem famis.*l.fin.c.eo.* Et hoc donec redemptus sit alius seruus in locum eius subrogatus fuerit,*d.l.fi.*
6 Item prohibetur † vendi hæreditas viuentis.*l.j.ff.de hæreditate vel actione vendi.* Et hæc sufficiant quia alias prohibitiones rerum quilibet curiosus ex iurium discursu colligere potest. ¶ Secundo † loco quæsitum fuit, Qui res
7 permissas vẽdere possunt. Et quidem illi, qui alias possunt obligari. *vt in congruis titulis.* Qui autem possunt obligari,
8 *habetur c.& ff.de pact.* Non igitur tenet † emptio & venditio inter patrem & filium, nisi in castrensi vel quasi ca-
9 strensi peculio. *vt ff.eo.l.j.* Nec inter † tutorem & pupillum & curatorem. *vt ff.eo.l.si in emptione. §. vlti,* nisi vnus tutor emat à pupillo alterius cum tutoris auctoritate interueniente, vel nisi emat à pupillo, seu à tutore ipsi palam & bona fide præstando auctoritatem suam in re sua, *vt inf dicetur ff.de auctor.tuto. l.v.§. pupillus, & de administra.tuto. non existimo. & ff.eo.l. fistulas.§.j. & l.cum specie.* c.
10 *eo.* Et hoc est † generale in omnibus personis administrantibus ex officio publico vel priuato, vt dictum est, vt non liceat, eis emere rem eius cuius sustinet administrationem: alioquin non tantum rem amittunt, sed etiam in quadruplum conueniuntur, quod fortè applicatur fisco, nisi specialiter quibusdam concessum sit à lege: vt si paterna bona alterius vendantur, *vt ff.eo.l.non licet, & l.qui offi-*
11 *cij. & de iure fis.l.aufertur.§.præside.* Quibus autem † vendi possit: Respondetur, quòd omnibus, nisi quibus prohibitum sit, vti supra diximus de barbaris, quibus prohibitum est liquiores vendi, & pariter arma & omne id de quo arma possunt fieri: aut ad ea pertinent *vt c. quæ res vendi. &*
12 *C.qui res expor.* ¶ Item prohibentur œconomi † ecclesiarum, agnati & cognati eorum, emere res quæ distrahuntur quantumcunque venales *per authent quibuscunque modis.C.de sacrosan.eccle.& in corpore vnde sumitur Nouell.*120.
13 Item † tutores curatores & similes. *l.si in emptione.§.fi.ff. de contrah.empt.* nisi palam & bona fide emant, *vt ibi in glo.*
14 *& c.eo.l.cum ipse.* ¶ Nunc videndum Qualiter † & sub quibus pactis emptio celebretur. Et quidem theorica vẽditionum satis elicitur ex titulis *ff.& c.de contrahen.emp.* nam conuentione habita de vendendo certo precio inter partes conuento, venditio altero de duobus modis
15 celebratur. Aut † per verba præsentis, aut per verba futuri

turi temporis. Per verba præsentis: puta, quia venditor dicit *vendo, vt l. j. & l. ex empto. ff. de acti. emptio.* Alio modo concipitur per verba futuri temporis: vt quia venditor promittit vendere & tradere: de quo per Doctores *Insti. de empti. & ven. post prin. alias est. §. in his. & l. ij. C. quando liceat ab empti. reced.* Et quando venditio † fit per verba de præsenti, distinguendum est: quia aut est facta vera traditio, Aut est quasi facta: Aut nullo modo facta. In primo casu emptor non habet actionem ad perfectionem contractus: quia perfectus est *l. emptorem. §. j. ff. de actio. empti. & l. ex empto. in prin. eo ti.* competunt tamen ei actiones euictionis redhibitoriæ, vel in factum, & præscriptis verbis de quibus subdicetur: dum modò emptor precium numerauerit. *d. l. emptor. in prin. & l. Iulianus. § offerri. ff. de actio. empti.* Secundo verò casu, quando est quasi tradita, puta, quia venditor confitetur se precario tenere, quia tunc ciuilis possessio est translata, competit emptori ad naturalem consequendam actio ex empto *vt vult Glo. in d. l. Iulianus. § possessionem.* Tertio verò casu, quando nullo modo est tradita, tunc si emptor numerauerit precium, & fecerit quod ex sui parte debet fieri, *iuxta. d. § offerri.* tunc competit emptori actio ex empto ad rem tradendam, si rem habeat venditor: aut ad interesse, si non habeat *l. j. in prin. & ibi Gl. mag. ff. de acti. emp.* ¶ Quando verò venditio † non celebratur per verba præsentis temporis, sed futuri, tunc licitum est ab emptione recedere. *l. ij. C. quando liceat ab emp. re. d. § in his. Insti. eo. ti.* Cum tamen disceditur hoc casu, distingue: quia aut disceditur à contractu consensu cõmuni, & tunc sine pœna aut per alterius consensum tantum, & tunc cum pœna: quia si emptor discedat perdit quod arrarum nomine datum est. Si verò venditor discedit, quod arrarum nomine accepit, & tantundem restituit. *d. § in his, in fi. Inst. eo.* ¶ Si verò † cõtractus fuisset perfectus per consensum, licet non res tradita, nec preciũ solutum fuerit: si tamen de precio partes conuenerint, tũc non potest discedi, nisi vtriusq; interueniẽte cõsensu. *ar. ff. de reg. iu. l. nil tam naturale.* Et hoc etiã procedit quãdo discedentes sunt idonei ad discedendũ: sicuti fuerũt ad cõtrahendũ: ideóq; pupillus hęres ementis vel vendentis, non potest sine auctoritate tutorum à contractu recedere. *l. si id quod. § idem. ff. de rescin. vendi.* Aliis modis receditur à cõ-

16

17

18

tractu, quę poterunt videri in summa, qui resolui possunt in hos casus, scil. quando per alium contractum inde sequentem, contractus venditionis in alium transit contractum, vt idem met contractus renouatur voluntate partium. ¶ Nunc superest videre de duobus pactis specialibus huic materiæ deseruientibus: scil. de pacto legis commissoriæ, & adiectionis in diem. Et quidem pactum le-19 gis † commissoriæ fit, cùm ita conuenit venditor cum emptore, vt si non fuerit solutum totum precium, vel pars restans soluenda tali die vel tempore, sit res inépta *l. j. & l. qui. ea lege. C. eo.* qua die vel tempore si non fuerit facta solutio competit rei vendicatio venditori *per l. commissoriæ. C. eo. ff. de rei vendi. si quis. & ff. de leg. com. l. fi.* secus si ita dictum sit: scil. si pecunia in totum vel in parte tali die soluta non fuerit, tunc res vendita ad venditorem reuertatur: tunc quia venditio eo casu esset pura, licet resolubilis sub conditione *per l. j. ff. de lege commis.* non daretur rei vendi.: quia dominium esset translatum, licet retractabiliter *per ea quæ leguntur & notantur in l. ij. ff. de in diem adi.* Sed competet personalis, scilicet præscriptis verbis, vel ex vendito: nisi venditor tradendo rem venditam penes se retinuisset precariam possessionem. Quia tunc reuocato precario, semper præsumitur fuisse venditis. *l. j. ff. de precar.* Et tunc competet rei vendicatio, *vt in dictis iurib.* tenebitur, quia etiam emptor ad fructus perceptos, & deteriorationem rei, si totum precium debeatur. *l. si fundus. j. respon. ff. de lege commiss.* Sed si pars precij tantum deberetur, est in electione venditorum repetere fructus & restituere partem precij, quam receperat: vel si malit retineat precium & dimittat fructus. *d. l. si fundus. §. sed quod ait.* nisi contrarium inter partes expresse actum sit. *ff. de contrahen. emp. l. sed Celsus. §. si fundus.* ¶ Nunc 20 de pacto † adictionis in diem videamus. Et quidem pactum adictionis in diem parum differt à pacto commissorio, quæ differentiæ colligi poterunt ex subdicendis. In quo pacto duæ sunt principales formæ paciscẽdi: quia Aut hoc agitur, quòd vẽditio perfecta resoluatur, aut quod imperfecta perficiatur. Exẽplũ primæ Celebrata venditione & cõuẽto de precio inter emptorẽ & vẽditorem, adiicit pactum, quòd casu quo intra mensem vel quindecim dies alius meliorem conditionem venditori attulerit, discedatur

turab emptione,tunc vēditio pura est, sed resoluitur sub conditione.*l.ij.j.respon.ff.de in diem adiec.* Exemplum secundo: puta, quia habito tractatu de vendendo & emendo, partes conueniunt de precio & sub illo precio venditio fit, nisi intra mensem vel quindecim dies alius meliorem conditionem afferret. Nam tunc, si melior conditio non afferatur, venditio quæ conditionalis existebat transit in puram & perficitur *d.l.ij.ij.respon.* Et est differentia inter dictos contractus: quia in primo emptor est effectus dominus, sed retractabiliter *vt l.j.§.sed & Marcellus: ff.de adicti.in diem.* Et ideò interim vsucapit & lucratur fructus.*d.l.ij.in fi.l.Item quod dictum. ff.de in diem adict.* Et periculum rei venditæ si interimatur res ad eum pertinet, atque ita purificatur conditio & emptio censetur pura: quia non potest rei interemptæ, nec accessionum suarum melior cōditio afferri.*l.vbi autem.§.j.ff.d ti.de in diem adict.titu.* In secundo verò casu: scil.quando imperfecta perfici speratur, tunc emptor non vsucapit, nec fructus facit suos, nec periculum ad eum pertinet *d.l.vbi autem in prin.* Sed licèt ipse non vsucapiat, proderit tamen tempus quo fuerit apud emptorem venditori ad vsucapionem perficiendam.*l.Pomponius.ff.de acqui.pos.* Qualiter † autem, & Quibus casibus quis meliorem conditionem facere videtur? multi casus colligi possent. *in d.l. vbi autem.§.melior, cum se.* Sed omnes casus in iure enumerati, in quibus melior conditio afferri videtur resoluuntur in vnum: scil.quando adiicitur ad vtilitatem vēditoris quicquid sit, qualéve sit, & quantumcunque sit. *l.quicquid.ff.de in diem adie.* quod intelligo, dum tamen talis sit vtilitas, quæ omnibus calculatis commodum sit allatura venditori.*l.si prædio.§.si fundus.ff.de addict.in diem.* ¶ Et est notandum, quòd meliori † conditione semel allata, licitum est venditori recedere & contrahere cum offerente: sed non econtrà, nam non licèt emptori meliori conditione allata, ab emptione recedere, nisi hoc nominatim actum esset *per l.quod autē Sabinus, eo.tit.de in diem ad.* ¶ Quod autem supradictum est, quòd Resoluta † venditione, fiat restitutio fructuum, subaudiendum est, detractis expensis in re empta factis medio tempore per emptorem. Nam emptor vsque ad illam summam retinere poterit: qui si non sufficiant, cōpetit ei actio exemplo.*l.imperator.eo.tit.*

21 22 23

24 Est etiam notandum, quòd emptor † per adiec.in diem, meliori cōditione allata, potest ipse adiicere ad precium: & ideo intimari sibi debet adiectio.*l.necesse eo.tit.ff.* Et hoc fit ad obuiandum fraudulosis adiectionibus, quas venditor prouocare posset, de quibus *in l.si venditor.eo.tit.* ¶ No-
25 tandum etiam, quòd si plures † sint venditores, qui vno & eodem precio & vnam rem vendiderunt, loco vnius habentur.*l.quòd si vno, in prin.* Sed si per modum plurium, potest cuilibet adiici.*l.quod inter.in fi.cum l.seq.eo.ti.* Et quia vidimus de pac.approbatis in emptionibus & venditionibus, vendendum esset de pactis improbatis. de quibus dicetur.*in §. nunc qualiter, inf hac rub.* vbi tractabimus quali-
26 ter retractetur venditio. ¶ Qualiter autem † perficiatur venditio videndum restat. Pro quo præmittendum est,
27 quòd emptiones † & venditiones possunt quadrupliciter cōsiderari: secundū, quòd quatuor possunt interuenire ad earum perfectionem. Nam quædam venditiones fiunt purè & perfectè: quædam perfectè, sed non purè: quædam verò purè, sed non perfectè: quædam verò, quæ non purè
28 nec perfectè fiunt. Primò igitur † potest celebrari emptio & venditio purè & perfectè, solo consensu conuentione habita de precio. *ff. de contrahen emp.l.j.§. vl.& l.ij. §.j.* quod procedit in venditionibus sine scriptis: quasi conuentum esset, quòd fierent in scriptis, non esset pura; cùm haberent implicitam conditionem: scil.quod pœnitere possent. *Insti.eo.§.j.l contractus. C.de fide instr.* pro quo vide Glo.notabilem *in l.necessario.in prin ff.de pericu.& cōmo.rei ven.* Quædam verò †(vt dictum est) fiunt perfectè,
29 sed non purè propter conditionem resolubilem. & de istis, dictum est supra in pacto addictionis in diem & de lege commissoria, & fiunt per verba præsentis temporis: scilicet per *Vendo*, &c. Tertio modo, quędam † fiunt ven-
30 ditiones purè, sed non perfectè: putà, quia precium fuit simulatum vel imaginarum, vel quia in alterius arbitrium committitur, de quo *Insti.eo. §. item precium, & l.empti.C. eo.& l. in ementis eo.tit.C.* Vel quia venditor post decem dies vel intra, sperabat habere precium: quia non censetur tunc habuisse fidem *per Glo.in l. inciuile.ff. de rei ven.*
31 Quarto modo, quædam fiunt † neque pure, neque perfectè, de quibus *Instit. eod. §.emptio.* puta quia venditor dicit, *si Stichus sibi placuerit infra tale tēpus, erit sibi emptus au-*

reu tot, &c. Et de perfectione huius quæsiti vide *Gloss. primam.Insti.de emp.* Nunc ad primum † membrum redeamus & videamus qualiter in primo membro totaliter dicatur perfecta venditio. Et potest distingui vno modo inquantum habet respectum ad perfectionem contractus seu obligationis, & tunc perficitur per consensum & fidem seu cōuentionem de precio vt suprà dictum est: quia tunc ilicò nascitur obligatio & actio emptori ad rem ex empto, & venditori ad preciū ex vendito. *§.sed nostra.Instit.eo.* ¶ Alio modo accipere † possumus perfectionem contractus absorbentem actionem: puta quia venditor tradidit rem & emptor preciū. de qua perfectione loquitur tex.*in l.Iulianus.§.offerri ff.de act.empt.* Et ideo si de illa perfectione loquamur, non dicitur esse perfectus contractus emptionis & venditionis, nisi interueniant tria: scil. consensus, conuentio, & traditio seu numeratio *per iura pr.alle. & fac.l.cum res, & ibi glo.C.de prob.* Quinimmò, si venditor traderet rem, quam alius possideret causa rei seruandæ, non diceretur impleuisse ex sui parte.*l.si in emptione.§.j.ff.de act.emp.* quia re non tradita agit emptor ad rem consequendam, quam cogitur tradere venditor, si illam habeat: aut ad interesse, si illam desierit habere, *secundum communem sententiam Glo. & Doc.in l.j. in prin.ff.de acti.empti.* Et si procacitate † venditoris res non tradatur: puta, quia dolo desiit possidere transportando & occultando, in tantum quod executio in ea fieri non potest: tūc arbitrio iudicis condemnatur ad interesse emptoris. Et ita intellige.*l.si traditio.C. de ac.empt.* & ita concordat opinio.Gl.& prouidetur emptori aduersus versutias & procacias venditoris. ¶ Sed † Quis tenetur priùs adimplere: scilicet venditor tradere rem, vel emptor precium. Dic, quòd emptor precium *Glo.in c. intantum. de symon. & de preben.c.eum qui.& c.se.lib.6.* ¶ Sed pone, quòd † emptor nō vult recipere rem, nunquid ad damna & interesse venditoris tenebitur: Dic, quòd sic *per l.venditor.§.j.ff. de ac. emp.* Erit ergo † venditio triplex: scil. perfecta, perfectior, & perfectissima. Primò † perfecta: scil. per consensum mutuum rei vendendę & emendę & conuentionem precij *per iura suprà alleg.* Perfectior † cōcurrens duobus præmissis, & constituto precario: putà, quia venditor interim constituit se precario nomine tenere *per Glos. in l. ab*

32 33 34 35 36 37 38 39

40 *emptione.ff.de pac.* ¶ Et no. quòd venditor, † qui retinet precarium super rem venditam, donec satisfactum sit precium: si emptor nolit soluere, quia dicit eminere euictionem, poterit reuocato precario, recuperare tanquam suam *iuxta.l.ea quae.ff. de peri. & commo. rei ven.* & poterit vendere alteri. *l.qui ea.l. & ibi Glo. & Doc.C. de pact.inter*
41 *emp.& ven.* ¶ Sed pone, quòd venditor † non tradit, sed confitetur se precario tenere: deinde alteri vendit & tradit, Quis emptorum erit potior. Dic, quòd primus in vim
42 precarij *per le. & no.in l.certè §.j.ff.de preca.* Perfectissima † dicitur concurrentibus duobus primis, & inde secuta vera traditione *d.§.offerri. & l.ij.C.de peri.rei ven.* quia per rei traditionem liberatur integraliter venditor ab actione ex empto. *per dicta iura.* ¶ In secundo verò mem-
43 bro, tunc erit † perfectissima venditio, quando conditio erit purificata: puta, quia emptor precium totum vel partem restantem soluit: & sic purificata est conditio legis commissoriae, vel alius meliorem conditionem non attulit, & sic purificata est conditio adiectionis seu addictio-
44 nis. ¶ Et est perfectior † venditio per purificationem, & competit actio exempto emptori ad rem, & ex venditione venditori ad precium: exceptis duobus casibus. Primo
45 videlicet, si † scientia rei alienae emptę superuenerit emptori ante solutionem: quoniam tunc emptor non tenetur ad precium tradendum *per gl.nota. in §.nouissimè. Insti.*
46 *de suspe.tuto.* Secundo casu, si in limine † contractus emineat euictio: tunc etiam non tenetur emptor ad precium soluendum nisi venditor satisdet cum fideiussoribus *l.si post perfectam. C. de eui.* quod si hincinde detur & tradatur erit perfectissima. Tertiò verò casu, nunquam perficitur venditio. *per ea quae traduntur in l.empti.C. plus valere quod agitur inf.in d.§.proxi.nunc hac ea.rub.* Quarto & finali casu,
47 quando † nec purè nec perfectè, tūc spectandus est euentus implementi pactorum appositorum in contractu *per ea quae leguntur & no.in l.ab emptione.§.fi.ff.de pac.* ¶ Vnum
48 tamen nota, quòd si non † sit appositum certum tempus, tunc à iure limitatur: quia dantur.lx. dies, *vt vult gl.mag. in c.illo vos. de pignori. & facit optimè.l.quod si nolit.§. qui*
49 *mancipia. ff. de adil.edic.* ¶ Nunc qualiter † retractetur emptio & venditio videndum est, quòd licet vnico verbo non possemus expedire, & dicere, quòd deficientibus his

quae

quæ ad eius perfectionem requiruntur, de quibus suprà proximè visum est. Sed quia hoc nimis generale est, expedit vt aliquos particulares & specificos modos subnotemus, quos sub duabus speciebus recisionis comprehēdere possumus. Nam aut venditio fuit ab initio nulla, vel ex postfacto annullāda. Et in primo casu subdistinguendum est. Quia aut † fuit nulla propter defectum formalium & substantialium extrinsecorum contractus, de quo defectu suprà visum est, in his quæ requiruntur ad perfectionem contractus: putà, quia deficit merx, aut precium. Et hoc casu: quia vicia sunt apparentia, est eo ipso iure nulla *per ea quæ suprà visa sunt, & quæ habentur in §. precium. Insti. eo. & C. eo. l. fi.* Secundò verò casu, quando deficiunt substantilia intrinseca: putà, verus consensus: quia per metum adhibitum processit venditio: tunc rescinditur per actionem quód metus causa *toto titu. ff. & C. quod me. causa. & l. si volūtate. C. de rescin. ven.* Vel si dolus † dederit causam contractui: quia tunc impropriè dicitur rescindi, cùm ab initio non tenuerit contractus. *ff. de dolo. l. eleganter.* Sed quia vitium contractus: non est apparens ex tenore contractus, ideo opus est, vt intentetur actio Quod me. causa & de dolo, aut ædilitiis actionibus agatur ad recisionem. ¶ Rescinditur † etiam venditio ex aliis, quàm substantialibus defectibus: putà, quia deceptio interuenit vltra dimidiam iusti precij. quo casu emptor habet supplere iustum precium, aut desistere à venditione *l. ij. & d. l. si voluntate. C. de rescin. vendi.* Quod procedit re non interempta: quia si interempta † esset sine dolo vel culpa emptoris, nō teneretur emptor, nisi ad precium conuentū: quia satis esset quòd in eo emptori succurretur *ar. l. si res. §. si mulier. ff. de iur. do.* ¶ Et hæc procedūt † etiam datione in solutum in qua deceptus est vltra dimidiam: scilicet quia debet suppleri precium iustum, vel rescindi datio insolutum. quia talis donatio insolutum vim habet venditionis. *C. de euic. si prædium. in fi.* ergo locum habet remedium *l. ij. C. de rescin. vendi.* ¶ Quod autem dictū est, venditionem factam † minori quàm dimidia iusti precij, rescindi. fallit in venditione facta † ad hastam seu incantum, seruatis solennitatibus debitis *per lec. & no. in l. j. C. de prædijs curiali. lib. x.* Item rescinditur † venditio per actiones ædilicias, quæ sunt prætoriæ. *ff. & C. de edi. acti.*

50 51 52 53 54 55 56 57

58 Vel etiã † per actiones ciuiles ex empto: vt quia res animata vẽdita, laborabat vitiis intrinsecis: putà, quia si seruus erat fugitiuus, vel erro, siue erratiuus. *C. de act. empt. l. emptor.* Vel quia equus, vel aliud animal, laborat aliquo morbo intrinseco & latenti. *de act. emp. l. ex emp. §. animalium quoque.* Nam per has ciuiles actiones agit emptor ad interesse contra venditorem *l. j. in prin. & l. quaero. ff. de act. emp.* Nam cum sit contractus bonae fidei veluti emptio & venditio, omnia in eis veniunt quae contra bonam fidem fiunt per venditorem in probato more versantem *vt d. l. j.* Competit etiam redhibitoria ex eo cõtractu. *l. ex empto. §. redhibitionem. ff. de act. emp. §. si quis virginem.* ¶ Aduertendum tamen est, quòd si † venditor in tacendo vel exprimendo dolosè vltra probatum morẽ vendendi, fuerit versatus, considerandum est ex persona emptoris, An si tacita fuissent expressa, vel expressa fuissent tacita, fuisset empturus vel non. Nam si fuisset empturus, modo fit resolutio contractus, sed tenetur ad interesse cum quo liberaretur *per ea quae notantur in d. l. j. de acti. emp. & quasi per totum tit.* Si autem alias, non liberatur soluendo interesse, sed in totum rescinditur venditio. *l. bouem. §. aliquando. ff. de aedil. edic. & in l. si is qui. §. j. ff. de excep. rei iudi.* ¶ Et per

60 hoc habes † differentiam inter actionem redhibitoriam quanto minoris, ciuilem & praetoriam, quam assignat *glo. in l. Iulianus. in prin. super verbo empturus. ff. de act. empt. & ven.* Et haec erit resolutio differentiae quod Actio redhibitoria ciuilis, non habet respectum, nisi ad merum rigorem iuris: scilicet si aliquid contra bonam fidem & vltra probatum morem factum fuerit per venditorem: quia tũc talis dolus dans causam, rescindit in totum *per ea quae habentur in d. l. eleganter. ff. de dolo. in princip. & d. l. j. de acti. & vẽdi. emp.* Sed redhibitoria pretoria, quae habet equitatem annexam, temperat iuris ciuilis rigorem, intermediãs inter iura emptoris & venditoris, praemissam habẽns distinctionem, si alias erat empturus omnibus expressis, quae tacita sunt, rata manente venditione, eius indemnitati succurratur, vt quanto minus emisset, si vicia aut onera sciuisset, tantum ei restituatur *per d. l. si is qui. & d. l. bouem. §. aliquando.* Et hoc satis rationi & magis equitati conuenit. ¶ Et nota quod vendens † praedium seu rem, praesumitur liberam vendere *per l. venditionem. ff. de act. emp.* que

61

si ser-

si seruilis comperiatur, competit emptori actio quanto minoris. ¶Pariter rescinditur † venditio, quando minor 62 contraxit, & in tali contractu fuit deceptus. *C. si aduer. vē. per totum.* ¶ Item ratione † solennitatis omissæ in eccle- 63 siasticis prædiis *vt auth. hoc ius porrectum. C. de sacrosan. eccle.* Item etiam in omissa solennitate in prędiis minorum, vel rebus eorum. *vt C. de admini. tuto. l. lex quæ tutores.* Paritérque in prædiis debitoris reipublicæ, si non vendantur iusto precio. *vt C. de rescin. vendi. l. si quos.* ¶Item ratione † pacti non seruati rescinditur, si aliquis non erat con- 64 tracturus alias, nisi seruata sibi conditione. Et tunc agit actione ex vendito vel conditione ob causam. Aut si erat alias contracturus agitur ad interesse *vt C. eod. l. ea. & de pac. inter empt. l. cum te.* ¶ Item rescinditur † ratione officij 65 publici, vt ecce comittes palatij vel iudices, cum priuatis sibi subiectis contrahere non debent, nec emere aurum, vestes, vel argentum. *vt C. eod. l. vl. & de contractibus iudi. l. vnica.* ¶ Sunt † aliæ causæ rescindendæ venditionis ex 66 pacto contrahentium: vti legis commissoriæ & in adiectione in diem. de quibus sup. dictum est. *in §. Nunc superest &c. hac rub.* ¶Videndū restat, ad quem periculum † 67 rei emptæ, vel venditæ pertineat. Et licet satis diffusè tam textus, quàm gl. & Doctores hæc tractauerunt: breuis tamen secundum mentem iuriū doctrina dari potest. Nam Aut de periculo conuentum est, ad quem pertinere debeat. Et ad illum † pertinebit, qui in se periculum rei em- 68 ptæ assumpsit. *l. si in venditione. in prin. ff. de periculo & commo. rei ven. & l. si mancipia ff. de iure dot.* Aut nihil † con 69 uentum est, & tunc statur dispositioni iuris communis. quo casu fienda sunt tria membra. Nam Aut venditio est conditionalis, aut pura: si conditionalis periculum pertinet ad venditorem pendente conditione *per l. necessario. §. quòd si pendente. ff. de pericu. & com. rei ven.* Si verò sit pùra aut purificata per euentum conditionis, tunc distinguendum est. Quia aut res vendita verè tradita est: aut nullo modo tradita. Aut non est vere tradita, sed quasi tradita, Primo casu subdistinguēdū est: quia aut res est sine vicio, & tunc sine dubio liberatur venditor per rei non vitiosæ traditionē. & iste casus est clarus in iure *per l. j. in prin. C. de peri. & commo. rei ve.* Aut res quæ tradita est, erat viciosa: puta animal morbosum, & tunc aut vitium erat latens,

aut patens. Si patens non tenetur. *vt sup. dictum est in §. nūc qualiter retractetur.* Si autem erat latens, etiam ibi visum est. Et breuiter resolue, quòd si vitium antecedit & est latẽs, tenetur venditor *per l. mortis. C. de periculo & commo.* Si verò vitium erat patens: tunc ad venditorem non pertinet regulariter *per ea quæ leg. & not. in l. ea quæ. §. quædam. ff. de contrahen. emp.* Sed si vitia sequantur, ad emptorem pertinet periculum *vt in dictis iuribus.* Et hoc locum obtinet in animalibus & rebus se mouentibus venditis. ¶Sed

70 quando res † euincitur ab emptore, tunc distinguendum est, quia Aut causa euictionis præcedebat, aut sequebatur, In primo casu ad venditorem periculum pertinebit: in secundo ad emptorem *per d. l. j. §. j. & l. dolum. C. de pericu. & commo. rei venditæ.* ¶ Secundo verò casu principali, quan-

71 do † nullo modo tradita ẽst: distinguendum est, quia Aut stetit per venditorem & eius culpa, vel mora seu calliditate factũ est quo minus res traderetur: & tunc periculum pertinet ad venditorem. *l. si neque in princ. ff. d. tit. de pericu.* Aut stetit per emptorem, & tunc ad emptorem pertinet *per l. lectos. in fi. eo. ti.* Aut hincinde interuenit culpa, vel mora: & tunc ad eum pertinet periculum, cuius culpa vel mora nouissima traditio facta non fuit. *l. cum inter. C. eo. & l si per emptorem. l. si venditor. ff. de acti. empti. & melius in l. illud. ff. de pericu. & commo.* Culpa verò vel mora hincinde cessantibus, periculum pertinet ad emptorem *vt in præ-*

72 *dict. iurib.* ¶Tertiò † verò casu principali, quãdo verè non fuit tradita, sed quasi: putà, quia per emptorem liquores gustati, grana mensurata, metalla ponderata, animalia signata sunt, & similia: & tunc periculum pertinet ad gustãtem, mensurantem, vel signantẽ &c. *per l. quòd si neque. §. fi. & l. j. ff. de peric. & l. ij. C. eo.* Et hæc procedunt in rebus, quæ sub præmissis qualitatibus venditæ sunt. quia si per

73 modum speciei † certæ venderentur: putà vinum, quod est in talibus vasis, oleum quod est in talibus amphoris, bladum quod est in tali horreo, &c. Tunc distinguendum est, An venditor commendandi gratia aliqua adiecerit: putà, quia dixerit Vinum vel oleum bonum & mercabile, bona quoque esse & sana animalia sua. & tunc si traditionis defectu aliquid præter naturam acciderit, tenetur venditor, *l. si vna. ff. de periculo & commo.* quòd si nihil dixerit, sed per modum certæ speciei vendidit, periculum perti-

pertinet ad emptorem *per d.l.j.§.j. C.eo.& l.quod sæpe.§.in fin.ff.eo.* ¶ Et aduertendum est, quòd duabus † rebus venditis alternatiue; puta, Vendo tibi illam, vel illam: periculum interemptionis seu interemptę rei primæ pertinet ad venditorem: secundæ ad emptorem. *l.si in emptione.§.si emptio.ff.de contrahen.empt.* ¶ Vbi autem dictum est, quòd in perfecta † venditione periculum pertinet ad emptorẽ: fallit in casu publicationis *per l.si fundus.§.j.ff.loca.* ¶ Et qui dicta sunt de periculo † rei venditæ, sunt in commodo, vt ad eum pertineat commodum ad quem pertinet periculum *per l.Iulianus.§.si fructibus.ff.de act emp.* Cætera huic membro pertinentia videri possunt in discursu prædictorum titulorum. ¶ Postremò videndum restat † Qualiter & In quibus succurratur emptori re euicta? Pro quo distinguendum est: quia vel de euictione præstanda, vel non præstanda inter ementes & vendentes cautũ est: aut nihil de euictione pactum est. Primo casu seruatur † quòd actum est, aliàs iuri cõmuni reseruatur, & iura sunt vulgata, de quibus infra dicetur in aliis membris. Secundo verò casu subdistinguendum est: quia vel pactum † est de non præstando, aut de certo modo præstando. Primo casu, re euicta non agit emptor ad interesse? quia per remissionem euictionis, interesse remisisse videtur *per l.emptorem.§.proinde.ff.de act emp. & per Glo.in l.non dubitatur. C.de euic.* at tamen consequitur precium, nisi specialiter cautum esset, venditorẽ in causam euictionis nulla actione teneri: quia tunc non teneretur venditor. *ff.de ædil.edic.* quia sibi imputare habet, cùm scire posset remittendo actiones suas non habere regressum ad eas. Quod limita, nisi venditor † vendendo rem sciret alienam. Nam cùm tunc dolus venditoris præponderaret negligentiæ seu simplicitati emptoris remittentis, tenetur tunc venditor ad precium remissione generali non obstante. pro quo facit *l.tenetur.§.fi.ff.de act.empt.* & ratio assignatur *in d.§ fi.* quia in contractu emptionis, & venditionis dolum semper abesse oportet. ¶ Et pariter quemadmodum dictum est, quòd venditor, qui † vendit scienter rem alienam, tenetur ad precium generali renunciatione euictionis non obstante: pariter emptor scienter emens rem alienam nõ agit de euictione, nisi specialiter de ea sibi cautum sit. *C.de euic.l.si fundo.* pro quo vide *Glo.in vsi feu.titu.de prohibit.feu.*

74 75 76 77 78 79 80 81

alie.per Fredericũ,§.nos autem.& in ca.hoc ius,x.quæst.ij. ¶ Se-
82 cundo verò casu,scilicet, quando conuentũ † est de certo modo præstando,quod actum est seruandum est.*l.siue. C.de euic.* Et in hoc membro non est multum insistẽdum: quia pactum est regulatum secundum voluntatem contrahentium, saluis iis quæ suprà dicta sunt, scilicet,quòd
83 sine dolo fiant pacta. Nam si † cum dolo fierent,non tenerent: quia repugnarent naturæ contractus, qui est bonæfidei *in §. actionum. Institut. de actio.* ¶ Secundo ve-
84 rò casu principali: scilicet, quando † nihil pactum vel dictum est de euictione: distinguendum est,quia Aut e-
85 uincitur possessio † rei venditæ, aut eius proprietas. Si possessio, non competit actio Euictionis emptori contra venditorem *per gloss. in l. ratio possessionis, de acti. emp.* quæ ita declaratur: quod scil.non tenetur de euictione venditor, eo quòd pro non tradita res habetur. *vt vult tex.in d.l.ratio.* Et ideo,quia pro non tradita habetur,competit emptori aduersus vẽditorem actio exempto ad rem consequendam *per l.primam.ff.de actio.empt.* Sed per hoc non negatur, quinetiam competat emptori actio ex empto ad interesse *vt vult Glo.in d.l.ratio. in princip.* quia adhuc,vt cesset euictio, venditor tenetur facere emptorem potiorem in lite de possessione *per l emptorem.§. idem Ne-*
86 *ratius.ff.de acti empt.* Secũdo verò † casu quando proprietas euincitur, distinguendum est: quia aut euincitur de facto, aut de iure. Si de facto, venditor non tenetur *per l. ij.in prin.& ibi gl.ff.de haredi.vel actio.vendi.* Fallit hoc tamen si venditor promisit stare emptori de euictione facti *per lect.& not.in l.fi.ff.de actione empt.& in l.expulsos.C.eo.* Si
87 verò † nõ de facto:sed de iure,hoc est causa cognita euincatur. distinguendũ est: quia aut sententia indebitè fuit
88 lata,aut debitè: si indebitè,non † tenetur venditor.*per ea quæ leguntur.& not.in l.si per imprudentiam ff.de euic.& in c. fi.de empt.& vend.* Si verò debitè,distinguendum est:quia aut fuit vendita res euicta cum vniuersitate, aut singula-
89 riter. Si cum † vniuersitate, puta, quia vendita fuit tota hæreditas, in qua erat prædium euictum: & tunc non tenetur venditor regulariter,nisi nominatim prouisum es-
90 set de particulari euictione,*per l.j.C.de euict.* Si † verò singulariter fuerit vendita res:Et iterum subdistinguendum est,nam Aut fuit euicta de facto, aut per imprudentiam iudicis,

iudicis, & tunc non tenetur *vt suprà dictum est.* Si verò debite per sententiam iustè latam: tunc aduertendum est † 91 circa hæc: vel si debitè denunciauerit emptor euictionem, iuxta theoricam. *l. si rem quam. § fin. ff. de euictio. & l. emptor. & l. empti. C. d. titu. de euictio. per ea quæ leg. & not. in l. vtique. ff. de rei vendi. & in d. cap. fin. per glossam & totum tit. ff. & c. de euictionib.* Quod limita in sententia † 92 iudicis, quia in sententia arbitri, non tenetur *per l. si dictum § si compromisero. ff. de euictio.* Quod iterum limita *secund. Glos. in d. § si promisero.* nisi emptor compromisisset de voluntate venditoris, quia tunc teneretur. Et his inferunt Doctores, quòd si emptor compromitteret in venditorem, nec competeret emptori actio euictionis, ratione scientiæ & voluntatis ipsius venditoris. ¶ Sed restat quid de † sumptibus factis. Et Glo. *in l. j. c. eo.* facit distinctio- 93 nem: quia aut emptor obtinuit, & sic res non fuit euicta, & non agit ad sumptus per regulam, quæ Victus victor tenetur. Si verò succumbat, & fuerit denũciatus, & euincatur, repetit sumptus *per l. si cum quæstio. c. de euict.* Si autem non euincatur, tunc non tenetur venditor: quia tunc emptor causam suam egisse videtur. de quo plenè *in Glo. alleg. l. j. c. de euict.* ¶ Hodie verò notarij † sunt ita pra- 94 ctici in clausulis euictionis, quòd omnes clausulas apponunt, per quas stipulatum deducunt, quòd venditores teneantur de omni iuris vel facti particulari siue vniuersali, possessionis seu proprietatis, facta vel non facta denunciatione, re euicta vel non euicta euictione: quia quòd teneantur in prima denunciatione litem prosequi, & de omnibus damnis, interesse, & expensis. Et ideò paucas vidi insurgere quæstiones: quia † instrumenta sunt ita 95 clare confecta, quòd omnes soluunt quasi quæstiones. ¶ Sed pone, quòd res † euincitur pro parte, qualiter aget 96 emptor cõtra venditorem. Et dic, competere actiones ædilicias pro mensura damni. *per lec. & no. in l. j. circa princip. & § j. ff. de edil. edict.* vel actionem empti iuxta qualitatem & æstimationem rei euictæ. *l. j. cum sua glo ff. de euic.* Quod puto verum de re diuisibili, cuius pars separatà à toto, tantam affert vtilitatem, quantum coniuncta toto *per lec. & no. in l. stipulationes non diuiduntur. § fato. ff. de ver. ob.* quia si nõ esset diuisibilis modo permisso, hoc est, quòd diuisa pars quæ remaneret apud emptorem, non afferret

L. j.

tantam vtilitatem, quantum afferebat coniuncta toto:tūc non solum teneretur ad æstimationem partis euictæ, sed etiam damni, quòd pateretur emptor in parte non euicta. *ar. lec. & no. in §. item si ex pari. Insti. de leg. aqui. cum suis con-*
97 *cor.* Et idem, si † vēdidit rem liberam, quæ tenebatur ad seruitutem *per lec. in §. j in l. j. ff. de act. emp. & vendi.* Et
98 idem si † tacuit verum confinem. *l. quod sæpe. §. ij. ff. de con-*
99 *trahen empt.* ¶ Agitur de euictione regulariter † re eui-
100 cta. *C. de euictionib. l. qui rem.* Sed si dolus † vendentis interuenit, potest agi etiam re non euicta. *l. si hominem. ff. de solu. & est gl. in l. seruus. §. fi. ff. de actio. emp.* ¶ Sed quæritur,
101 an si † pactum sit factum, quòd venditor non teneatur de euictione (vt supra dictum est) an saltem tenebitur restituere precium. Pro quo distinguendum est: quia aut venditor stipulatus est, se non teneri de euictione, si ab aliquo particulari, putà Titio euincatur, aut generaliter à quocunque euincatur. In primo casu semper cessante dolo, vt dictum est, nō tenetur etiam ad restitutionem precij *per l. qui libertatis, in princip. ff. de euic. & ibi Glo.* Si verò generaliter, tunc tenebitur ad precium *per l. emptorem. §. qui autē ff. de actio. emp.* Nam alias pactum extendere, esset iniquum: contra regulam iuris *locupletari, & de re. iur. lib. 6.* Nunc quia suprà visum est, venditorem de euictione teneri, quando res euincitur in iudicio, dummodo fuerit
102 denunciatum. videamus † qualiter & quo tempore fiat denunciatio. Et licet Docto. vario modo dicant, communis tamen stilus curiarum approbat sententiam, quòd fiat denunciatio venditori, aut eius hæredi *per l. emptor. C. de euict.* & quod requiratur, quòd assistat causæ & illam instruat *per l. emptori. §. j. eo. titu.* Et ideò quia requiritur de instruenda causa, oportet quòd denunciatio fiat tempore, quo saluæ sint exceptiones & probationes venditori: scil. ante exclusionem, renunciationem, vel conclusionem. de quo *in l. si rem quam. §. fi. ff. de euic. & faciunt ea quæ not. Docto. in l. j. C. de peri.* Et hæc procedunt vbi non fuit renun-
103 ciatum † necessitati denunciationis, cui renunciari potest *per l. Herennius. ff. de euict.* quia tunc etiam sine denunciatione teneretur venditor. quod intellige, nisi esset euictio facti aut iniuriosa: vt suprà dictum est, vel culpa em-
104 ptoris: *per l. emptor. in fi. C. de euict.* ¶ Quæri posset, vtrū si † citatio omissa fuerit in prima instātia, fieri possit in secū-

da, ad

da, ad hoc quòd teneatur venditor de euictione. Et clarum est, quod fieri potest in secunda instantia: scil. appellationis, dum tamen integra sint omnia venditori: scil. exceptiones & probationes *vt vult glo in d.l.si rem quam.§.fi.* Ideòque si in prima instantia ageretur in curia præsidiali, a qua appellatur ad prætorium, seu præfectos prætorio, vt in præsenti nostra patria Occitana, in qua appellatur à domino senescallo Bellicardi & Nemausi ad parlamentum Tholosanum. & tunc in eo processus agitati & tradita possessione, à tertio euincitur *per l.si profundo, §.fin.C.de transact.* Item cessat † euictio, si emptor, deuento ad eius noticiam quòd res vendita non erat vendentis, eam à vero domino emat: quia non competit sibi actio euictionis, licet precium recuperari possit *per ea quæ leg. & no.in l.si rem quam, in princ.ff.de euic.* Cessat † euictio quoque in venditore vniuersitatis vna re euicta. *d.l.emptor.C.de euic & in l.post venditionem.C.de pac. & in l.ij.ff.de heredi. vel acti.ven.* quod verum est, nisi specialiter cautum sit, quòd de particulari euictione teneatur, vt quotidie fit *in d.l.ij. & ibi Glo.* Itẽ, † quando ignoranter res aliena legata est extraneo *l.si domus, §.j.ff.de legat.j.* Item cessat euictio † *in preallegatis, ll. & l.cum pater.§.euictis.ff.de lega.ij.* Vltimo, cessat † generaliter in omni casu, in quo res euincitur, dolo, culpa, vel mora emptoris *vt in alleg emptor.C.de euictio. & in multis aliis iurib. de quibus passim in iuris corpore.* vbi plures alij casus traduntur, in quibus cessat euictio, maximè in discursu titulorum *.ff. & C.de euictionib.* Alia pertinentia ad hanc materiam videri possunt in summis, quia nimis extenderetur opus, si vellem omnia recitare: sed sufficiat visu frequẽtiora & magis practicabilia adduxisse.

105 106 107 108 109

De Locato & conducto,

RVB. VIII.

Argumenta.

1. Locatio { vt à venditione differat.
2. Locatio { vt cum venditione conueniat.
3. Locationis & venditionis substantialia contractus vt sint eadem.
4. Locatio vt ad tempus, vel in perpetuum fiat.

5. Locatio quæ fit in perpetuum, vt Emphiteusis dicatur.
6. in Locatione quæ veniant. vide & passim numm. seqq. maximè 12. & 13.
7. Locationis quæ sint substantialia.
8. Conductionis merces, quo tempore soluenda.
9. Conductor quibus casibus expelli possit.
10. in Locationis contractu, vt veniant dolus, mora & culpa.
11. Locator operarum, vt etiam de leuissima culpa teneatur.
12. Casus fortuitus vt in locationis actione non veniat.
13. 14. 15. 16. in Locatione vt veniat, Imperitia, Error, Negligentia, & Confidentia nimia seu timiditas.
17. Locationis tempore finito, restituenda est res actione locati, & condictionis ex lege.
18. Locator vt propria auctoritate à conductore expelli possit.
19. Colonus perpetuus, vt impunè expelli nequeat.
20. Conductoris familiæ culpa & dolus, vt veniant in locati actione.
21. Locationis & conductionis specialia in renouatione contractus ex tacito consensu seu tacita consistētia.
22. Fictio, vt non plus operetur quàm veritas.
23. Prædiorum vrbanorum & rusticorum differentia ratione hypothecæ.
24. Conductor, vt rem conductam alteri relocare possit.
25. Conductor, si in re conductitia impediatur, quid iuris.
26. Pensionis remissio, vt fiat propter sterilitatem.
27. Colonus partiarius quis dicatur.
28. Conductor pericula in se suscipiēs, quatenus teneatur.
29. Locans vasa viciosa vt teneatur.
30. Locator prædiorum vrbanorum, vt teneatur reparationes necessarias, non item rusticorum.
31. Operarum debitor non valens eas præstare tempore debito, vt alio tempore supplere possit.
32. Conductor, vt per locatorem expelli possit propria auctoritate.
33. Locanti operas, vt non teneatur conductor prouidere de instrumentis.
34. Conductio vt ad hæredes transeat.
35. Conductor deserens ante tempus conductam domum, vt pro toto tempore rectè conueniri possit.
36. Operarum locator, si per eum non stet, quominus præstet, vt etiam non præstitis operis salarium lucretur & consequatur.
37. Locans suas operas, si damnum patiatur quid iuris.

38. Loca-

64. Emphyteuta negans se aliquid à domino directo tenere, séque canonem indebitè soluisse affirmans, vt nihilominus per ipsum dominum directum ad solutionem cogi possit.
65. Canonem soluente vno hæredum, altero non, an in totum emphyteusis committatur.
66. Argumentatio de feudo ad emphyteusim vt sit bona.
67. Emphyteusis an diuidi possit per hæredes.
68. Diuidua & Indiuidua quæ censeantur, eorúmque exempla.
69. Dominorum duorum rei vnius, an alter eorum solus rem communem prælationis iure retinere possit.
70. Venditore dicente emptori prædia vendita teneri in feudum, an ideo teneatur emptor recognoscere.
71. Donatio absenti quomodo fieri possit.
72. Compensatio vt faciat cessare emphyteusis cõmissum.
73. Census oblatio receptori deputato facta, qui nolit recipere, quatenus à commisso excuset offerentem.
74. Laudemium, an debeatur ex fundi venditione, qui ad partem fructuum tenebatur.
75. Laudemium, fundorum duobus dominis seruientium, si alienentur, cui eorum debeatur.
76. Pactum inter dominos & emphyteutas factum, vt liceat emphyteutis alienare, exceptis Ecclesiis, clericis, & militibus, an valeat.
77. Emphyteuta an possit fundum emphyteuticum alteri dare in emphyteusim.
78. Emphyteuta secunda soluere cessante, an primus ius suum perdet.
79. Emphyteusis sub infeudantibus in infinitum, vt primo directo domino semper debeatur laudemium.
80. Emphyteuta, vt irrequisito aut minime consentiente domino alienare nequeat.
81. Emphyteuta & vasallus, an dimittendo rem emphyt. inuito domino excusentur à seruitiis debitis sine canone.
82. Feudum } cur detur.
83. Emphyteusis }
84. Emphyteusis, an ex canonis præstatione etiam instrumentis non confectis præsumatur.
85. Emphyteuta vagans, & bona relinquens minimè possessa, atque ita in solutione canonis cessans, an possit per dominum directum priuari.
86. Laudemium ex quibus alienationibus & quantum debeatur.
87. Laudemium quod debetur, quantum esse debeat.

1 QVia locatio & conductio proxima est emptioni & venditioni, *Instit. de loca. & condu. in princ.* Ea tamen † est pri-

est primaria differentia: quia in venditione dominium rei transfertur, & in locatione vsus: conueniunt † tamen in 2 eo, quòd vbique precium interuenire oportet etiam in pecunia numerata. De emptione probatur *in §.precium. Insti. de empt.* & de locatione probatur *per glos. Insti. eo in prin. & ff. loca. & conduc. & l. si merces, §. apparet.* ¶ Et vt breuiter omnia † concludamus, ea quæ dicta sunt in venditionibus, possunt dici in locationibus & conductionibus, saltem in his quæ concernunt substantialia contractuum. Et 3 est sciendum, quòd † locatio & cōductio fieri possunt ad 4 tempus vel ad perpetuum *vt. ff. si ager vectiga. l. j. & ij. & Insti. §. adeo.* Et in primo membro, scil. locatione ad tempus nomen contractus remansit. Perpetua verò † in aliud nomen transiuit: scil. in contractum emphyteoticarium *vt in d. § adeo.* ¶ Et quia vt dictum est duplex est 5 differentia contractus locationis & conductionis: scil. temporalis & perpetui, de vtroque dicemus: ac primo de temporali locatione. Vnde videndum primò est, quæ veniant † in locatione: quia per ea cognoscimus quæ sunt 6 eius substantialia & accidentalia. Et quidem primò oportet interuenire † ex parte locantis rem, & ex parte con- 7 ducentis mercedem: & generaliter omnia alia, quæ conuenta fuerunt inter locatorem & conductorem. *l. legem. C. eod.* Ita quòd si † conuentum sit, quo tempore solui de- 8 beat merces, illo tempore soluenda est: si cōuentum non sit, in fine temporis soluenda est. *per l. semper. in stipulationibus. ff. de reg. iur.* Et si conductor † nō soluat, poterit eum 9 locator expellere *l. æde, quam, C. eo.* Poterit etiam locator expellere conductorem in tribus casibus, de quibus *in d. l. æde.* scil. si locator pro suis propriis vsibus egeat re locata, vel eam velit reficere. Aut quia conductor malè versatur in ea. de quo latè *per Glo. & Doct. ibid. & in c. propter sterilitatem. Ext. eo. tit.* ¶ Item veniunt † dolus, mora, & 10 culpa locatoris: ex quibus damnum infertur conductori. puta aliquis locauit operas suas ad agros colendos, vel vehendum ligna, aut custodiendum greges. Si aliquid sinistrum contingat ex mala cultura, vectura, vel custodia: tenetur de dolo, lata culpa, & leui. *l. in iudicio. C. eo. & Insti. eo. § fi. & in l. si vt certo. § nunc videndū. ff. commoda.* Glos. tamen *in l. qui mercedem. ff. eo.* vult, quòd locator † opera- 11 rum, pro custodia cum mercede, teneatur de leuissima

culpa *per l.qui mercedem.& l.se.ff.eod.* Quod limitatur, quando damnum venit propter custodiam non adhibitam a se: quia respectu sui omnem diligentiam adhibere tenetur. Secus, si damnum ex culpa alterius accideret, nam tunc excusaretur per diligentem custodiam. Et ita concordantur iura, quæ in oppositum deduci possent. ¶ Ca-
12 sus autem † fortuitus non venit in hac actione, nisi culpa vel mora procedat. *ff.eod.l.si merces.§.vis maior.& l.videa-*
13 *mus.§.si hoc.& in plurib.alijs iurib.* Item † venit imperitia,
14 *ff.eod.l.Item quæritur.§ si gemina.* Item † venit error: puta, quia fullo vestimenta Titij tradidit Gayo. *d.l.Item quæ-*
15 *ritur.§.si pallium.* Item † negligentia: si fullo vestes per
16 mures corrodi permiserit *ead.l.§.si fullo.* Item nimia † tumiditas: puta, quia dimisit domum in custodiam, & armigeri damnum intulerunt: quod non fecissent, si ipse ibidem remansisset *ead.l.§.exercitu.* Alios plures casus vi-
17 de per discursum *præd.ll.* ¶ Porrò finito tempore † locationis venit in ista actione locati restitutio rei locatæ. Et siquidem conductor culpa sua nō restituat possessionem, tenebitur locatori ad interesse *vt l.videamus.§. qui vnum. ff.eod.* Si autem per contumaciam non restituit iurari potest contra eum in litem. *vt ff.eo.l.si cui.§.j.* quia hæc actio bonæ fidei est, *vt.ff.de in litem iuran.l.in actionibus.* Item agi potest conditione ex lege ad restitutionem possessionis. Et siquidem conductor vsque ad diffinitiuam sententiam litem expectauerit, non solum rem locatam, sed æstimationem eius locatori præstare compellitur. *vt C.*
18 *eod.l.si quis conductionis.& l.conductores.* Item † locator vel singularis eius successor, vt emptor, cui tradidit locationem suam, auctoritate sua potest expellere conductorem nisi aliter conuentum sit: quia vere non possidet conductor: sed tantum videtur possidere *vt ff.eo.l.cum in plures.§.hæredem.& de acqui.pos.l.qui vniuersas.§.quod per colonum.& C eo.l emptorem.* Si tamen conductor interuerteret possessionem, non liceret domino repellere eum, nisi in continenti. Alij verò mandato conductoris non licet eū expellere: licet alicui vendidisset, sed nondum tradidisset locator. *vt ff.de vi & vi arma. l.colonus.& l.cum fundum.*
19 Colonus † autem perpetuus, vel qui conduxit ad non modicum tempus, non potest impunè expelli, cùm habeat ius in re & naturalem possessionem *ff.si ager vectig.l.*

2.&

2.*& de superfic l.j.*posset quoque ad hoc adduci *ca. licet episcopus de præbend.lib.sexto.* Itē venit in hac † actione dolus 20 seu culpa familiæ cōductoris *ff eo.l conductor, & d.l.videamus.* ¶ Præterea sciendum est, † quòd in isto contra- 21 ctu sunt aliqua specialia. Nam primo renouatur contractus in rusticis prædiis ad tantum tempus cum suis clausulis per tacitum consensum. *Item §. quæritur qui impleto.ff.eod.* Sed in vrbanis ad tantum quantum lapso tempore inquilinus inhabitauerit *d.l. Item quæritur. §.fi.* nisi aliud esset conuentum in prima locatione: putà, quia in primo contractu erat expresse hoc actum; vel tacite, quia primus celebratus fuerat in scriptis alias censeretur reuocatus, quantum inhabitatū esset, vel ad tantum tempus, quantum fuerat tempus primæ locationis. Fallit hoc, si fundus vrbanus esset naturæ prædíj rustici: quia quòd ex illo non reciperentur fructus, nisi semel in anno, vt in domibus præparatis ad nundinas, vel ad lucrandum indulgentias semel in anno, vt ibi limitant Doc. quia tunc censentur renouata, prioris locationis pacta ad tantum tempus, sicut in rusticis per regulam *Vbi eadē ratio, idem ius,* &c. Quod intellige, quo ad cōductorē: quia fideiussoria obligatio non intelligitur renouata, nisi fideiussor con sentiat. *l.si cum Hermes. C.eo. & in d.§.qui impleto. & faciūt quæ notantur in ca.præterea, de appel.* ¶ Et quod dictum est de renouatione tacita contractus, limitandum est, scilicet personis stantibus in tali qualitate, in qua contrahere potuerunt. *ff.eo.l.qui ad certū.* Et huius ratio esse potest. Quia regulariter Fictio non † plus operatur in casu ficto, quam 22 veritas in casu vero. *l.si is qui pro emptore.ff.de vsuca.* Nec cadit fictio vbi non cadit veritas. *l.si pater. ff. de adopt.* Et quia veritas non potest pati, quòd furiosus, mente captus, aut alias de iure impeditus contrahere possit. Ergo nec fictio ad illum casum se extendit. facit pro hoc *glo.in l.si de suo.C.de dote.cauta.* ¶ Et est etiam † differētia inter prædia 23 rustica & vrbana quo ad hypothecam rerum inuectarum. quia in vrbanis siue sciente siue ignorante domino, res quæ fuerunt inuectæ, sunt tacitè hypothecatæ domino. In rusticis verò non, nisi interueniat consensus domini. *l. certi iuris. C.eo.* Item aliud est speciale: quia Res mea in alium me inuito transfertur: quia conductor † potest rem 24 quam cōduxit alteri relocare *per l.nemo.C.eo,* nec per hoc

obligatur secundus conductor primo locatori *l. si in l. §. si*
25 *colonus. ff. eo. §.* ¶ Sciendum tamen est, quòd † vbi conductor impeditur vti re conducticia, distinguendum est à quo causetur impedimentum. Nam vel causatur a locatore, Aut ab eo, quem locator prohibere potuit: vel à tertio, quem prohibere nó potuit. In primo & secundo casu tenetur locator ad interesse, in quo venit lucrum conductoris. *ff. eo. si fundus quem post princip.* Si verò a tertio causetur impedimentum, quem prohibere non potuit, remittitur pensio pro rata *vt ibid. not. in fi. d. l.* Nisi conductor causam haberet ab habente causam ab illo tertio: puta, quia conductor reconduxit maiori precio, & expellitur a primo locatore: quia tunc non solum fit remissio primæ pensionis: sed etiam eius, quod in plus locauit primus condu-
26 ctor. *l. si tibi alienam. cum se. ff. eo.* ¶ Remittitur † etiam pensio propter sterilitatem, vbi compensari non potest cum vbertate residui temporis. *ff. eo. l. ex conducto. §. si vim. & C. eo. l. licet. & in c. propter, Ext. eo. ti.* ¶ Quia si fieri posset compensatio, non remitteretur *per praal. iura.* Et hæc proce-
27 dunt in locante ad pecuniam numeratã: quia si pro † parte fructuum, diceretur partiarius & socius *per l. si merces.*
28 *§. vis maior. in fi. ff. eo.* ¶ Contingit † tamen aliquãdo, quód conductor in se suscipit pericula, in quo aduertendum est: quia Aut suscipit pericula aliquorum casuum particularium tantum. & tunc indubitatum est, quòd tenetur de enumeratis, nisi illa renunciatio esset contra formam iuris & inductiua peccati: putà, quia conductor promitteret reddere precium rei, si penes eum indistinctè periret. *c. de pact. pig. l. j. ff. de vsur. l. pecuniæ. & de actio. emp. l. Iulianus. §. Papinianus.* Aut post enumerationem particularium, per clausulam generalem, suscipit periculum omniũ aliorum & quorumcũque casuum. & iste casus, quo ad expressos, est indubitatus: Quoad verò eos qui comprehendi possunt in clausula generali, Doctores sunt varij. Possunt tamen eorum dicta in has duas considerationes resolui: scilicet quòd Aut casus non expressi veniunt, & sunt alias de natura contractus: Aut non. Et si veniant, clausula generalis illos comprehendit *per ea quæ traduntur. in l. quæ fortuitis. C. de pign. actio.* Sed vbi nõ veniunt de propria natura contractus, dum tamen eorum obseruatio non inducat peccatum mortale, tunc possunt subaudiri compre-

hensi

hensi in generali renunciatione *per dicta iura*. Quod intellige procedere: vbi illi casus specialiter non enumerati, possunt ex aliqua verisimilitudine præsumi cogitati fuisse: putà, quia emptor vini suscepit in se periculum consumptionis, effusionis, & generaliter omnia pericula. quia licèt non expresserit periculum acoris & mucoris in se tamen suscepisse videbitur *per l. si quis vina. §. si in aduersione. ff. de pericu. & commo. rei vendi.* Et hæc maxime procedunt, quando in tali expressione periculorum interuenit iuramentum, quod quidem iuramentum trahitur ad ea, quæ verisimiliter quis considerauit, & ad quod se extendebatur mens partium. *l. fi. C. de non nu. pe ca. veniens. & ibi Glo. & Doct. de iureiur. & fac. quæ traduntur in c. cum contingat. d. ti. de iureiuran.* ¶ Item locans † vasa vitiosa, tenetur, siue sciret, siue ignoraret. *ff. locati. l. si addes. §.* ¶ Itē † locator vrbanorum, tenetur reparationes necessarias facere. *ff. locat. d. l. si merces. §. si vicino.* Sed locator rusticorum non tenetur. *d. l. si merces §. conductor.* ¶ Item notandum est † quòd debitor operarum non valens illas præstare propter aliquod impedimentum, potest alio tempore supplere *vt vult Glo. approbata in l. si vno. §. Item cum quidam. ff. isto tit.* Sed si debitor operarum duobus locauerit, primò eum satisfacere oportet primo cōductori. *l. in operis. ff. eo.* Sed si locator casu fortuito impediatur in præstatione operarum, nihilominus mercedem totam prosequitur, nisi culpa vel mora sibi potuisset imputari, vel nisi tempore quo seruire impeditus fuit, vnus seruiuit alteri, ex quo salarium consequitur. *ff. eo. l. sed addes. §. pe. & fi.* ¶ Nota etiam † quòd conductor temporalis potest per locatorem expleto tēpore propria auctoritate expelli: quia non possidet sibi, sed locatori: melius tamen est, quòd auctoritate iudicis faciat *ar. C. de pig. l creditores.* ¶ Itē locanti † operas, non tenetur conductor prouidere de instrumentis *Glo. in l quoniam liberi. C. de testib.* ¶ Item conductio † transit ad hæredes vniuersales. *l. viam. C. locati.* quod facit pro habentibus beneficia, vel mansos seu mansiones, & similia. ¶ Item si conductor † deserat pendente tempore domum, potest statim pro toto tempore conueniri *Gl. in l. si in lege. §. colonus. ff. locat.* ¶ Sciendum tamen est, quòd † locatores operarū, per quos non stat quominus præstant, sed defectu conductorum: putà, quia faber non habet car-

29 30 31 32 33 34 35 36

bonem, vel quia non habet pergamenũ: tunc locans suas operas, scilicet scriptor, vel scribi faciens membranas, lucratur salarium: cùm per eum non stet *per l.qui operas. ff.eo.* Et hoc satis rationi conuenit, si interim alteri non locet operas. Nam si alteri locaret, ex quo salarium reportaret, non consequeretur: quia satis esset eius idemnitati prouisum *per dictum §.penul.& fi.in l.sed ædes.ff.eo.* aliàs binam incurreret exactionem. quod tolerari non debet, per regulam *bona fides* &c. ¶Item quæri posset de quotidiana quæstione de impedito præstare operas: An non obstante, quòd non præstiterit impeditus, exiget vel retinebit salarium? Ista & aliæ quæ circa hæc cõtingere possunt quæstiones plenè tractantur per glo.*in l.si vno. §.item cum quidam ff.eo.tit.& ibi vide.* ¶ Quæritur etiam, Titius † locauit operas suas Seio ad deferendum aliquam literã missoriam Narbonam, vel Parisius, aut alibi: vel alia negocia faciendum: captus est Titius à latronibus, & in via expoliatur, vel aliter se redemit. Quæritur, An Seius, qui eum mittebat tenebitur & distinguitur: quia Aut Titius se obtulit & causa lucri sui principaliter opera data iuit, & tũc sibi imputet. *ff.ex qui.can.maio. l.qui data.& ff.de poss.l.j.§.sæpe.& in ca.bona fides.de deposito.* Aut se non obtulit, sed iussus, vel instanter sollicitatus iuit: Et tũc nihil est, quòd sibi imputet. *ff.de regu.iur. non potest dolo carere. & l.non videtur.§.quamuis.& ff.de his qui notan.infa.l.qui iussu.* Et ideò mittens tenebitur. Si autem non appareat, aut rogatus vel rogans sollicitatus, vel sollicitans accesserit: tunc quia vtilitas vtriusque vertitur, ad suum negocium mittentis explẽdum, & missi ad salarium consequendum: tunc æquum est vt omnes contribuant. *ff. ad leg.etiam.de iactu.l.ij.§.si nauis.& ff.ne quid in loco pub. l.prætor.§.viarũ.* Et hæc procedunt, vbi nulla culpa posset Ticio imputari. *l. item quæritur.§.j ff.loca.* Si tamen aliquid inter partes de futuro periculo itineris cautum fuisset, illud seruandum esset, *l.si quis domum.§.Iulianus.eo.ti.* ¶Et idem dici posset de misso ad exercitum principis per aliquem nobilẽ, per rationes prædictas. Et huius ratio esse potest: quia ille, scilicet Seius, si accessisset forte captus fuisset, & maiores sũptus fecisset. *arg.ff.de pet.hære.§.quod autem.* Et iste Titius gerẽs negocia, seu qui necessariò habuit accedere seu mittere, non tenetur de casibus fortuitis. *l.negocium. C.de nego. gest.*

37

gest. Et hoc verum, vt suprà dictum est, nisi aliter esset conuentũ *per d. l. negocium.* vel nisi culpa gestorũ interueniret: vt dictum est sup. *in hac rub. de contractu emphi. vers. Perpetua verò.* ¶ Nunc de † locatione perpetua, quæ emphyteosis dicitur, *Institut. locati. §. adeo.* in practica occurrentia videamus; quia quærere quo iure sit introducta emphyteosis, & vnde dicatur, & plura alia, quę sũt † magis speculatiua, quàm vtilia omitto, & ad practicabilia me conuerto. Et quæro † Qualiter celebratur? Et dic, quòd in scriptis: *vt in l. j. C. de iure emphy. & est glo. in ca. Romana de censi. lib. vj. & in d. §. adeo.* vbi vide alia requisita. Quæ autem forma † seruanda sit in emphyteosi rerum ecclesiasticarum secundum primeuas solennitates: Vide *in cap. in præsentia. de proba. & C. de sacrosan. eccle. in auth. perpetua. & authen. si quas ruinas, quæ sunt incorporatæ. x. q. ij.* Hodie verò omnes illæ solennitates non sunt in vsu: sed leuiori via vtuntur ecclesiæ & ecclesiasticę personę: ideò quia aliquotiens dictæ solennitates damnosæ erant ecclesiis: quia plures diffugiebant cum ecclesia contrahere. Nec mirum, si a dictis solennitatibus in parte sit recessum: quia fieri potuit. *C. de donationib. l. sancimus. & l. penul. & l. milites. de testam. milit.* Et tales solennitates omissæ, dum tamen minus solennes, nihil vel parum damni ecclesiis afferant, tolerentur per dissimulationem & patientiam: vt in finali dicitur *de preben. c. cum iam dudum.* quod intellige verũ procedere, dũ tamen ecclesiæ non lædantur. quia semper restituerentur. *vt eo. t. de in inte. resti. in antiq. & in vj.* ¶ Qualiter autem † perpetuas infeudationes rerum ecclesiasticarum fortè damnosas ecclesiis intelligantur, inspicienda est qualitas rei, quæ datur in emphyteosim: puta, quia fundi vrbani sunt ruinosi, vel rustici sunt eremi, nullum vel modicum fructum afferentes: & tales dari possunt in emphyteosi, faciẽdo diminutionẽ canonis, vel fructus percipi consueti vsque ad tertiam: verbi gratia, solebant percipi tria, reducentur ad duos *vt in dictis auth. incorporatis. x. quæstio. ij. & in §. si verò quædam. in authen. de alie. na. emphy. Nouell. 120. coll. ix. & in ca. terrulas. xij. q. ij.* Si verò non sunt ruinosi, aut eremi: tunc expectandum erit, An sit alia legitima causa propter quam expediat ecclesię infeudare: putà, quia nullos vel paucos habet fructus, & tunc dari potest in emphyteosim per iura pręallegata. Et si prędia sint

38 39 40 41 42

eiusdem bonitatis. sicuti quando ecclesia prius acquisierat, tunc non debent dari in emphyteosim: nisi cum diminutione sextæ partis redituum, quos percipere consueuerat ecclesia: putà, reditus valebat sex, potest infeudare pro quinque *vt in d.auth.perpetua.* Et eadem pensio debet constitui, si res sit facta melior post quàm ecclesia acquisiuit, ne sua diligentia sit tibi damnosa. *C. de aluuio.l.si idem* etiam si patũ deteriorata sit. nam propter modicum damnum à iure non receditur. *ff de in inte. resti. l.scio. & in cap.fi. de loca. & in ca.pen.de re. eccle.alie. vel non alien.* Et si tantum tempus exierit, quòd excedat hominum memoriam, ita quòd non potest sciri, cuius bonitatis erat quando deuenit ad manus ecclesiæ, attendetur solũ valor presens redituum, *vt notatur in dictis iurib.* Et hæc procedunt in prædiis solitis infeudari, si efficiantur ruinosa, aut alio casu deteriorantur. Tunc ad exonerandum nouum emphyteotam, potest diminui pensio antiqua in tertiam partem *vt in d. authent. si quas ruinas.* quod procedit, si illicò, non spectata reparatione, emphyteota soluere velit pensionem. Nam si nouus ille emphyteo. nollet soluere: nisi facta reparatione, tunc non fieret diminutio in tertiam. sed in mediam dumtaxat *vt in d.authent. & in corpore vnde sumitur. Nouel.* 120.*ca.*j. Et horum diuersitatis ratio esse potest: quia in primo casu, scilicet quando emphyteota paratus est soluere pensionem, non spectata reparatione, ecclesia releuatur, ex eo, quòd prius pensionem recipit, quàm emphyteuta fructum. In secundo verò casu, ecclesia nihil percepit: & ideò non fit tãta diminutio. *vt in dict. iurib.* Hodie tamen ecclesiæ in contractibus emphyteuticis suis paucam faciunt differentiam cum emphyteoticariis contractibus secularium: quia vix aliàs reperirent emphyteotas. Et, vt supra dictum est, per Romanum pontificem & alios Prælatos ecclesiæ tolerantur: nec mirum, quia etiam secundum varietatem temporum statuta mutantur. *c.non debet.de consan.& affi.*

43 ¶Sed quæritur, si primus †emphyteuta restabat debẽs aliquid de canonibus & censibus, an agi poterit contra secundum emphyteotam. Et dic, quòd non: quia illa est personalis actio, quæ non transit ad tertium possessorem. *ff. ad Trebel.l.si hæres.*

44 ¶Sed quæritur, † an emphyteuta relaxando, rem emphyteuticam liberetur ab arreragiis? Dic

quòd

quòd non: *ff. de aqua plu. arcen. l. quanquam.* §. j. *& ff. de leg.j.l.apud Iulianum.§.fi. & de publi.l.imperatores.* j. *respon.* ¶ Pone, emphy. vult † relaxare domino vnum de prædiis 45 emphyteotecariis, & aliud retinere, an possit: dic quòd non *per lec. & nota in c.* j. *an agnatus, in feudis, & melius in l.cum fructuarius.cum seq.ff de vsufru.& in l.iiij.§.sinautem duo rum.C de iure emphy.* ¶ Pone minor † cessauit in solutione 46 canonis, an committat? Dic, quòd sic: sed restituitur. *ff.de mino. l.si ex causa §.penul.& Ext.de in integ.rest.c.constitutus.* ¶ Et idem in ecclesia † cum parificetur in priuilegiis re- 47 stitutionum *c.j.de in integ.resti.* Et currit † quadriennium 48 restitutionis petendæ ecclesiæ a tempore commissi, scilicet quadriénnij. *c.j.& ij.de in integ.rest.lib.vj.* ¶ Notandũ † 49 tamen, quòd emphy. impedito soluere impedimento domini: puta, quia dominus defunctus est, & hæreditas est iacens, non currit tempus, nec committit, *argu.ff de vsu.l. pecuniæ.& in c.cũ tu.eo.ti.* ¶ Quæritur, si † emphyteota non 50 soluerit totum canonem, an per solutionem partis, euitet commissum? Et dic, quòd sic, dum tamen de residuo dominus det fidem. Nam tunc dominus partem capiens, videtur remittere pœnam commissi. *ar.* c. *de pact. inter empto.& vẽdi.l.commissoria.& in c.suam,de pœn.* Secus vbi de residuo dominus non haberet fidem, *ar.l in executionibus. ff.de verb.oblig.&* c. *de distrac.pig.l.quamdiu.* ¶ Item quæritur, si † emphyteota cessauit per xl. annos à solutione 51 pensionis, an possit exceptione præscriptionis se tueri? Hæc quæstio fuit dubia inter Doctores. Conclusio tamen est, quòd non *per ea quæ sequuntur & not.in l.malè agitur.* c. *de præscript.xxx.anno.& in l.cum notissimi.§.fi.eo.tit. & in l. cum fundus.ff.de vi & vi arma.& in c.constitutus.de relig.domi.* Et hæc procedunt in emphyteota, quæ domino possidere videtur, & sibi caussam possidendi mutare non potest. *c.de acqui.pos.l.nemo.* Nam si emphyteota venderet alicui tertio irrequisito domino, tertius ille possideret pro suo & tanquam suum, & tunc præscriberet. *l.ij.ff.pro suo.* Et hæc hodie satis sunt determinata. ¶ Quæri solet † in hac 52 emphyteuseos materia, an per recognitionem, qua facit emphyteuta per quam fatetur se tenere in feudum à tali vel tali, tale vel tale prædium, sub tali cẽsu: An per instrumentum illius recognitionis, dominus directus probet directum dominium. In qua quæstione variatum fuit in-

ter doctores. Et ideò eorundem sequendo doctrinam præmitto, quòd quinque sunt modi probandi dominium. Primus est, si probet quis se habuisse à domino rem de cuius dominio quæritur. *C. de proba. l. cũ res. ff. de pignori. l. & quæ nondũm. §. quod dicitur. ff. de acti. empti. l. empto. j. respon.* Secundus modus est, si probet se illam iusto titulo accepisse à longo tempore præscripsisse, *vt ff. de rei vendi. l. in rem. §. fi. & ff. de acqui. re. do. l. acquiritur. §. non solum. ff. de vsuca. eum qui.* Tertius modus est, si probet rem sibi traditam fuisse ex iusta causa: licet enim non præscripserit, habet tamen publicianam *vt ff. de publi. l. j. & ij.* Quartus est, si probet se vel alium pro se xxx. annis cum titulo possedisse. *vt c. de præscripti. xxx. an. l. si quis emptionis.* Quintus modus est, licet sit multum disputabilis, si probet ex concessionibus factis à domino, ipsam rem pro qua est emphyteota, pro domino longo tempore, vel longissimo fuisse possessam. Et quia nullo istorum modorum cõuenit probatio per instrumentum recognitionis, dici potest, quòd per tale instrumentum non probatur dominium. *ff. de publi. l. eum qui. §. fi. & l seq.* ¶ Et quòd recognitio sola non præbet dominium, optimum præstat argumentum, *l cum res. C. de proba.* Sed licet per talem recognitionem non probetur dominium, si tamen dominus, cui recognitio facta fuerit, sit in possessione percipiendi censum vel canonem, poterit intentare interdictum, vt tueatur in possessione percipiendi. *c. querelam, de elec.* Hoc monumento & conseruato, si postea inferatur quæstio proprietatis per emphyteotam, non probabit dominus directus directum dominium per illam recognitionem, imò absoluetur ab vlteriori præstatione emphiteota: quia census ignorantiæ solui non debet *c. peruenit de censi.* ¶ Verum tamen, si cum

54 dicta † recognitione cõcurrat præscriptio longi temporis: ex his duobus resultaret probatio dominij, vt dictum est supra paulò ante, & in secundo modo proba... [illegible] nium. pro hoc facit. *l. litibus. C. de agri. & censi. li x.* ¶ Sed ex

55 his † insurgit alia quæstio. Ponamus, quòd recognitio facta est generalis: quia emphyteota confessus est se tenere à tali omnia & quæcunque prædia, quæ mouentur de feudo vel emphy. ipsius domini directi, & quæ vtiliter tenet & possidet emphy. in territorio villę vel castri, à tali vult exigere dominus canonem: opponit emphyteota, & dicit nulla

nulla se tenere prædia. Dic quod non probat dicta recognitio: quia generalis est non faciens mentionem specificam de prædiis. Et quia etiam ipse recognoscebat prædia, quæ tenebātur a dicto domino, nec apparet, quæ sunt illa: ergo nulla est recognitio. *arg. ff de here. insti. l. idémque Sabinus. §. sed si esse. & ff. de here. vel acti. vendi. l. quod si sit hereditas.* Nam cum super † re incerta fit promissio, tam ex parte respondentis quam stipulantis nulla contrahitur obligatio. *ff. de verb. obli. triticum. & Ext. de re iudi. abbate sanè, lib. vj.* Et talis generalis recognitio restringenda est ad modicos minimósque fundos. *arg. ff. de verb. obli. si ita stipulatus fuero decem, & ff de re iudi. inter partes in fi. cum concor.* Ex æquitate † tamen prætoria & iudicis arbitrio hoc discutiendum est, in qua discussione iudex vel arbiter sequentia habet considerare. Primò, morem regionis: Secundò, consuetudinem infeudantis. Tertiò, quantitatem precij rei infeudatæ. Et quartò, canonis annui valore, & secundum hęc arbitrari poterit quanta fuerit quantitas iugerum vel sestayriarium terræ. & mediam habebit eligere viam: ita quòd non melior, nec deterior etiã, sed mediocris assignetur. *arg. ff. de testa. heredes. & ff. de annu. legat. l. sicut.* ¶ Et ex hac quæstione † potest alia insurgere. Dominus infeudauit filio omnia, quæ tenebat ab eo pater; Filius dicit plura acquisiuisse bona, quæ nō fuerunt paterna, & sic non teneri illa recognoscere: Cui incumbet onus, An domino probare omnia fuisse paterna: An filio omnia fuisse aliunde quæsita, cum omnia præsumantur paterna, *ar. C. de proba. l. fine. & C. de bo. mater. l. j. de pecu. cle. c. j. xij. q. iij. c. j.* Qui si non probauerit aliunde quæsita, recognoscet ea tanquam paterna seu a patre prouenta. ¶ Sed ponamus † retento themate de alia magis perplexa quæstione, Emphyteuta dicit, se duo dumtaxat reperisse prædia, quæ mouētur de dominico directo dantis, & census est excessiuus in comparatione prædiorum. Quæritur, An dominus directus tenebitur ostendere de aliis prædiis, vsque ad debitum concursum censuum: An verò præcise illa duo modica prædia ad soluendum omnimodam pensionem tenebuntur. Et veritas est, quòd iudex prædictis consideratis, more scilicet regionis, quantitate inuestiture seu acceptationis pensionis annualis, & valore fructuum rerum emphyteotecariarum, arbitrabi-

56 57 58 59

tur,quæ,qualis,vel quanta fuerit res emphy.*ur.ff.de legat.* j.*l.si seruus plurium in fi. & C. de dona.si quis argentum.j.responso & ff.de ope.seruor.l.fi.& de ædil.edic.l.si quid venditor.*
60 ¶ Itē quæritur,An † emphy.qui diu pēsionē soluit alicui, teneatur illi ignoranti ostendere rem propter quam soluerit, An verò dominus teneatur ostendere seu docere & instruere emphyteutam? Et breuiter distingue: quòd Aut emphyteo.fatetur se emphyteotā, aut negat. Primo casu emphyteo.tenetur certiorare dominum *per not.in §. coges in auth.de mandat.princip.col. iij. Nouel. 17.ff.ad exhib.*
61 *l.iij.§.est autem, & de censib. cap.peruenit.* Sed si † neget se esse emphyteotam, non tenetur certificare dominum: sed dominus emphyteutam seu vassallum. *argu. ad hoc. C.de pe.hære.l.cogi.& ij.quæst.v.§.j.* Vel aliter inspiciēdum est,quis agat:quia si dominus agat petens censum seu canonem, debet probare, quam rem dederit in emphyteosim:alioquin reus absoluetur.Et idem est in emphyteuta, si agat contra dominum,quod facere potest. *ff. si ager em-*
62 *phy.petatur.l.j.& ij.* ¶ Aduertendū tamen est, quòd per † negationem emphy.non impeditur dominus in possessione exigendi canonem:quia quæstiones de demonstrando & certiorando sunt magis petitoriæ quàm possessoriæ, quę non impediunt interim possidere,vt supra visum est.
¶ Quæritur etiā de alia quotidiana & practicabili quæ-
63 stione.Nos videmus † quotidie,quòd magnates faciunt sibi recognosci per rusticanos, & maximè in ista prouincia Occitana, vbi plurimum nobiles per potentiam procedunt: postea rusticani inueniunt, quòd prædia per eos recognita ab aliis tenentur, vel sunt allodialia: & sic per errorem recognouerunt.Quæritur,An possint facere rescindi illam recognitionem erroneè per eos sic factam. Breuis est conclusio, quòd sic *per l.error,de iuris & facti igno.ff.ad municipa.l.libertus. §.error.& de iure fisci. l.edicto.in fi.ff.de censi.l.forma.in fi. & in ca vlt.de confes.* & hoc vidi pluries de facto practicari. ¶ Vlterius quæritur, Si em-
64 phyteuta nolit † dicere pro qua resoluit, immò negat se aliquid tenere a domino directo, dicendo, quòd ea quæ soluit,soluit indebitè: An dominus poterit ipsum compellere ad solutionem? Et satis visum est in via possessoria supra quòd sic. Sed petitoria,compellendus est captis pignoribus *per l.si quis magistratus.ff.de mune.& hono.* Qui si

sic di-

sic dicere noluerit, arbitrabitur iudex ex cõsuetudine regionis, valore prædictorum, & quantitate census. *ar. ff. de transact. l. cum hi. §. modus. & de dona. inter vi. & vxo. vtrum.* ¶ Item quæritur, An vno hæredum † soluente canonem pro parte, altero verò non, committatur in totum. Quæstio disputabilis est: sed conclusio communis esse videtur inter Doctores, quòd si particulares solutiones factæ per vnum satisfaciant vni vel duobus annis, taliter quod respectu amborum non sit lapsum triennium, vel biẽnium: tunc non est locus commisso. Sed si non attingunt: tunc Aut res est diuisibilis, Aut indiuisibilis. Si diuisibilis: tunc, quia non est rationabile, quòd pœna vnius extendatur ad alium *per ca. quæ fuit. de his quæ fiunt à maio. per ca. & C. ne vxor pro marito l. penult.* Et rem, quæ culpa caret in damno vocari non conuenit. *c. ij. de constitu.* Nec debet alteri per alterum iniqua cõditio inferri. *ff. de reg. iur. l. non debet.* tunc pro parte soluentis euitatur commissum, pro quo præstat *ar. c. ij. de vasal. qui contra consti. lo. in feu.* arguendo † de feudo, ad emphyteosim. quæ est bona argumentatio *per lec. & not. in c. j. de feud. mar. & in ti. an agnatus. & in c. ex parte. de verb. sig.* Sed si res est indiuisibilis, tunc tota committitur: alias tributorum præstatio confunderetur, quod non decet. *ff. communi diuidũ. l. communi diuidundo iudicium. j. responso.* ¶ Solet etiam quæri, An † hæredes, vel successores emphyteutæ, possint diuidere fundum emphyt. Et videtur, quòd non: quia fundus vectigalis non debet regionibus diuidi, ne confundatur præstatio vectigalis. *ff. communi di. d. l. communi diuidundo iudicium. §. j.* In oppositum facit: quia Obligatio pensionis in vnumquẽque pro hereditaria parte trãsit. *C. de pact. l. pacto successorũ. & l j. C. si cert. pet.* In hoc autem articulo distingue: quia Aut per diuisionem fit præiudicium domino directo: putà, quia plus venderetur vnitum prędium quàm diuisum: & tunc non potest inuito domino diuidi, aut per diuisionem non fit præiudicium domino: putà, quia tantum valet in partibus diuisum, quantum coniunctum: & tunc potest diuidi. & hoc velle videtur. *d. l. communi diuidun. in prin.* propter dictionem adiectiuam *magis* ibi positam: quasi velit textus, quòd Vbi præstatio vectigalis non confunderetur, diuidi posset fundus. Et huic rationi præstant argumentum optimum ea quæ dici solẽt de diuiduo & indi-

65

66

67

uiduo: *vt in l.eadem. §.Cato. & in.l stipulationes non diuiduntur.in prin.& in vers.Celsus. ff. de ver.obli.* vbi habetur
68 communis doctrina Doct. quòd ea censetur † diuidua, quando partes separatæ à toto tantam afferunt vtilitatem separatæ, quantam coniunctè toto: alias non sunt diuidua, sed indiuidua. Et pro intelligentia horum supponamus exempla in vrbanis & rusticis prædiis, & in iuribus corporalibus. In Vrbanis autem videmus in ciuitatibus, quòd in carreriis publicis domus habent strictam faciem super carrerias, ita quòd sæpè de pluribus videmus, quòd non habent octo palmas faciei: quæ si diuiderentur efficerentur inutiles, vel quasi: cùm perderentur apothecæ officinæ seu operatorij vulgo *butigue.* nam quatuor palmi essent necessarij tam ad medium diuidens, quam ad introitum cuiuslibet partis, & sic in hoc restaret, quòd afferret vtilitatem in carreria. In rusticis verò sunt duo, qui habēt aream, quæ vix pro vno sufficit: quæ diuisa, non esset capax ad bladum flagellandum siue espicandum, id est, extra spicam ponendum. In iuribus verò, possunt sumi exempla *ex d.l.stipulationes non diuiduntur. in princ.* quæ de seruitutibus subiungit exempla. Et quia in his & similibus exemplis, notorium verteretur præiudicium dominorū, non est permissa diuisio *per d.l communi.diuidun.iudicium ff.communi.diuid.* Exempla verò diuisibilitatis sumi possunt ex positis exēplis prædictorum: putà, quia domus est lata, area ampla, & seruitus omnibus apta secundum vsum cuiusque. & tunc poterit diuidi, aut regionibus, aut tempore, aut mercede, *d.l.communi.diuidun.§.cum de vsufructu.* Et hæc satis hodie approbat communis vsus & obseruantia: & satis conuenit rationi, quæ pro lege habetur, vbi lex deficitur. *l.adigere. §.fin.ff de iure patro.l.j. §.hoc autem interdictum.ff.de fonte.* ¶ Quæritur e-
69 tiam † econtrariò, Si duo domini directi sint eiusdem rei, & vnus velit retinere iure prælationis, An possit? Et conclusio est, quòd ita: quia *l.fi.C.de iure emphy.* non distinguit, An ab vno vel pluribus teneatur emphyteusis, sed indistinctè dat facultatē retentionis, & per cōsequēs ea facultate retinere poterit *per l.quæ de tota ff.de rei vē.* Sed ponamus, quòd alij consocij directi in feudo colluserunt cum emptore, ne retineretur iure prælationis à consocio eorum: & finxerunt rem venditam precio, decē, quæ multo

minori

minori vendita erat: sed hoc fiebat, vt ille directus condonans precio retractus, non vteretur iure prælationis, quo remedio vtetur iste. Et dic, quòd constito de collusione, poterit facere æstimari ad commune precium: & hoc est, quod sentit.*d.l.fi.in.§.sed nec hac, ver.disposuimus, in verbis illis, quantum precium ab alio re vera*, &c. Et huius ratio est: quia Precia rerum communi æstimatione capienda sunt.*l.precia rerum.ff.ad leg.falci.*alias semper posset fieri fraus. Et si illa collusio probari non possit per testes, recurri potest ad iuramentum.*arg.eorum quæ habentur per glo.in.l.Fulcinius.§.quid sit latitare.ff.ex qui.cau in posses. ea.& in.c.significasti.de homi.& in c.statutũ.§.nullus, de rescri. li.vj.* ¶ Quæritur etiã de alia quotidiana quæstione. Videmus, quòd † vt plurimum in venditionibus venditores vendendo dicunt, prædia teneri in feudum, sub censu annuo &c. à tali domino: & verum sit quod teneantur; An ex eo quòd facta est mentio quod tenerentur ab illo, tenebitur emptor recognoscere illi? Et videretur prima facie, quòd ita: quia venditor potuit illam legem adducere, saltem in fauorem ecclesiæ *per ea quæ leguntur, & no.Insti.de inut.stip.§.alteri.& fac.ff.deposi.l.publica. C.ad exhi.l.si res.*In oppositum facit. *§.alteri.in l.stipulatio ista ff.de verb. ob.* Post plura hincinde altercata per Doc. conclusio est, quòd ex illo contractu non quæritur ius: sed ex ratihabitione, quæ exinde fit per dominum à quo teneri dicebatur. quia Ratihabitio retrotrahitur, & mandato comparatur.*ff.ad Mace.l.fi.C.de do.inter vir.& vx.& in reg.ratihabitione.de reg.iur.lib.vj.* Et habebit venditor cedere actiones domino, quibus cessis aget. *arg.C.si quis alteri vel sibi l.cum per eos & C.per quas personas nobis acquir.l.fi.* Nec replicabit emptor, vel excipiet: quia eius non interest, cum tantominus emerit propter expressionem oneris.*l.in venditione, ff.de actio.empt.* Sed quo ad iuris subtilitatem, respectu eius, cui dicitur seruire, cui non seruiebat, prima facie non fuit sibi quæsita stipulatio.*per d.§.alteri.* Ideóq; inspiciendum erit ad euitandum dictam iuris subtilitatem; An necesse esset stipulari ad vtilitatem illius, cui seruire dicebat: putà, quia fortè erat coniuncta persona, cui stipulari poterat vt in patre & filio. *Instit.de inuti.stipul.§.& quæ tuo.* Aut quia sua interfit: vt putà, quia sit tutor eius, cui stipulatur rem pupilli saluam fore: vel quia pro-

70

curator stipulatur domino: vel etiā si quis stipuletur creditori,*vt.ff.de ver.obl.l.stipulatio ista.§.si stipuler.* & in pluribus aliis casibus,quos in dictis iuribus videre poteris. Et generaliter, Vbicunque alteri stipulatur cum iuramento promittēns.*vt in.l.seruus.§.j.ff.de oper.liber. & not.in l.nam postea.§.iusiurandum.ff.de iureiur.* maximè cùm ex inde stipulans,cedit actiones *l.possessio quoque.§.possessio.ff.de acq.poss.* Idem etiam putarem, si venditor naturaliter esset obligatus ei,cui stipulatur:puta ad anthidota, & per consequens ex compensatione tenebatur.*l.etiā.ff.de compēsat.* quia stipulando censum dari ei,cui ad anthidota erat obligatus,dare videbatur. *vt voluit text.& idem Glo.in l.si vero.§.inde Papinianus.ff.mandat.*¶Et donatio† absenti cum

71 stipulatione notarij,& iuramenti interpositione fieri po-

72 test.vt sup.visum est *in rub.de donatio.*¶Quæri solet,An † compensatio cessare faciat commissum? Et dicitur,quòd sic. *per l.cum aliter.& l.si ambo.§.cum alter alteri.ff.de compen.& facit.l.eius.& l.si constat.C.e.*Et ita etiam iudicari vidi in hac prouincia. ¶Quæritur,An oblatio † census fa-

73 cta exactori seu receptori deputato ad exigendum recipere nolenti,excuset à commisso? Dic,quòd si ille receptor noluit recipere: quia non offerebatur congruis loco & tempore,nec de legitimo grano, liquore, vel argento: tunc non excusat.quia non compellitur quis accipere debitum,nisi in illa qualitate, sub qua est debitum.*per l.obligatione.in fi.& l.eum à quo.C.de solut.*Sed si fieret congruis loco & tempore,debitis granis,liquoribus, vel nummis: tunc si receptor seu castaldio differat recipere,quia fortè aliis occupatus fuerit, contentus quòd emphyteota penes se retineret: tunc oblatio vim habet obsignationis, depositionis,& releuat à commisso.*arg.ff.de publica.l.fi.§.si quis.& in c.significante.de pig.* Sed si receptor non cōmitteret custodiam emphyteutæ,immò aliam diem assignaret,in qua deferre deberet,tunc si illa nō portaret,& permitteret elabi tempus, non euitaret commissum. *argu.ad hoc in c.ab eo.de appella.li.vj.*¶ Quæritur, An ex † vendi-

74 tione feudi, quod tenebatur ad partem fructuum debeatur laudimium?Distingue,quia Aut erat datus in emphyteusim perpetuam sub certa parte fructuum. & tunc est contractus emphyteuticus,& debetur laudimium. Sed si non esset datus in perpetuum, sed annuatim: vt videmus commu-

communiter fieri, quòd vnus tantū anno isto, alter altero ad placitū dominorum: tunc non debetur. quia censetur magis cōductor, quam emphyteota *per c. potuit de loca. & per ea quæ habentur in l. j. agros, de omni agro deserto. lib. xj.* ¶ Quæritur etiam, Videmus ex † aliquibus fundis, quòd 75 seruiunt duobus dominis: si alienentur, cui debebitur laudimium? Et dic, quòd primo qui infeudauit. *C. de iure emphy. l. j. §. si autem duorum. & faciunt quæ notantur in l. lex vectigali fundo. ff. de pign.* sed canon. soluetur illi, qui nouissime infeudauit: & si ille non soluat primo, poterit ille primus expellere tertium *per d. l. lex vectigali.* ¶ Posset etiam quæri, quia de iure † communi fundi feudales vel emphy- 76 teuticarij possunt ecclesiis relinqui. *c. j. §. si de immu. eccles. lib. vj.* vbi improbatur consuetudo Franciæ, An valeat pactum, quod quotidie fit inter dominos & emphyteotas seu vassallos: quòd emphyteutis seu vassallis liceat alienare in quascūque personas, exceptis ecclesiis, clericis, & militibus. Et videtur prima facie, quòd non. *C. de pact. l. pacta, quæ contra.* In oppositum facit, quia contractus feudalis & emphyteo. regulantur pactionibus partium. *l. j. in princi. C. de iure emphy.* ibi dum dicit. *In quo cuncta quæ inter vtrasque contrahentium partes super omnibus, (vel etiam fortuitis casibus pactionibus scriptura interueniente habitis, placuerint, firma illibatáque perpetua stabilitate modis omnibus debeant custodiri.* Et hoc iure seu pacto cōmuniter vtuntur domini, nec per hoc obstat arg. de dicto *§ fi.* vel quòd sit pactum cōtra libertatem ecclesiæ quia clarum est de iure, quòd legatis, fideicom. donationibus, venditionibus, permutationibus, vel similibus contractibus, apponi possunt condiciones. Et quia per alienationes, quæ fierēt ecclesiis, clericis, vel militibus: fieret præiudicium dominis feudorum emphyte. vt est notorium: meritò possunt apponere illud pactum, ne in manus talium alienentur. & hoc clarè probatur *in c. 1. de alie. feu. § inde.* Sed consulitur talibus. quia vendere possunt. *xij. q. ij. longinquitate. & in Feu. de prohi. feu. aliena. contra consti. imperialem. §. si quis infeudatus.* & in talibus loco rei succedit æstimatio. *ff. de lega. 1. l. filiusfa. §. si verò contra.* ¶ Item quæri solet, An † 77 emphy. possit fundū emphy. alteri in emphy. dare? Et distingue: quia Aut hoc fit volente domino, aut ignorante. Et si volente, dubium non hoc fieri potest, *per ea quæ tra-*

duntur in d.§.adeo.Inst.loca. & per glo.in l.ij.C.de iure emphy. quia in hoc domino volenti non fit iniuria.& hoc casu,si contingat alienari per secundum emphy.tenebitur is, in quem alienatio facta est,renouare,seu inuestituram petere à primo domino, & ei laudimiorum iura soluere. *C. de*
78 *iure emphy.l fi.§.sin autem duorum.*¶ Quid si cesset † ille secundus soluere: An primus perdet ius. ¶Dic quòd sic *per d.l.lex vectigali.ff.de pigno.* Vnum generaliter dico, quòd
79 si † domini consensu,vel alias consuetudine emphy. sub infeudaret, & ille alteri quasi in infinitum, semper requirendus esset primus dominus directus, & ei solui laudimium *per d.l.fi.* In secundo verò casu,quando secundo infeudatur ignorante domino, nō valet illa infeudatio per emphyteotam facta *C.de iure emphy.l.fi.in prin.& in c.potuit*
80 *de loca.*per quæ iura † probantur,quòd Emphy.irrequisito domino non potest alienare. *Alienationis* autem verbo continetur, perpetua emphyteusis.*de reb. eccle. alie.vel non alie.c.nulli.& in auth.de non alie. aut permutan. reb.eccle. §.nos igitur.versic. alienationis authen. Nouel.7. & C.de reb. alie.non alie.l.fi.*Sunt tamen aliquæ prouinciæ,quæ de consuetudine tolerant,quòd emphy.possit apponere pensionem annuam etiam perpetuam *per d.§.adeo. & Glo.in d.l. 2.*cui consuetudini statur in illis prouinciis, cum sit consuetudo legum interpres & pro lege seruetur.*l.ij.cum ibi*
81 *not.C quæ sit longa consue.*¶ Item quæro,An † emphyte.& vasallus dimittendo rem inuito domino, excusentur à seruitiis debitis sine canone? Et de vasallo,videtur quòd sic *per c.vnicum.in fi. de vassal. qui contra consti. Lotha. & de prohi.feu. aliena. per Fredericum.c.imperialem.* De emphyteuta idem videtur dicendum,*per l.& si forte.§. etiam.ff.si seruit.vendi.*Contrarium tamen est verum.*per §.adeo. Institu de loca.& per c.iudicatum de immunit.eccle.* licet Gloss. aliter intelligat:scilicet in seruis glebæ,quia iste contractus, licèt ab initio sit voluntatis, ex post facto tamen est necessitatis.*l.sicut C.de acti.*Et videtur textus de hoc *in l. quicunque. de fund.patri.C.lib.11.& in l.cum satis. §.teneat.de agri.& censi.in ver.nulla.C.lib.11.& de om.agro.deserto.l.quicumque. d. lib.11.* ¶ Nec obstat, quòd vasallus possit rem
82 dimittere inuito domino.nam ibi est ratio: quia feudū † datur propter amorem, honorem,& vtilitatem vassali.*vt in c.beneficium.in quib.cau.beneficium.* Et ideo non mirum,

si illi

si illi vtilitati renunciare potest *iuxta ar. l.pen. C. de pact.* Emphytheosis autem † datur propter hoc, quòd res meliorentur:ergo non mirum,si emphyteo.non possit dimittere sine consensu domini. ¶ Quæritur, Cùm pro † expedito habeatur, quòd contractus emphyteoticus celebrari debeat in scriptis: An si post longum tempus petitur instrumentum emphy.quod fortè amisit: attamen canonem annuatim soluit, An per tale lõgum tempus præsumetur præcessisse contractus emphy.& prædiũ datum in emphyteosim.Et dic,quòd presumitur *per l.iubemus.C. de fund.patri.lib.xj.* longa enim præstatio inducit coniecturam,vt omnia solenniter acta videãtur.*ff.de vsu.l.cum de in rem verso.* ¶ Quæro etiam de quotidiana quæstione, Emphyteuta vagatur † per patriam,nescitur vbi sit,& reliquit bona sua impossessa:dominus directus videt ea deteriorari,& in canone cessari, An possit ad manum suam capere, & absenté priuare, sic quòd rediens non recuperaret. Pro quo distingue:quia Aut ille emphy.est minor, vel pro republica absens: & tunc durante minoritate, vel absentia pro republica, non potest sibi vindicare bona dominus directus:sed debet deputare,vel deputari facere curatorem. *ar. l.in possessionem. §.cum dicitur.ff.ex quib. cau.in poss.ea.*vel forte ipsemet, vt curator legitimus bonorum emphy.absentis, ad instar curatorum, qui dantur bonis absentium,administrabit. *per d.l.in possessionem.* Et durabit illa cura,vsque ad maioritatem, vel finitam causam absentiæ.*vt in d.§.cum dicitur.& in.§.ab hostibus.Insti. de aucto.tuto.* Sed si quis maior sine causa legitima absens fuerit,exspectari debet per triennium, si feudum sit prophanum,aut per biennium, si feudum sit ecclesiasticum, qui si non redierit,poterit dominus rem suam ad manum suam propria auctoritate reducere. quia in hoc casu cessat consilium Gloss. super verbo *repellere in l.ij. C. de iure emphy.*vbi consuluit,iudicis auctoritate parte vocata fieri.quia Vagabundus vocari non potest, quia nescitur vbi sit.*ar.eorum quæ notantur in l.ij. C.vbi de crimine.* Et in isto casu præstat.*ar.c.inter quatuor.de cleric.non resident.* vbi dicitur,quod clerici deserentibus beneficia sine iusta causa, si congruo tempore expectari non redeant possunt per episcopum priuari. Et est arbitrarium tempus beneficialis, cùm non sit à iure limitatum. Sed quia in casu nostro

83 84 85

est à iure limitatum, scilicet biennium, vel triennium, nisi redeat infra illud, cessantibus causis legitimis, poterit dominus propria auctoritate recuperare feudum suũ. Nam alias posset esse tanta absentia, quòd plus ascenderent cessationes canonũ vel deteriorationes, quàm valor feudorum emphyteoticorum. Et quòd in casu præmisso recuperare possit dominus propria auctoritate præstat. *l. si ita pater. & l. si filius. ff de ritu nup.* Alia pertinentia huic materiæ vide *in summis & in glo. trium legum. C. de iure emphyteot.* Vltimò, ad breuem noticiam habendam, Ex qui-

86 bus † alienationibus, & quantum debeatur laudimium. Primò recurrendum est ad pacta: deinde ad locorum consuetudines: cessantibus verò pactis vel consuetudinibus, recurrendum est ad iuris communis depositionem. Et omissis duobus primis membris: scilicet pactis & consuetudinibus, cùm quæritur de iure communi, Ex quibus alienationibus, & Quantum debeatur laudimium. Distinguendum est, quia aut alienatio fit conditionaliter, aut purè. Si conditionaliter, hoc dupliciter: quia Aut conditio impedit dominij translationem, aut retractat. Primo casu, non debetur laudimium: quia non est vera alienatio. *per tec. & no. in l. si hominem. ff. de vsucap. & in l. vbi autem. ff. de indiem. adiec.* Secundo verò casu, quando conditio retractat iam translatum, debetur laudimium. *ar. tec. & nota. in l. quotiens eo. ti. de indiem. adie. & ff. de lege commis. quasi per totum. & C. de pact. inter empt. & vendit. l. ij. & iij.* De quo supra dictum est *in rub. de emp. §. nunc videndum est qualiter. ver. nunc superest, ver. & nunc de pactis.* Si verò & secundo principaliter alienatio fit purè, iterum distinguẽdum est, quia Aut alienatio fit ex mera liberalitate, aut vrgente necessitate. Si primum, Aut fit sine causa vt donatio simplex, aut cum causa, vt donatio causata. Primo casu non debetur *Gl. in l. fi. C. de iure emphy. & in c. potuit, de loca. cum quibus communiter transeunt Doct.* Secundo verò casu, si donatio est causata debetur *per d. l. fi. § & ne auaricia, in illis verbis, Vel æstimationis.* In secundo autem casu, quando fit ex necessitate, iterum distinguendum est, quia Aut est necessitas causatiua, vt testari. *l. j. C. de sacrosan. ecclesiis.* Aut est necessitas præcisa, vt dotare, vel donare propter nup. & similia. Primo casu, Aut instituitur suus, aut extraneus. Si suus non debetur: quia est quædam continuatio domi-

nij.

nij.*l.in suis.ff.de suis. & legi hare.* Si verò extraneus, Aut hoc etiam dupliciter.quia Aut est penitus extraneus, aut quodammodo suus.Primo casu debetur *per dictum §. & ne auaricia.*Secundo verò casu,quando est quodammodo suus, vt sunt omnes succedentes ab intestato. *vt in l hac consultissima. §.si quis autē. C.de testa.*Et tunc non debetur, nisi aliud haberet pactum,vel consuetudo *vt suprà dictum est.* Secundo quidem casu, quando scilicet necessitas est præcisa,& hoc dupliciter:quia:Aut illa necessitas prouenit facto hominis,aut ministerio legis. Primo casu:puta, quia aliquis pro necessario vsu suo permutat domum, vel quodlibet aliud prędium cum alterius domo vel prædio, debetur.*per lec.& no.in.l.j.C.de rer. permuta.* Aut diuidit, & iterum debetur *per lec.& no.in.l.j.C.communia vtriusque iudicij.* Vel debitor dat creditori insolutum, & debetur. *ar.l.voluntate. ff quib.mod.pig. vel hypoth. sol.* Vel creditor inuito debitore facit vendi. rem hypothecatam: & similiter debetur *ar. l.si pignore. ff.de pigno.acti.* Aut etiam secundo casu necessitas prouenit legis ministerio:putà,quia pater dotat filiam, vel dat donationem propter nup. Et iterum distingendum est: quia Aut dat fundum inæstimatum,& tunc non debetur. *ar. lec. & not.iij.§.emphy in auth.de non alienan. vel permutan.colla.ij.Nouel.7.* Aut dat æstimatum. & hoc iterum dupliciter: quia Aut illa æstimatio non facit emptionem: aut facit. Primo casu non debetur:quia non causat alienationem.*per lec. & no.in l. quotiens.C.de iure do.& in l plerumque.ff.eod.*Secundo verò casu, debetur ex eo quòd talis alienatio causat alienationem *per lec. & no.& in l.vnica.§.licet eiusdem.C.de rei vxo. acti.& in.l si æstimatus.& l.æstimatæ.ff.solu.matri.cum vtrobique notat.* ¶ Quantum † verò in casibus,in quibus laudimium debetur solui debeat. Respondetur,quòd (vt sup. dictum est) primo recurrendum est ad pacta, deinde ad consuetudines. Quantum verò est de iure,debetur quinquagesima precij.*vt in d.l fi.in fi.C.de iure emphy.*Hodie tamen apud nos,non solum est differētia in prouinciis, sed etiam in villis & oppidis:propter quod non potest cōgrua assignari preciatio, vel quota, quæ debeatur pro laudimio. 87

De Mutuo & Commodato.

R V B. I X.

* Hæc rub.non est in aliis exemplaribus.

Argumenta.

1. Mutuum vnde dictum.
2. Mutui differentia à reliquis contractibus.
3. ex Mutui causa vt non tantum singularis persona, sed & Ecclesia,communitas,aut vniuersitas obligetur.
4. Creditor, vt probare possit pecuniam Ecclesiæ aut vniuersitati mutuo datam,in eius vtilitatem fuisse conuersam.
5. in Mutuo ciuitatis repetendo,quæ solennitas seruanda.
6. ob Mutuũ ciuitatis,vt conueniatur illius administratur.
7. Mutuans ciuitati vt contra eam agere possit.
8. Creditor vt non teneatur probare pecuniam versam in vtilitatem ciuitatis.
9. Ciuitas in mutuo læsa vt restituatur,læsione probata.
10. Minor in mutuo læsus,vt restituatur.
11. Mutui contractus vt fiat lex.
12. Syndicus ciuitatis nomine pecuniam mutuo accipiens, vt ciuitatem ipsos & eius ciues obliget.
13. ex Mutuo & delicto ciuitatis vt singuli eiusdem ciues obligentur.
14. Mutuo pecuniam qui accipere non potest,nisi in certo casu,vt in eo accepisse præsumatur.
15. Mutuũ vt sit triplex { Naturale tantùm, Ciuile tantùm, & Mixtum. Ciuile cui seu natura cooperatur.
16. Mutuum naturale tantùm quale.
17. Mutuum ciuile tantum quale.
18. Mutui ciuilis natura quæ.
19. Pecunia in mutuo numerata vt præsumatur.
20. Mutuum ciuile , cui natura cooperatur atque ita mixtum quale.
21. Mutuum vt restitui debeat in eadem bonitate etiamsi species mutuata perierit.
22. in Mutui instrumento si contrarientur testes notario in numeratione pecuniæ:quid iuris.
23. Confessio debitoris vt sufficiat ad fundandam mutui actionem.
24. Procurator constitutus ad accipiendam pecuniã mutuo,non obligat dominum, nisi naturaliter seu realiter accipiat. & quid iuris vbi in mandato adiicitur clausula Ad confitendum pecuniam ipsam recepisse num.25.
26. Vsurarum vsus vt hodie frequentissimus.

27. Vsuræ

27. Vsuræ { an omni iure prohibitæ.
28. { Cur & prohibitæ.
29. in Vsurarum prohibitione, quæ distinctio adhibenda.
30. Pecuniam deponens apud mercatorē ad lucri & damni partem sustinendam: An ex huiusmodi conuentione dicendus ille deponens vsurarius.
31. Pœna quæ interdum apponitur in contractu mutui, si ipsum ad diem constitutum non persoluatur, an exigi possit contra deficientem.
32. Mutui solutio vbi fieri debeat. vid. & nu. 33.
34. Debitor, an in solidum conueniri possit in quolibet loco, vbi in contractu plura adiecta fuerunt loca solutioni destinata.
35. Debitor, an alio in loco cōueniri possit, vbi vnicus locus fuerit in contractu solutioni limitatus & designatus.
36. Creditor, qui stipulatus est sibi ea centum quæ mutuo dedit restitui, quam actionem in libello proponere debebit.
37. Nouatio vt hodie nō præsumatur, nisi expressè agatur.
38. Vtile per inutile vt non debeat vitiari.
39. Actio ex stipulatu directa vt ex numeratione alterius nomine facta, adiecta stipulatione adquiratur alteri.
40. Procurator, qui numerauit domini nomine, stipulando restitui domino, vt ei adquirat actionem ex stipulatu directam sine cessione.
41. Commodatum & Commodare quid.
42. Mutuum à Commodato vt differat pluribus modis.
43. ex Commodato contractu, vt oriatur commodati actio.
44. Commodati actio vt sit tam directa & contraria.
45. Commodati actione vt non solùm res commodata, sed eius accessorium petatur, & quale illius accessorium.
46. Commodati contraria actio vt competat commodatario.
47. Iudicio contrario consequi quod quisque potest, vt & recto iudicio is qui conuenitur compensationis iure saluum habere possit.
48. Obligationes vt tam ex partium conuentione quàm ex legis potestate nascuntur, vel sic. Hypotheca vt duplex sit, Expressa, quæ ex conuentione & tacita quæ à lege inducitur.
49. Hypotheca tacita, vt in quinque casibus locū habeat.
50. in Obligatione generali bonorū, vt præter bona præsentia, veniant etiam futura.
51. in Obligatione bonorum generali, vt iura & actiones includantur.
52. in Donatione generali omnium bonorū, an debitorum nomina includantur.
53. Donatio generalis vt infringi non possit.

talliis

110. Hæredis debitoris bona propria, nunquid per hypothecariam auocari possint, tãquam pro defuncti debito obligata.

111. Obligatio personalis licet in hæredem trãseat, vt non transferatur tamen realis in eius propriis bonis.

112. Hypothecariæ actionis effectus qualis.

113. Fructus percepti à creditore quatenus compensentur cum interesse sibi debito ob mutuum datum.

114. Creditore misso in possessionem sibi pignerati domus debitoris, si postea debitor ipsi pecuniam offerat deteriorem aut in forma, aut in substantia: an liberetur pignus huiusmodi oblatione.

115. & 116. Monetæ mutatio quàm sit Reipub. perniciosa, & vt dupliciter contingere possit. vide & numero 124.

117. Monetæ cùm fit mutatio in deterius, an tunc creditori solutio fieri debeat de veteri, quæ mutui contracti tempore in vsu erat, si de ea adhuc reperiatur, nec eius sit cursus prohibitus: sin minus deteriorationis ratio haberi debeat.

118. Monetæ valore mutato, vt deterioratio ad debitorem pertineat, si quidẽ fuerit in mora soluendi: sin minus ad creditorem.

119. Debitor non potest soluere in alia moneta, si ex eo creditoris conditio fiat deterior.

120. vt Monetæ eadem species soluatur, si inter contrahentes actum sit, vt pactum seruandum sit.

121. Aureos in tali moneta, qui tot mutuo dedit, vt auctis aureis non possit cogi accipere eos ad valorem auctum.

122. in Moneta certa, cùm certa summa mutuo datur: aucta vel diminuta moneta, vt possit fieri solutio in ea æstimatione quæ nunc est in vsu.

123. Monetæ abusus vt in cudendo factus.

125. Creditor an possit hypothecatæ rei fructus ita vendicare, sicut rem ipsam. & vt fructus pendente iudicio percepti in hypothecaria veniant: ante cœptum verò iudiciũ, peti possint, si eos debitor percepit Idem si alius malæ fidei possessor eos percepit. Idem si bonæ fidei sit, nisi consumpti sint.

126. Obligatæ rei cùm dominium à debitore in aliũ translatum est, vt fructus actione hypothecaria peti non possint, nisi eos seuerit debitor & extent.

127. Creditor vt teneatur ad culturam possessionis sibi obligatæ & in cuius possessionem positus est.

128. Creditor vt consultius faciat rem accipiendo in solutum quàm in pignus seu hypothecam.

129. Creditor vt de re sibi à debitore tradita & postea ab alio euicta aduersus eum agere possit.

Quæ rubrica non reperitur in aliis hactenus editis exemplaribus.

Postquam de locato & conducto dictum est, nunc de mutuo agendum. Est autem hic contractus inter homines satis frequens, ideóque magis notandus. ¶ Et dicitur mutuum † ex eo quod de meo tuum fit, *vt in l.ij.§.appellata ff. si cert pet.* Sic tamen, quod non ipsum mutuum datum, sed tantundem in eodem genere restituatur, *vt in d.l.ij.in princ. & l.cùm quid, eod tit.cum simil.* Et pro hoc colligitur differentia † inter contractū venditionis, donationes & simul.in quibus non agitur, vt id quod traditur, sed & aliud reddatur. ¶ Sciendum autem, quod ex † causa mutui, nedum obligatur singularis persona, sed etiam ecclesia, *vt in authent.hoc ius porrectum, C.de sacros.ecclesi.* & etiam quælibet communitas & vniuersitas, *vt l.ciuitas, & plenè per Bart, ff si cert.pet.* Dum tamen vtroque casu probetur, quod pecunia sit versa in vtilitatem ciuitatis, vel ecclesiæ, *vt plenè etiam not per Canonist.maximè per Innocent.in c.j. Ext.de depos. & per Ferrar. in for.libel.de act. hypoth.in gloss sup.verb.sub eadem obligatione.* ¶ Sed circa prædicta quæritur, Qualiter probetur † per creditorē pecuniam esse versam in vtilitatem ciuitatis, vel ecclesiæ? Distingue *secund.Bart vbi sup.* Aut ciuitas illa, vel ipsam repræsentantes pecuniā receperunt mutuo in certam causam, & tunc præsumitur versa in eius vtilitatem; Aut syndicus illius pecuniam mutuo sumpsit; & tunc habuit mandatum speciale ad mutuādum in certā causam, in quā si mutuauerit, presumetur in illam versa pecunia, atque ita in vtilitatem publicam, *argu. l.qui habebat, ff.de institor.* Aut non habebat speciale mandatum ad accipiendum pecuniam in certam causam, & tunc sufficit, quod syndicus dicat, & confiteatur, se in certam causam recipere, & eodem casu præsumitur ipsa pecunia in dictam causam conuersa, licèt aliter non appareat de ipsa conuersione. *ar.l.j.§.vbi autem, vers.quandoque quæritur, ff.de exercit act.* Quandoque etiam nullum habebat speciale mandatum de mutuo assumendo, sed tantum simpliciter ciuitatis administrationem habebat, & tunc per testes, vel per instrumenta probari debet conuersio. & hoc casu locum habet *d.l.ciuitas. & d.authent.hoc ius porrectum, secund. Gloss. & Doct.in d. l.ij.§.fin.* ¶ Hic generalius quæro: Quæ solennitas † seruanda sit, ad ciuitatis mutuum repeten-

1
2
3
4
5

dum? Gl.*y.in d.l.ciuitas*, dicit, quod creditor debebit probare pecuniam in vtilitatē versam, nisi probauerit administratorem ciuitatis in mandatis habuisse specialiter eam mutuo accipere: sicut non incumberet onus probandi cum contraxisset cum ciuitate, vel eius generali consilio, quod vicem populi repræsentat. *vt dicit Gloss. in rub. C. quæ sit long. consue.* Et quod hæc probatio non sit necessaria, ex quo speciale mandatum habet, est casus *in l. habebat. ff. d. tit. de Insti.* Fallit, si mandatū speciale habuisset ad accipiendum pecuniam mutuo in certam causam. nam tunc mutuans debet esse curiosus, vt in eam causam conuertatur, saluo nisi accipiens pecuniam mutuo, dixerit, quod in aliam causam pecuniam assumebat. *text. est in l. j. §. vbi autem, vers. vnde quæritur, & vers. sed etsi in precin. ff. de exercit.* Sit ergo cautus, qui contrahit cum talibus administratoribus, vt in instrumento faciat addere verba prædicta ad omne dubium remouendum. *& fac. § diuersum, Instit. de except.* ¶ Probat autem pecuniam mutuans esse versam. Primò, per probationes hoc necessario concludentes. Secundò per coniecturas: putà, si consilio ciuitatis præsente administrator accipit pecuniā, vel etiam, quia tunc ciuitas egebat pecunia. *secun. Cyn. in authent. hoc ius porrectum.* Guillerm. tamen dixit, semper requiri probationes necessariò concludentes. Sed hoc nō placet Innoc. *in cap. j. Ext. de depos.* & dic *vt vbi.* Conclude ergo, quod hæc lex locum habet in administratore ciuitatis, qui ex generali mandato habet potestatē accipiendi mutuo pecuniam. Succurritur autem mutuanti cum probare non potest, pecuniam versam in vtilitatem, vt agat contra ciuitatem. & si opponatur illi, quod in vtilitatem ciuitatis pecunia non est versa, faciat citari administratorem, vt causæ ipse assistat, *vt C. de euict. l. parentes.* Si verò non probet mandatum suum, tenebitur de dolo, ex quo se administratorem asseruit. *vt l. si legatarius, & l. quidam. ff. de*
6 *dolo. vbi Glos.* Probato † autem mandato, nisi probet pecuniam versam in vtilitatem ciuitatis, conuenietur condictione ob causam, eo quòd pecunia fuit data vt in vtilitatem ciuitatis conuerteretur, & conuersa non est. ¶ Sed quid, si ipse dicit, Dedi eā thesaurario, nec habui vlterius
7 me intromittere? Dic, quod mutuans † poterit agere contra ciuitatem, vt contra thesaurarium cedat sua iura. nam

per

per hoc consequeretur mutuans pecuniam sine ciuitatis dispendio. *vt l.in creditore.in princip.ff.de euict.* & hæc est huius legis practica. ¶Itē aduerte, quòd licet creditori † 8 non incumbat onus probandi, pecuniam fuisse versam in vtilitatem ciuitatis, vt in casibus prædictis: ciuitas † ta- 9 men restitutionem in integrum petere poterit, & restituetur læsione probata, non ex clausula reipubli. *vt l.res publica, C.quib.ex cauſ.maior.* sed ex clausula generali, *si qua mihi iusta* &c. restituetur, probata læsione, & non aliter, cùm in ciuitate sint semper homines industriosi. Secus autem † in minore accipiente pecuniam fœnori. qui non 10 habet aliter probare de læsione, *vt l.j.C.si aduerſ.cred.vbi Cyn.* saluo, nisi probet, dictum minorem industriosum. *vt not.Gloſ.in l.j.secund.primam lecturam, C.qui & aduerſ.quos.* ¶ Item scias, quòd † Contractus mutui ab habente po- 11 testatem legem condendi fit lex. *vt ff.de publ.l.Cæsar, & C.de donat.int.vir.& vxor.l.penult.* Et sicut per legem omnes subditi possunt ligari, ita per contractus. Ideo syndicus † constitutus ad accipiendam pecuniam mutuò, & 12 ad obligandum ciuitatem & ciues singulares, poterit eos singulariter obligare. itaque in quemlibet poterit singulariter fieri executio debiti: licet alias pro debito ciuitatis singulares ciues non sint vexandi. *vt l.j.ff.quod cuiuſque vniuerſ.nom.* Et hoc verum quia sicut † pro delictis ciui- 13 tatis obligantur singulares ciues, *vt l.metum, §.aduertendum, ff quod met.cauſ.& de reg.iur l.aliud, § refert.* ita & per contractum, *vt.ff.de iudic. l.omnem.* ¶ Conclude etiam vnum singulare, quod qui † suo nomine mutuam pecuniā 14 sumere non potest, nisi in certo casu, in eo casu nunquam pecuniam assumpsisse præsumitur, nisi sit miles. *vt l.penul. ad Macedon.* per locum à speciali. *Angel.in d.l.ciuitas, ff.si cert pet.* ¶Quæro, Quotuplex † est mutuum? Resp. mu- 15 tuum esse triplex. Est enim quoddam naturale tantùm, quoddam ciuile tantùm, & quoddam ciuile, cui natura cooperatur. Naturale † quidem mutuū tantùm est, quan- 16 do res quæ datur tibi mutuò à me traditur, vel ab alio nomine meo, *vt l.certi condictio.in fi.l.singularia, & l.proinde, ff. si cert pet. & not.per Bart.in l.ij.§.appellata, eod.titu.* ¶ Ciuile tantùm, † illud est, quod per simplicem oris cōfessionem 17 contrahitur: putà, cùm dicitur, *Talis fuit confeſſus habuiſſe & recepiſſe mutuò,* &c. vt hic, Et talis modus contrahendi

est in communi stilo & vsu, de quo loquitur. *l. j. & ij. item l. si ex cautione. C. de non num. pecu. & Instit. de liter. oblig. in prin.* Casus † quidem mutui natura est, vt ille, qui sic confessus est, si conueniatur ante biennium, possit opponere exceptionem non numeratæ pecuniæ, nisi tamen ipsi expressè renunciasset, vt fit quotidie in instrumentis. Post biennium verò habet os clausum. quia præsumitur ex tali lapsu numerata, nisi contrarium probet. *vt hæc habentur, in l. in contractibus, in princ. & in l. si ex cautione, cum simil. C. de non num. pec.* Et eodem † modo præsumitur numerata, si notarius dicat in instrumento, quòd *Talis numerauit*, vel *Talis mutuo habuit & recepit*, vel similia verba, quæ actum naturalem accessisse significãt. verumtamen caueat ipse notarius, ne his verbis vtatur, nisi videat pecuniam in præsentia numeratam, *vt ibi not. Doct.* ¶ Ciuile autem † mutuum, cui natura coöperatur, illud est, quando stipulatio intercessit de mutuo restituendo, facta numeratione, vel ante eam, de quo loquitur *l. si ita fuero, in fi. & l. cum enim, ff. de nouat.* Verùm, † quamuis in specie mutuata quis appareat obligatus ad mutui restitutionem, tenetur etiamsi casu fortuito periret. *l. incendium, C. si cert. pet. & l. quod te, ff. eod. tit.* Quæ restitutio est fienda in eadẽ bonitate. *l. cum quid, ff. si cert. pet. & l. triticum. ff. de verb. obli.*

22 ¶ Pro declaratione † præmissorum, quæro de aliquibus: & Primò, Ecce notarius dixit in instrumento, *Titius fuit confessus se centum mutuo recepisse*: testes verò in ipso instrumento descripti, dicunt, Quod nulla intercessit pecunia, nec numeratio. An ex hoc redarguetur instrumentum de falso? Et certè dicendum est, quod non: quia instrumentum loquitur de mutuo ciuili: testes verò deponunt super mutuo naturali, & sic sunt diuersi, non aduersi. *vt tenet Bart. in l. singularia, in fi. ff. si cert. pet.* vnde non probat hoc esse, &c. *vt l. non hoc, C. vnde cogn. & l. neque natales, C. de probat. & fac. quod not. idem Bar. in l prædia, ff. de adquir. poss.*

23 ¶ Deinde circa hoc insurgit tale dubium, Posito, quod † si quis confiteatur, An præsumetur recepisse pecuniam tempore ipsius confessionis conscripti instrumẽti: an verò retrò ante ipsam confessionem? Et videtur, quod præsumptio sit ipsum recepisse retro. quia ista verba *recepisse*, sunt præteriti temporis & plusquam perfecti: ergo repræsentant & importãt actũ numerationis fuisse gestum

retro,

retro, non autem de præsenti, *ut l. Aurelius, §. Titius Seio, ff. de liber. leg. in fi.* In oppositum tamen determinat Bartol. *in l si ita stipulatus, §. Grisogonus, ff. de verb. oblig. & in l. certi condictio, §. si nummos, ff. si cert. pet. & d. l. prædia, & plenius in l. post dotem, ff. sol. matrim.* quia in re dubia, verba & eorum significationes ad tempus instrumenti referenda sunt: quando scilicet, actus qui geritur est talis naturæ, ut eo tempore potuerit interuenisse. *arg. d. §. Grisogonus,* & quod alibi dicitur in materia *l. sciendum, ff. de verb. oblig.* quæ tamen præsumptio confunderetur, si testes in instrumento descripti dicerent, pecuniam nullam tunc fuisse numeratam: nec tamen pro hoc impugnaretur virtus instrumenti, quia eo casu intelligendum esset de numeratione longa, vel proxima retro facta ante ipsum instrumentum. ¶ Amplius quæritur, si aliquis sit † constitutus procurator ad recipiẽdum pecuniam mutuo, An si confiteatur, tam in mutuo ciuili, quàm etiam naturali, obliget dominum seu constituẽtem? Videtur, quod sic: quia istud verbum *mutuò*, verificatur tam in mutuo ciuili quàm etiã naturali. ut supra dictum est. Ergo, cùm sit mandatum ad contrahendum mutuum: ergo eius mandatum extenditur ad vtrumque. In contrarium determinat Bart. *in l. ij. §. verbis, ff. si cert. pet.* Et est ratio secundùm eum, quia illud verbum *Ad recipiendum,* habet qualificare & restringere illud verbum *mutuò,* ad ipsum actum naturalem tantùm. ideoq; ipse dominus de ciuili mutuo non obligabitur. *arg. l. j. §. si mutuam. ff. si quid in fraud patr. & ff. de nouat. l. debitorem meum, cùm ibi no.* ¶ Quid ergo, si in ipso † procuræ instrumento dictum sit, *Procuratorem constituit ad accipiendum mutuò, & ad confitendam pecuniam ipsum recepisse,* An tunc obligabitur dominus, si ipse procurator simpliciter confiteatur pecuniam se mutuò recepisse? Videtur quod sic: quia hoc est expressum in mandato. In contrarium determinat idem Bart. *vbi sup.* & ratio est, quia illa verba quæ subiiciuntur *Ad confitendum se recepisse,* &c. de pecunia recepta intelligenda sunt, quam accipiendã mandauit, cùm dixit, *Ad accipiendum mutuò,* &c. nam illa verba aliter intellecta importarent donationem, quæ in dubio non videtur procuratori concessa, *ut l. filiusfamil. in princ. ff. de donat. & l. contra iuris ciuilis, §. fin. ff. de pact.* ¶¶ Et quia in hoc mutuo contractu plerumque adiicitur vsura-

24

25

26 rum † stipulatio quarum vsus hodie frequētissimus, quia mundi maior pars nunc non sustinetur nec regitur, nisi auaritia quæ plerumque ex vsuris fouetur. nam charitas vt plurimum mortua est vt & proximi dilectio. ideo vi-
27 deamus, An † omni iure sint ipsæ vsuræ prohibitæ, vel aliquo concessæ. De qua quæst. plenè tractauit Thomas de Aquino *lib. qui intitul. secunda secundæ q 76. al. 78.* & sic Gratian. *in decreto* 14. q. j. *cum seq. & per Cyn. in authent. ad hæc. C. de vsur.* & vid. *Leuit. c.* 25. *Exod. c.* 22. *Deut.* 23. *Psal.* 24. *inci. Domine quis habitabit &c. Ezechiel.* 18. *Luc.* 6. *& c. quare in omnibus, Ext. de vsur. item & ca. quoniam multi, vbi Canon.* 47. *dist.* Et arguendo, videtur quod vsuræ sunt permissæ iure naturali. Certum enim est, quod iuri & rationi naturali congruit, Vt benefacienti benefaciamus, alioquin vitium esset ingratitudinis, quod fontem exurit ipsius pietatis, *vt l. sed si lege, §. consuluit, ff. de petit. hered.* Dare autem mutuanti pro remuneratione seruitij accepti concessum videtur. Præterea iure naturali licet cuicumque de suo dare, & à dante spontaneè recipere, *vt l. ex hoc iure, ff de iust. & iur. l. traditionibus, C. de pact. & l. traditio, ff. de adquir. rer. domi. cum simil.* Sic ille, qui pecuniam mutuò assumpsit, sponte dat ipsam vsuram. Ergo, &c. ¶ Rursum, videtur etiam permissa vsura de iure ciuili, vt patet tam iure Digestorum, quàm Codicis & Authēticorum, *in tit. De vsuris.* ¶ Amplius permissa videtur de iure Decretorum *vt in cap. salubriter, & ca. nauiganti, cum ibi not. de vsur.* Cæterùm, & iure Diuino, per id quod dicitur *Lucæ ca.* 19. *Ego veniens cum vsuris exegissem illam*, scilicet, pecuniam mutuatam. *& in Deuter.* 24. *Non fœneraberis fratri tuo, sed alieno.* & post *ca.* 29. *Fœneraberis gentibus multis.* Et pro hac parte induco expressè textum, quem non alleg. d. Thom. *Ecclesiast. c.* 29. vbi sic dicitur, *Fœnerare proximo tuo in tempore necessitatis illius,* & iterum, *Redde proximo tuo in tempore suo. Multi quasi inuentionem æstimauerunt fœnus, & præstiterunt molestiam his, qui se adiuuerunt. Donec accipias osculatur dantis manum, & in promißionibus humiliat vocem suam: & in tempore redditionis postulabit tempus, & loquetur verba tædij & murmurationum, & tempus causabitur. Si autem potuerit reddere, aduersabitur & solidi vix reddet dimidium, & computabit illud quasi inuentionem. Si autem, fraudabit illum pecunia sua, & possidebit illum inimicum gratis, & conuitia &*

maledicta reddet. & pro honoris beneficio, reddet illi contumeliam. Multi non causa nequitiæ non fænerati sunt, sed fraudari gratis timuerunt. Item videtur omni iure permissum recipere hanc commoditatem, quam vsuram appellamus. Licet enim cuicumque habere commoditatem & præmium ex argento in massa commodata *secund. eund. Thom.* vt de equo, domo, vel libro ad vsum mutuò concesso vel commodato. Cur ergo non sic in pecunia numerata mutuò concessa? Præterea *secund. eund.* licet præmium accipere de pecunia alij concessa ad ostentationem, vel ad ponendum loco pignoris, cur ergo non sic dicetur in pecunia ad numerum concessa? Porò *secund. eund. Thom.* licitũ est, de pecunia, quam quis ponit apud mercatorem vel artificem, exigere partem aliquam lucri, & de ea sibi danda pacisci: & sic etiam licitum videtur in eo qui pecuniã ponit ex causa mutui apud aliquem ea indigentem: cùm illi fuerit opitulatus etiam cum damno proprio. nam interea pecunia sua ad emptionem prædij, mercimonij aut rei alterius quæ sibi vsui & vtilitati esse potuisset. ¶ In contrarium plura præferuntur argumenta, quod sit omni iure prohibita vsura. Primo iure naturali. quia contra naturam est, quòd pecunia germinet pecuniam. & quod homo homini ad seruiendum alligetur. Deinde iure Diuino *Exod. 22.* dum dicitur, *si pecuniam* mutuo dederis pupillo meo pauperi, non vrgebis eum quasi exactor, nec vsuris *opprimes.* Et in Euangel. Matth. *Mutuum date, nihil inde sperantes.* Item iure canonico, *vt 14. q. j. cum seq. per tot. & in clem. j. de vsur.* Sic & iure ciuili prohibita videtur, quod Imper. dicit, quod leges non dedignantur imitari sacros canones, *vt in authent. de ecclesiast. tit. Nouel.* Et mandat Imper. obseruari quatuor generalia concilia & in eis deposita, *vt l. j. C. de sum. trin. & fid. Cathol.* Sed ad hoc respondetur per aliquos, quod cæteris præterquam in vsuris mandat Imp. obseruari dicta concilia. nam si de iis intellexisset, non tot titulos in Digestis, Codice & Authenticis inseri permisisset, nec Papa (cui tunc ipse de sua corporis iuris compilatione notitiam fecit) prout fecit, consensisset. cuius consensus apparet. *ex epist. inter claras, & epist. reddentes honorem, C. d. t. de sum. trin.* Tandem concludit ipse Thomas *vbi sup.* Vsuram iure diuino & canonico prohibitam esse: de iure autem ciuili esse permissam. ¶ Superest videre,

28 Quæ † huiusce prohibitionis causa sit ex vtroque iure? Et multiplicem eam constituunt Doct *vt not. Inno in ca. j. de vsur.* de quibus vid. *eund. Thom vbi sup. & post eum Ferrar. in for. libel. in act. hypoth in gloss. seu verb. sine aliqua vsurarum conuentione.* vbi rationem hanc adfert de permissu vsurarum de iure ciuili, *secund. eund. Thom.* quia lex humana considerauit solùm populi vtilitatem, quæ ex negociatione procedit. ne huiusmodi inquam vtilitates impedirentur, vsuras concessit, non tanquam iustas; sed tanquam vtiles ad communionem humanam tuendã. ¶ Qui-

29 dam sunt qui voluerunt † facere differentiam, An quis mutuet ex quadam necessitate propria vel lucri cupiditate. Alij sunt, qui solùm respiciunt ad quantitatem quæ percipitur, an transeat decem pro centenario, vel sit ab inde infra. quæ omnia reprobantur per ea quæ tradũtur *13. q. 3. & 4. per totum.* Alij verò dicunt, quòd aut quis fœnerauit proximo egeno ad succurrendũ (*vt sup. dictum est*) eius necessitati: & tunc potest licitè hoc facere, *per id quod habetur sup. d. c. 29. Ecclesiast.* Aut denique fœneratur lucri cupiditate, & tunc prohibetur & illicitè facit, *vt in aliis iu-*

30 *rib. maximè cle. j §. fi. de vsur.* ¶ Fui præterea † aliquandò interrogatus à mercatoribus de tali quæstione, Ecce aliquis vult deponere pecuniam apud mercatorem ad dandum & sustinendum partem lucri & damni, dicit mercator, *Ego nollem venire ad dissensionem aliquam tecum in modo calculandi lucrum & damnum: sum cõtentus suscipere super me omne periculum contingens in pecunia & mercantia, lucro & damno, pro aliqua certa quantitate annali.* quæritur hîc, An talis conuentio cadat in peccatum vsurarum? Cogita, & consule theologos. Concludo equidem *vt sup. Thom.* Vsuram de iure ciuili maximè hanc licitam esse. ius etenim

31 ciuile sequimur. ¶ ¶ Notandum præterea in hoc mutui † contractu, nonnunquam apponi promissionẽ de soluendo & restituendo mutuo, & in ea aliquandò adiici pœnã si non fiat ad terminum solutio. & dubitatur, An talis pœna exigi possit? Super quo dubio *secund. Doct.* vt refert *Cyn. & Ia. But. in l. cùm allegas, C. de vsur.* distinguitur, Aut pœna adiicitur dationi pecuniæ; & tunc præsumitur esse adiecta in fraudẽ vsurarum: sicque de iure canonico peti non potest. Aut adiicitur facto, & tunc secũdum aliquos peti potest, secundum alios non. quia factum ipsum sub-

iicitur

licitur loco dationis pecuniæ: vt putà, *Si non solueris, promittis stare in tali loco, sub pœna centum florenorum.* & sic pœna ponitur eodem tempore in contractu, & ideo non valet: secus autem si poneretur post ipsum contractum *vt not. per Bart. in l. cùm seruus, ita ff. de cond. & demonst.* ¶ Aduertendum quoque, quod in hac † promissione consueuit interdum exprimi locus, in quo fienda est solutio, vt fit in omnibus communiter instrumentis obligationum. & tunc fienda est solutio in loco determinato. Et si † sunt plura loca solutioni designata, vt hodie additur in instrumentis, erit in electione creditoris debitorem conuenire, in quo loco sibi magis placuerit post lapsum termini: *vt in l. 3. in pr. ff. de eo quod cert. loc.* Ante verò termini lapsum, est in electione debitoris soluere, in quo loco sibi placuerit, nisi contrarium sit actum. ¶ Dubitatur autem, si plura loca fuerint solutioni destinata, An in † solidum conueniri poterit debitor in quolibet loco? Et videtur quod non: imò per appositionem plurium locorum copulatiuè, videtur quod sit facta diuisio debiti pro rata cuiuslibet loci. *vt probat tex. in d. l. 3. §. si quis ita, el. j.* per quẽ text. videtur destrui & annihilari omnia hodierna instrumenta, quibus dicitur, quod *Talis promisit soluere Mediolani, Papiæ, Cremonæ & alibi* &c. Nam per hoc videtur, quod solũ pro parte in quolibet loco possit debitor cõueniri, & non in solidum. Sicque per hoc annihilatur ipsum debitum. Sed aduerte hîc. Dicit enim Bart. *in d. §. si quis ita.* quod Aut plura loca adiiciuntur alternatiuè, & tunc in quolibet loco potest in solidum debitor conueniri: Aut plura loca adiiciuntur copulatiuè, & tunc aut ponuntur limitatiuè: aut indefinitè: putà, cum clausula, *Et in quocunque loco* &c. Primo casu, vbi limitatiuè, tunc videtur facta debiti diuisio pro rata cuiuslibet loci, & sic pro rata tãtum parte poterit ipse debitor in quolibet loco conueniri *per tex. in d. §. si quis ita*, Secundo casu, cùm post designationem plurium locorum subiicitur illa generalis clausula, *& in quolibet alio loco*: tunc secundum eum, ne ex indefinita & nimia diuisione debiti, stipulatio reddatur inutilis, fienda erit interpretatio, quod solui debeat totum in quolibet loco, *arg. l. quoties, ff. de reb. dub. & l. quoties, de verb. oblig.* & ita seruat generalis consuetudo: verumtamen consultiùs esset ad tollendum omne dubium in instrumẽto addere.

32

33

34

quod promisit soluere insolidum in quolibet loco, vel ponere lo-
35 ca alternatiuè. ¶ Vbi autem † vnus solus locus esset solutioni limitatus, vel designatus, An alio loco possit debitor conueniri? Et vtique dicendum est, secundùm veram & communem opin. quod sic. si in ipso alio loco ipse debitor habeat domicilium, *vt plenè not. in l. j. ff. de eo quod cert. loc. & l. j. C. vbi conuen. qui cert. loc. dar. promis. & ibi per Azon. in sum. & per Glos. in l. hæres absens. §. fin. & l. eum qui certo loco, de iudic.* Si tamen ipse debitor conueniatur alibi quàm in loco destinatæ solutionis, habebitur ratio sui interesse, ac etiam interesse actoris, *vt l. 2. in princ. & l. 3. in princ. & §. si quis ita, & § nunc de officio, vbi Bart. ff. de eo*
36 *quod cer. loc.* ¶ Hic quæritur, quòd † si quis mutuauit centum, & stipulatus est illa sibi restitui, quam actionem debebit creditor proponere in libello, vel certi condictionem, quæ ex mutuo competit. *vt l. certi condictio, § si nummos. ff. si cert. pet.* vel actioné ex stipulatu? Pro cuius quæst. solutione decurrendum est ad distinctionem traditam per Cyn. *in l. absentis, C. si cert. pet. & Bart. in l. certi condictio, §. si nūmos, ff. si cert. pet.* qui sic dicunt omnia colligédo, Quandoque numero nomine meo, & stipulor nomine meo: Quandoque numero nomine meo, & stipulor nomine alieno: Quandoque numero nomine alieno, & stipulor nomine alieno. Quandoque numero nomine alieno, & stipulor nomine meo. Primo casu subdistingue *secun. eund. Bart.* Aut stipulatio est totaliter vtilis & efficax ad agendū, aut est penitus inutilis, aut vtilis solùm quo ad quid, quia producit solùm naturalem obligationem. Si quidem sit omnino vtilis: & tunc aut constat, quod numeratio fuit facta causa implendæ stipulationis, & tunc est agendum ex sola stipulatione, non autem ex numeratione, *vt l. si ita fuero stipulatus, in fi. & l. cùm enim, ff. de nouat.* Aut constat quod numeratio non fuit facta causa cond.cionis implendæ, & tunc *secund. iura vetera* per sequenté stipulationem præsumetur facta nouatio: ideóque solum agendum ex
37 stipulatione. Sed hodie † non præsumitur nouatio, nisi expressè agatur *vt in l. fin. C. de nouat.* Ideóque vtraque agi potest: sed tamen vnam eligere debet *vt l quod in heredem, §. eligere, cum simil. ff. de tribut.* Aut dubitatur, quo respectu sit facta numeratio, & tunc aut stipulatio interuenit incontinenti ante vel post numerationem: & tunc

præsu-

præsumitur facta numeratio implendæ stipulationis cau sa, sicque ex sola stipulatione agendum erit, *vt d.l.si ita, in fi. & l.cùm enim*, idcóque cùm in instrumentis hodiernis subiiciatur stipulatio, & sit res in dubio, agendum erit, ex stipulatione, quasi numeratio facta fuerit causa implendæ stipulationis. Aut interuenit ex interuallo stipulatio: & tunc aut stipulatio præcessit numerationem spe futuræ numerationis, & tunc numeratio secuta, præsumitur causa implendæ stipulationis, ideóque ex stipulatione agendum erit. Aut non præcessit, nec facta est spe alicuius futuræ numerationis: & tunc quia ex præcedenti numeratione actio nata est, si postea sequatur stipulatio, noua nascetur ex ea actio. Et licèt olim hoc casu præsumeretur nouatio: non tamen hodie præsumitur, nisi expresse agatur, vt dictum est. atque ideo vnica actione agẽdum erit, quamcunque elegerit actor. *vt d.l.eligere, & l.cum filius, §.varijs, ff. de legat.ij.* In alio autem casu, quando scilicet stipulatio inutilis reperitur, tũc ex sola numeratione nascitur actio & ex ea agitur, *vt l.certi condictio, §.quoniam, ff. si cert. pet. & d.§.Crisogonus.* Nec talis stipulatio inutilis habet vitiare, quo minus ipsum instrumẽtum plenè probet ipsum mutuum, si eo contineatur confessio super mu tuo numerato *secund.Bar.* Nec mirũ, quia propter † inutile non debet vtile vitiari. *vt not.per Dyn.in c.vtile, de reg. lib.vj.* In tertio autem casu: quando scilicet stipulatio est quo ad aliud: hoc est, quando parit solam obligationem naturalem tunc subdistinguitur. Aut quis stipulatur ab eo cui facta est numeratio, & tunc nõ impeditur actio ex numeratione, *vt d.§ quoniam, ver.idem erit.* Aut stipulatur ab alio, & tunc olim fiebat nouatio, hodie non. *vt in l.j.in fi.ff. de nouat. & l.fin.C.eod.* ¶ Nunc accedamus ad secundum principalem distinctionis superioris articulum, qui est, quando numero nomine meo, & stipulor nomine alieno. Quo casu, dic, Aut stipulor ei cui possum stipulari, vt patri vel domino, filio vel seruo, & tunc idem erit ac si mihi stipulatus fuerim. *vt l.si dominus seruo, & l.quodcumque, ff.de verb.oblig.* Aut sum stipulatus ei cui non possum stipulari, vt extraneo. *vt §.alteri, Instit.de inutil.stipul.* & tunc non impeditur actio nasci ex numeratione, *vt sup.dictum est.* ¶ In tertio verò principali articulo, qui est, quando numero nomine alieno & stipulor etiam nomine alieno,

38

Attende, quod Aut est vnus & idem homo cuius nomine numeratur & stipulatur, & tunc agendum est ex numeratione, si sit talis persona, cui non posset stipulari. Si autem posset ei stipulari, agetur ex stipulatione. *vt in d. §. Grisogonus.* Et prædicta procedunt de iure antiquo Digestorum: nam hodie † de iure Codicis isto casu agendum
39 erit ex stipulatione: quia sicut ex numeratione quæritur alteri actio, ita & ex stipulatione fundata super numeratione, vel confessione, pecuniæ depositæ vel mutuatæ, *vt est text. in l. fin. C. per quas perso. nob. acq.* ¶ Sed An quæritur vtilis ex stipulatione, vel directa? In isto casu dicit Bart. quod sola vtilis quæritur, si ratum habeat. *vt l. si ergo, ff. de neg. gest.* quia raio specialitatis, quæ est vt directa quæratur ex numeratione, cessat in stipulatione. At certè videtur etiam directa quæri legis potestate *per text. in d. l. fi. C. per quas perso.* cùm stipulatio veniat accessoriè ad numerationem. ¶ Et ex hoc infertur, quòd si † procurator de-
40 ponat vel mutuet pecuniam nomine domini, & eam domino restitui stipuletur, quod domino quæratur directa actio sine cessione potestate & authoritate: *d. l. fi.* sicut per filium vel seruum quæretur directa patri vel domino legis potestate. *vt ff. de stipul. seruor. per tot.* An autem in aliis casibus præterquàm in numeratione pecuniæ quæratur domino per procuratorem directa actio sine cessione? Notatur *per Cyn. in l. multum interest. C. si quis alteri vel sibi. l. j. C. per quas person. Bart. in l. si procurator præsentis, & l. stipulatio ista, §. si stipulor, ff. de verb. oblig. & fac. quod not. in l. penult. C. ad exhib. & d. l. si ego.* Aut sunt diuersæ personæ, quarum nomine fit stipulatio & numeratio: vt quia nomine vnius numeratur, & nomine alterius stipulatur: & tūc ex sola numeratione agitur. *vt l. j. §. j. ff. de stipul. seruor.* ¶ Circà quartum & vltimum articulum, qui est quando numero alieno nomine & stipulor nomine meo, distinguitur. Aut persona, cuius nomine numeraui, est talis per quam mihi quæritur, vt filius vel seruus, & tunc perinde est ac si nomine meo numerassem, *vt d. l. si dominus seruo.* Aut erat persona extranea, & tunc præualet numeratio: quia non potui mihi stipulando ius alteri quæsitum sibi auferre & in me transferre, *vt in d. l. j. §. j. ff. de stipu. seruor.* Dictū est de mutuo, nunc de commodato agendum, quod etiamsi interdum abusiuè pro mutuo à pragmaticis no-

stris ae-

ſtris accipiatur, à Iuriſconſultis tamen diſtinguitur vnũ ab altero. Et dicitur † commodatum, quod quaſi cũ modo, id eſt, certa forma præſcriptóque vtendi modo datũ. Commodare enim nihil aliud eſt, quam rem ad aliquem vſum certo modo determinatum vtendum dare, eo animo vt poſtquam vſus fueris, eandem bona fide reddas. *l. j. ff. de commod. vel contra.* Et differt pluribus modis Mutuum † à commodato, Primò, quod Mutuum tantùm in rebus fungibilibus, quę pondere, numero & mẽſura conſtant, vertitur: Commodatum, in iis quæ vtẽdo non conſumuntur. Secundò, quod in mutuo transferatur dominium, *l. 2. §. appellata, ff. ſi cert. pet.* Rei verò commodatæ poſſeſſionem & proprietatem retineamus iure ciuili *l. rei commodatæ, cum l. ſeq. ff. commod.* Tertiò, rem Mutuo damus, vt non eandem, ſed aliam eiuſdem generis conſequamur, vt initio huius rub. dictum eſt, commodato, vt eadem. Quartò, Mutuum ad quemuis vſum in genere datur: vt, vtare fruare pro tuo arbitrio, ſicut dominus. *l. in re mandata. C. manda.* Commodatum, ad certum præſcriptúmque vſum. *l. in commodato §. ſicut, ff. commo.* extra quẽ, qui aliter vtitur, furtum committit. *l. v. §. quinimò, ff. eo. & §. placuit, Inſtit. de oblig. quæ ex delicto naſc.* Quintò, ei qui mutuum accipit, res perit: quia dominus eſt. *l. pignus, C. de pigner. actio.* nec caſu fortuito liberatur. *l. incendium, C. ſi cert. pet. & §. item is cui, Inſt. quib. mod. re contrah. oblig.* Commodatarius vim maiorem, *l. ſi merces, §. vis maior, ff. loca.* non præſtat, nec interitum, aut damnum rei caſu fortuito accidens, *l. ſi vt certo, §. nunc videndum, verſ. quod verò, l. eum qui in princ. l. ad eos, & l. argentum, cum l. fin. ff. commod.* dum tamen non ipſius culpa caſus interuenit. Nam dolum & culpam, diligentiam & cuſtodiam, qualem à vigilantiſſimo patrefamil. requirimus (quæ leuiſſimæ culpæ opponitur) commodatarius pręſtat *l. ſi vt certò, §. nunc vidẽdum, cum §. vſque adeo, & §. penult. cum l. in rebus, in princ. ff. commod.* vnde ſi res culpa eius, vel abuſu aut negligentia in caſum interitus aut damni incidat tenetur. *d. l. ſi vt certò, §. nunc videndum, verſ. quod verò, & d. l. eum qui, §. fin. cum l. ſeq. & d. l. in rebus, in princ.* Ideò autem leuiſſima etiã culpa obligatur, & diligentiam ac cuſtodiam præſtare debet, cùm quòd ipſius gratia contractus initur. *d. l. 5 §. nunc videndum. & d. l. in rebus,* nam ſi commodantis cauſa, dolũ

41

42

tantum præstabit, *d.l. si vt certo.§. interdum, & d.l. eum qui,* §.j. velut in deposito (*de quo inf. in seq. rub.*) ibi vtriusque dolum & culpam, non custodiam *d.l. in rebus, in princ.* tū quia bona fide illi creditur, tanquam diligentissimo attentóque patrifamil. vt salua custoditáque rei substantia vta-
43 tur. ¶ Ex hoc contractu † oritur actio commodati, quæ ciuilis est, vtpote ex contractu nominato & iure ciuili recepto, originem habens. quamuis Prætor tuendi iuris ciuilis causa etiam edictum proposuerit, quo pollicetur se actione ex iure ciuili data de commodata ius etiam dicturum. Sic enim inquit, *Quòd quis commodasse dicetur, de eo iudicium dabo.* vt apparet *ex l.j ff. commod.* ¶ Et est hæc a-
44 ctio † commodati tam directa, quàm contraria. Directa commodanti datur, aduersus commodatariū & eius hæredem. *l.j. ij. iij. l. commodare, cum l in commodato, § si ex facto, ff. d.t. commod.* qua vsu in quem res data est finito, commodans agit, vt sibi ea salua & integra restituatur. nam si deterior reddatur, reddi non videtur. *d.l.3.§.j.ff. eod.* quo casu etiam in litem iurabitur, vt in cæteris bonæ fidei iu-
45 diciis. *d.l.3.§. in hac, ff. hoc tit.* Nec solùm † petitur res, sed etiam omnis accessoria, & quicquid ex re fructus quocunque tempore vtilitatísque obuenit. *d.l. si vt certo, §. vsque adeo.* Neque enim rem quæstui commodatario esse oportet: quia eius periculo non est *l. si is qui, ff. h.t.* Contra-
46 ria † actio commodatario datur ad petendum quod sua interest. Si res commodata ante vsum expletum auferatur. *d.l. in commodato, §. sicut, in fi. & l. rem mihi, in princ. ff. eo.* aut vitio rei, quod vitium sciens celarit commodator, damnum fecerit. *d.l. in rebus, § item qui sciens.* Item ad petendos sumptus in rem commodatam factos extra cibaria & modica impendia, quæ naturali ratione ad eum qui
47 re vtitur pertinent. *d.l. in rebus, §. possunt.* Quòd † autem contrario iudicio consequi quisque potest, id etiam recto iudicio qui conuenitur, poterit saluum habere iure compensationis. *d. l. in rebus, vers. quod autem,* nam cui damus actionem, ei multo magis exceptionem competere dicendum est. *l.j. vers. nam cui damus, ff. de superfic.* ¶¶ Quoniam autem ex cōtractibus nascuntur obligationes, maximè ex mutuo & commodato, & ex obligationibus pignora & hypothecæ, quæ etiam plerumque in instru-
48 mentis apponuntur. Sciendū est, quod aliquando bona †
expres-

expressè obligantur ex partium conuentione: aliquando verò ex legis potestate. De expressa obligatione seu hypotheca loquitur *l. contrahitur, & l. res hypothecæ, ff. de pign. & fac. l. ij. & iij. cum simil. C. eo. & C. quæ res pign. oblig. poss. per tot.* De tacita † autem, quæ in quibusdam casibus specialibus introducitur, vel fauore personæ, vel causæ, loquitur titulus Digestor. *in quib. caus. pign. tac. contrahit. & C. eod. per tot.* Qui casus speciales sunt in contractu inito per fiscum, in dote, in pensione rei rusticæ vel vrbanæ, in administratione tutelæ, & in eo qui pecuniam concessit ad refectionem nauis, vel domus, *vt ibi habetur.* ¶ Notandum autem, quod in † generali obligatione bonorum nedum veniunt bona præsentia, sed etiam futura, *vt l. fin. C. quæ res pign. oblig. & l. j in princ. ff. de pign.* Et veniunt sola bona propria ipsius debitoris: quia aliena non possunt sine domini consensu obligari. *vt l. ij. C. si res al. pign. data sit. & l. filios, d. t. quæ res pig. cum simil.* ¶ Sed An in † generali obligatione bonorum comprehendantur, seu includantur iura & actiones? Quidam dicunt, quod non. *vt not. Specul. in tit. de fruct. & interesse. §. j. vers. 2.* In contrarium tamen est veritas, *vt probatur in l. nunquam, §. fin. cum l. seq. ff. ad Trebell. & l. si legatum, §. j. & l. meorum, ff. de verb. sig.* quam opinionem sequitur Gloss. *in l. heredem, C. de hered. action.* ¶ Quid dices in donatione † generali omnium bonorum, (*de qua Bart. in l. Quintus Mucius, 27. ff. de auro & arg. leg. & Dyn. in l. nominis & rei, ff. de verb. signif.*) An in ea includantur debitorum nomina? Et dicit Dyn. quod non. *arg. d. l. nominis. & fac d. l. Quintus, idémque tenet Guilel. de Cun.* vnde potest inferri, quod donatio † talis non posset infringi, ex eo quod auferat testamenti factionem, cùm possit testari de & super iuribus seu nominibus debitorum. verùm Bart. voluit aliter distinguere *in d. l. Quintus, vbi eum vid.* ¶ Ad pleniorem autem notitiam obligationis bonorum, sciendum est, quod † pignorum quatuor sunt in iure species. Quoddam etenim est conuentionale, quoddam legale, quoddam prætorium, & quoddã iudiciale. Conuentionale † pignus, illud est, quod hominis promissione cõtrahitur, de qua specie loquitur, *l. cõtrahitur, cũ simil. sup. alleg. ff. de pig.* Legale † illud est, quod legis potestate inducitur, *vt s. dictũ est,* de quo agitur *in ti. D. & C. in quib. caus. pig. tac. cõtrah.* Prætoriũ, † quod cõtra-

49 50 51 52 53 54 55 56 57

hitur per interlocutoriā prętoris vel iudicis potestatē, de quo *in l. non est mirum, ff. de pigner. act. l. si duo, §. creditores, ff. uti possid. l. 3. in fi. ff. de adqu. poss. & ibi not. & l. 2. C. de prætor. pignor. cum similib.* Iudiciale † verò pignus, illud est, quod contrahitur per sententiam definitiuam. & in eius executione, facto iudicis exequentis. de quo loquitur *l. à diuo Pio §. si super rebus, & §. exequantur, ff. de re iudic.* Et optimè ad vtramque speciem pignoris tam prætorij, quàm iudicialis *fac. text. in l. 2. C. qui pot. in pign. hab.* ¶ Deinde quæritur, Quæ sit † differentia inter pignus & hypothecam? Et dic, quod ad vsum attinet, tantum nominis sonus differt. *vt l. res hypothecæ, §. inter, ff. de pignorib. vbi Doct.* alterum enim Græcum, alterum Latinum vocabulum est: Quare statutum, quod de pignore loquitur, etiam in hypotheca obtinebit, & è contrario. *vt not. Neguz. an. in tract. pign. part. j. nu. 8. & 9. contra Bart. in l. si rem, §. propriè, ff. de pign. act.* Verùm si proprietates verborū exactè limare volumus, *pignus* † à *pugno* Latinis dicitur, quòd traditur quasi de manu in manū creditori: hypotheca verò, quicquid supponitur obligationi, manente apud debitorem possessione. *§. item Seruiana, in fin. Instit. de action. l. si rem. §. j. d. t. de pign. act. & l. plebs est, §. fi. ff. de verb. sig.* Pignus † autem dicitur tam ipsa res quæ pignori obligata est *vt toto tit. de distr. pign.* quàm ius quod creditor in pignore habet *vt tit. quæ res pign. oblig. & qui potior. in pign. habeat.* Et est propriè ius illud reale, quo creditor nomine eius quod sibi debetur, rem obligatam tenet. quanquam & ipse contractus, quo res creditori, pignus etiam dici possit. *l. j. §. fi. vbi Doct. ff. de pact.* De eius speciebus suprà diximus, nūc superest vt differentiam ostendamus in illas, & primùm inter † pignus tacitum & expressum: & inter conuentionale & prętorium? Et breuiter quoad primum dico, quod differunt tacitum & expressum quoad modum constituendi. quia expressum producitur partium conuentione & prouisione: Tacitum legis potestate, vt patet ex præmissis. Similiter differunt in operatione & effectu. quia regulariter expressum præfertur tacito *vt l. si fundū, & l. assiduis, C. qui potior. in pign. hab. & ibi not.* Quod verum intelligas secundum determinationem eorum quæ infra dicentur. Ad secundum quæsitum respōdeo, quod in multis inter se differunt conuentionale † & prætorium, *vt not.*

58 59 60 61 62 63

not *per Glo. & Bar. in l. j in princ. ff. de pigner. act.* ¶Et primò differunt in modo & forma constituendi. nam conuentionale contrahitur solo partium consensu, *vt d. l. contrahitur. & l. res hypothecæ, ff. de pignor.* Sed prætorium constituitur demum traditione interueniente vel facta per iudicem. *vt l. non est mirum, in fi. ff. de pignor. act. l. cùm vnus, §. fin. cum l. seq ff de bon. author. iud. poss.* Constituitur etiam hoc pignus tam in bonis minoris quàm maioris, *vt l. apud Iulianum §. j. ff. ex quib. caus. in posses. eat. & l. si minor, ff. de bon. auct. iud. possid.* Sed in conuentionali in minore requiritur decretum iudicis, *vt l. lex quæ tutores, C. de administ. tut & not. in l. j. & ij. C. de præd minor.* Differunt etiam in effectu acquirendi. quia in conuentionali secuta traditione transfertur possessio in creditorem, *vt l serui nomine, ff. de vsur. l. j. §. per seruum, & l qui pignoris, ff. de adquir. poss. & not. in l. cum notissimi, §. j. C. de præscript. xxx. ann.* Sed in prætorio non transit aliqua possessio, *vt l. iij. in fi & ibi not. ff de adquir. poss.* Et per hoc insurgit alia differentia, videlicet, quod creditor pignoris conuentionalis habet interdictum Vti possidetis, si turbetur in sua possessione, non autem is qui habet prætorium, *vt l. si duo, §. creditores, ff. vti possidet.* Item in conuentionali habet locum regula, *Qui prior est tempore.* &c. *vt l. prior, & l. diuersis, C. qui pot. in pign.* sed in prætorio locum habet distinctio, An sit eiusdem tituli vel diuersi, *vt l. 2. C. d. t. qui potior. & inf. dicetur.* Item in conuentionali non reperitur per debitorem nisi debito priùs soluto. *vt l. si rem, §. omnis ff de pigner. act.* sed pignus prætorium statim reuocatur, cùm cautio de iuri parendo offertur, *vt in authent. ei qui, C. de bon. author iud. possid. & not. in l. si pecuniæ, in fi. ff. vt in posses leg.* & hoc aliqui tangunt *in l is consequenter, ff. famil. ercisc.* Item differunt circa qualitatem actionis, quæ pro pignore competit debitori. quia in conuentionali competit debitori, debito soluto, directa pignoratitia act. sed in prætorio competit vtilis, *vt l. is cui, §. quæri potest, ff. vt in posses. leg.* Item in conuentionali tenetur creditor de dolo, lata & lqui culpa. *vt l. si vt certo, §. si duobus vehiculum, & §. nunc videndum, ff. commod.* In prætorio autem, tenetur tantum de dolo & lata culpa, *vt l. prætor. §. præterea, ff. de bon auct. iud. possid.*

Conueniunt † tamen in hoc: quia pro vtroque pignore competit creditori actio hypothecaria, *vt l. j. & ij. C. de* 64

O. j.

65 *prætor.pignor.* ¶ Sed quid dicemus in pignore † iudiciali? Respond.quod idem iuris est,quod de prætorio dictũ est, vt probatur *ex d.l.ij.in fi.C.de prætor.pign.*¶ Nunc superest videre, quæ actiones competant creditori pro pignore vendicando.Circa quod sic est notandũ,quod tres † sunt

66 eidẽ proditæ actiones:videlicet actio Seruiana,actio quasi Seruiana, quæ hypothecaria appellatur, & Saluianum interdictum, de quibus traditur *in §. item Seruiana, Instit. de action. & C. de Saluia. interdict.l.j.* Siue ergo dicamus pignus esse conuentionale, siue prætorium,siue iudiciale,siue legale,in omnibus casibus regulariter locum habet actio quasi Seruiana,quę hypothecaria vocatur.*vt in d §. item Seruiana, & d.l.j. & ij.C.de prætor. pign. & Instit.de a-*

67 *ction.§ interdum.* ¶ Differentia † autem inter Seruianum & Saluianum interdictum , quæ ambæ actiones competunt contra colonum vel inquilinum,est talis. nam Saluianum interdictum est personale , in rem tamen scriptum , *vt l.j.ff.de Saluia.interd.* Ideóque directam datur contra colonum vel inquilinum , sed vtile contra quemlibet possessorẽ,vt ibi habetur. At actio Seruiana est merè realis,*vt in d.§.item Seruiana.*Item agenti Saluiano interdicto sufficit probare colonum possedisse,sed agenti Seruiana , oportet probare etiam rem fuisse in bonis coloni. Per quod patet alia differentia, quòd agens Salui. interdicto minùs grauatur in probando:ideo minus consequitur,cùm per illud sola possessio auocetur.Sed in Seruiana plus grauatur,ideo plus consequitur.*vt not.per Doct.in l.j.*

68 *in fin.C.de Saluia.interd.* ¶ Sed pone, quod plures † creditores habeant rem pignori obligatam , prout sæpe accidit,& omnes agunt hypothecaria cõtra possessorem: quis eorum præferendus? Breuiter in hoc decurrendum est *ad not.per Gloss. in l.j. C de priuileg. dot. & l.priuilegia, ff.de priuileg.cred.& ad distinctionem Dyn.in reg.Qui prior est tempore &c.de reg. in vj.* Aut omnes creditores prætendunt priuilegium circa istud ius reale , aut circa ius personale: Aut quidam ex his prætendunt ius reale, & alij personale: Aut quidam personale, & alij nullum: Aut nullus eorum priuilegium prætendit. Primo casu, quando scilicet omnes prætendunt priuilegium reale,subdistingue, Aut omnes prætendunt pignus conuentionale, aut omnes prætorium:aut quidam cõuentionale & alij prætorium. Si quidem omnes prætendunt conuentionale vel quasi:

tunc aut omnes prætendunt expressũ pignus, aut omnes tacitũ: aut quidã tacitum & alij expressum. ¶ Siquidem omnes † prætendunt expressum, tunc aut sunt eiusdem 69 temporis, aut diuersorum temporum. Si temporis eiusdem, aut simul in eodem actu fuit res ipsa omnibus obligata, & tunc admittitur vnusquisque æqualiter. Si verò fuerit separatim obligata, nec appareat cui primo, tũc aut omnes agunt contra debitorem, vel extraneum possessorem. & tunc melior est occupãtis conditio: Aut agunt inter se vnus contra alium, & tunc melior est possidentis conditio. *vt not. in l. si fundum, §. si duo, ff. de pignor.* Si autem sunt diuersorum temporum, tunc habet locũ præd. reg. *Qui prior est* &c. de qua *in l potior. & l. creditor, ff. qui potior. in pign. & l. si fundus, C. eod.* Fallit tamen † hæc reg. in nonnullis casibus: Primò, in eo † qui mutuauit ad domus refectionem, qui aliis cred. præfertur in ipsa domo, *vt not. in authent. de æqualit. dot. §. his consequens, collat. 7. Nouel. 7. & l. interdum, ff. qui potior.* Quod tamen probandum erit per ipsum creditorem, *arg. quæ not in l. ciuitas, ff. si cert. pet.* Sufficit † tamen probare, quod tempore contractus ipsa domus egebat refectione, *vt l. si. in princ. ff. de exerc.* Si ergo in instrumento dicatur, quòd cùm talis domus magna egeret refectione: idcirco pro ipsius reparatione & refectione talis fuit confessus se mutuo habuisse à Caio centum: An per hoc erit fundata intentio creditoris? Et videtur quod sic, quia standum est in instrumẽto. *l. cùm precibus, C. de proba. cum simil.* In contrarium videtur, quia ista sunt verba narratiua, quæ non probant iuxta materiam traditam *in authent. si quis in aliquo, C. de eden.* Et quamuis varia sit Doctor. opinio: dic tamen *vt not. per Bart. in d. l. ciuitas.* Et consilium melius videretur, quod fieret instrumentum separatum in præsentia plurium testium super dirutione & necessitate reparationis ipsius domus, & postea aliud super mutuo, in quo contineretur prædicta narratio. Et idem dico in similibus. ¶ Vbi autem Ecclesia † mutuam sumeret pecuniam, tunc habet necesse creditor probare verè & realiter versam esse in vtilitatem ipsius ecclesiæ. & in hoc debet esse curiosus ipse creditor *secund. Innoc. vt pulchrè not. per eũ in ca. j. Ext. de depos.* Quando autem dicatur versa pecunia in vtilitatem ipsius ecclesiæ vel ciuitatis. *vid. l. quod si seruum, §. & regulariter, ff. de*

70 71 72 73

74 *in rem vers.* Item fallit † regula præd. in eo qui mutuat pecuniam pro re aliqua emenda eadem lege. vt sit sibi ipsi pignori obligata, qui in ipsa re omnibus aliis antefer-
75 tur. *l.licet, C.qui potior.* Item † in eo, cuius pecunia emitur militia *vt l fin.C.de pignor.& in authent. quod obtinet.* Item in dote, pro qua mulier præfertur habenti tacitam hypothecam, non autem expressam, *vt l.assiduis, C.qui potior.* Item in eo qui habet priuatam scripturam trino teste notatam, qui præfertur alij tale instrumentum publicum vt
76 priuatum non habenti, *l.scriptura, C.qui potior.* Item † in fisco, qui in causa primipilari præfertur omnibus, *vt l.satis, C.in quib. caus. pign.tac.contrah.* Item in eo qui in funus expedit. *l.si quis, § si colonus, & l impensa funeris, in fi ff.*
77 *de relig.& sumpt.fun.* Item † in eo qui habet similem titulum cum posteriore creditore, & vendidit pignus prætorium. nam is in precio concurrit cum posteriore: & e-
78 contra, *vt l.is cui, § prior, ff.qui potior.* ¶ Quid † autem dices in eo qui præstitit semen causa fructuum percipiendorum, An in ipsis fructibus sit præferendus pro dicto semine aliis creditoribus tempore anterioribus? Videtur quod non: *per l.qui scit, in princ.ff.de vsur.* In contrarium facit *l.procuratoris, §.in tributum, vers. quid tamen, & § si plures, ff.de tribut.* Eadémque distinctio per omnia est seruanda & fienda in alio casu, quando omnes prætendunt pignus tacitum *per iura prædicta, & per l.j.§.si colonus, ff.de Saluia. interd. & l.fi. C. eod.tit. & l.insulam, cum simil.ff qui*
79 *pot.* ¶ Vbi autem quidam prætendunt † tacitum pignus, & quidam expressum: tunc aut sunt eiusdem temporis, aut diuersorum. Et si diuersorum Aut præcedit hypotheca tacita & sequitur expressa, aut econtrà. & vtroque casu prioritas temporis attenditur siue præcedat tacita, siue expressa. *vt l j.resp.ij.C.rem alien gerentib* quamuis super hoc Gloss. dubitauerit *in l.si pignus, ff.qui potior.* Fallit tamen in dote, *vt sup.dictum est,* siue præcedat tacita, siue expressa, *vt l.Titius, in princ.§.negotiatori.d.t.ff.qui pot.& l.si fundum, c.eod. & l.si ignorante, c.de remiss pignor.* Si verò fuerunt eiusdem temporis, dic tunc per omnia, *vt sup.dictum est.* quando omnes prætendunt tacitum, vel omnes expressum, & sunt eiusdem temporis. Et huius est ratio,
80 quia regulariter Tacitum † & expressum æquiparantur. *l.cùm quid, ff.si cert.petat.* nam ille qui in domus refectionem

nem mutuat, præfertur alteri tacitam vel expressam hypoth.habēti. Ergo &c. Præterea ius singulare † est in do- 81
te, vt mulier præferatur habentibus tacitam: ergo in contrarium erit ius commune in aliis causis & person:§. *l. ius singulare, ff. de legib.* ¶ In alio † articulo, quando omnes 82
prætendunt pignus prætoriū, distingue. Aut omnes sunt eiusdem tituli: puta omnes ex contractu, vel omnes de vltima voluntate, vel omnes ex causa damni infecti: & tunc omnes simul concurrunt, nec in eis temporis prioritas attenditur, *vt l. si finita, §. si plures, & §. Iulianus, cum l. prætor, §. eius rei. ff. de damn. infect. l. j. C. de bon. auctor. iud. poss: d. l. cùm vnus, ff. eod. & l. is cui, §. qui prior. ff. vt in possess. legat.* Aut sunt diuersorum titulorum, & tunc locum habet d. reg. *Qui prior. vt l. si decreto, C. qui potior. & d. l. is cui, §. postquam.* ¶ Super alio articulo, quando quidam prætendunt prætorium, & quidam conuentionale, etiam locum habet d. reg. *Qui prior. vt l. si & iure, ff. qui potior. & l si postquam, C. vt in poss. leg.* ¶ Sed circa præmissa interdū quæritur, Ecce statuto † ciuitatis cauetur, quod bona ciuiū sint 83
communi obligata pro talleis & oneribus. accidit, quod aliquis pro pecunia mutuo sumpta, vel alia causa, bona sua creditori obligauit: deinde imposita est tallea in communi. quæritur, † quis præferendus, an cōmune, an creditor? Et determinat Ia. But. *in l. si quis, C. de rescind. vend.* 84 85
quod sit commune. Ratio autem est, quia † quando ex causa præcedente impletur obligatio debitore inuito, tūc semper ad tempus contractus retrotrahitur supplementum. *vt l. potior, & l qui balneum, ff. qui potior.* ¶ Modò venio ad secundum principale membrum: videlicet, quando † 86
omnes prætendunt priuilegium personale tantùm. In quo casu subdistingue, Aut sunt eiusdem tituli, aut diuersorum, Primo casu regulariter concurrunt, non attento ordine temporis, *vt traditur in l. priuilegia, ff. de priuileg. cred. & l. si hominem, §. quoties, ff. de pecul.* Fallit in duabus dotibus ab eadem substantia debitis, in quibus temporis ordo attenditur, *vt in d. l. assiduis, §. fin.* Item in fisco, *l. quod quis, ff. de priuileg. cred.* Vbi autem diuersorum sunt titulorum subdistingue, Aut omniū priuilegia sunt paria, & tūc simul concurrunt, temporis ordine non attento: Aut sunt disparia, & tunc attenditur cuiuscunque causa & titulus, & ille præfertur, qui habet maius & potentius priuile-

gium,*vt d.l.priuilegia* j.*resp. & ibi Gloss. & Dyn. & fac.l si ventri,§.in bonis,ff.de priuileg credit.* ¶ Capio tertium principalem casum, videlicet, quando † aliqui prætendunt reale, & aliqui personale. In quo dic,quod semper reale præfertur personali,*vt l.eos,C.qui potior,& l.rescrip.in prin. ff.de pact.* ¶ In quarto † autem principali articulo,videlicet, quando quidam prætendunt personale, & alij nullum:tunc præferuntur priuilegiati. *vt l.sed an hoc, ff. quod cum eo.l ex facto . § fin. ff.de pecul.l.ij. & l.si ventri.§.ratio.ff. de priuileg.cred.l.j.& ij.cum similib ff.de cess.bono.* ¶ In quinto † autem principali casu, quando nullus eorum prætendit priuilegium, tunc subdistinguitur. Aut agitur ad dationem quantitatis speciei,vel generis: Aut ad factum merum. Primo casu aut erant bona possessa per creditorem,& tunc omnium est exæquata conditio. vnde si vni soluatur in totum,per alios fit reuocatio pro rata. *vt l.qui autem,§ sciendum,& l.ait prætor.§.si debitorẽ,ff.quæ in fraud. cred.* Aut non erant possessa, & tunc Aut omnes creditores pariter instabant, & tunc si debitor volens vni gratificare integrum debitum suum soluat, reuocabitur per alios pro rata debiti sui cuiuscunque,*vt l.pupillus,d t.quæ in fraud.* Aut non omnes,sed aliqui soli instabant: & tũc aut vni soli per debitorem soluitur spõtè, aut coactè & inuitè. Si sponte reuocatur pro rata per alios , *vt d. l.pupillus, & l.qui autem,§.sciendum.* Fallit in casu *d.§ si debitorem*, Si verò soluit coactè per iudicem compulsus, tunc non reuocabitur.*vt d.l.qui autem,§.item apud Labeonem.* ¶ Alio † autem casu cùm agitur ad factum, subdistingue , Aut ipsum factum petitur,& in condẽnatione deducitur simpliciter;Aut interesse propter factum.Primo casu,si omnes creditores simul concurrunt, præfertur ille qui primò contraxit. *vt l.in operis, ff.loca.* Secundo casu, dic per omnia, prout suprà in casu quo agitur ad quantitatem , *vt not in d.l.in operis, & l stipulationes non diuiduntur,§ Celsus, ff.de verb. oblig.* ¶ Sed quia in præcedentibus dictum est, quod in pignore cõuentionali traditione secuta transit eius possessio in creditorem.quæritur,Quæ † sit illa possessio ? Ad hoc sic distingue,Aliquando debitor tradidit simpliciter possessionem: Aliquando constituit se precario nomine tenere ipsius creditoris.Primo casu,cùm simpliciter tradidit, vel manualiter, vel nudè , constituendo se eius

87

88

90

91

se eius nomine possidere: tunc omnis possessio tam naturalis, quam ciuilis transit in creditorem: *ut l. res pignoris, & l. qui pignorum, coniuncta l. quod meo, ff. de adquir. poss.* & hoc, quoad omnes fructus, saluo quo ad effectum perficiendæ præscriptionis. quo effectu & respectu attento, dicitur debitor possidere, *ut plene traditur per Glo. & Doct. in l. cum notissimi, §. sed cùm illud, C. de præscript. xxx. ann.* licèt aliud sit in prætorio pig. *ut ibid. not.* ¶ Secundò verò † 92 casu, quando constituit se debitor precario nomine creditoris possidere, tunc distinguitur. nam aut agitur, quod omnis possessio transferatur, vel sola ciuilis, vel sola naturalis: & illa transfertur; aut dubitatur quid actum sit, & tunc transit sola ciuilis, & remanet naturalis penes debitorem. *ut hæc probantur & traduntur in l. & habet, §. eum qui, & fac. l. cæterùm, al. certè. § fi. cũ l. si debitor, & ff. de precar. & not. per Bart. in l. creditores, in 2. q. principali, C. de pignor.* ¶ Amplius: Cùm in præcedentibus traditum sit quid iuris, quando eadem res pluribus obligatur, quis illorum præferatur: nunc quæritur, An debitor † puniatur, qui 93 rem pluribus obligat? Dic breuiter quod sic, si quidem scienter pluribus & diuersis temporibus obliget. nã tunc tenetur crimine stellionatus: *ex l. j. & fin. c. de crim. stell. & l. iij. post princ. ff. eod.* Distinguendo tamen, *ut ibid. nota. Doct.* hoc intelligendum de obligatione expressa & speciali. in qua adhuc etiam subdistinguendum: Aut debitor ipse protestatus est obligando specialiter, rem iam alteri obligatam esse, & ita excusatur. *ut l. & quæ nondum, §. fin. ff. de pignor.* Aut non est protestatus: & tunc Aut ipsa res est sufficiens pro vtroque debito, & tunc quoque excusatur. *ut l. si quis in pignore, circa fin. ff. de pigner. act.* Aut non est sufficiens, & tunc tenetur præd. criminis pœna quæ habetur in *l. stellionatus, iij. §. pœna, ff. stellionat.* ¶ Si denique aliquis † rem eandem duobus vendat, non quidem stel- 94 lionatus, sed falsi pœna puniendus est *ex l. duobus, ff. de fals. & not. per Gloss. & Doct. in d. l. iij.* quod tamen malè seruatur in practica, propter locorum capitula & statuta. Quidam autem dicunt, illis iuribus esse derogatum per generalem consuetudinem, quæ inducta est, ne impediantur negociatores à suis negociis. & sic Minimè † mutanda 95 sunt, quæ pro bono publico hanc habuerunt interpretationem. *argu. l. minimè, cũ simil. ff. de legib.* ¶¶ Vt autem

hanc hypothecarum materiã in vsu forensi cognitu necessariam pluribus persequamur. Sciendum est, tandẽ † rem ex pluribus & diuersis causis posse eidem creditori obligari, & ab vno eodémque ex pluribus etiam causis posse possideri: non quidem illius domini jm ex pluribus causis adquiri, *vt traditur in l. iij. §. ex pluribus, ff. de adquir.*
97 *poss. & l. non vt ex pluribus, ff. de reg. iur.* ¶ Plura autem † sunt necessaria ad hoc vt agi possit hypothecaria. Primò, quod res ad quam agendum est, fuerit & sit obligata vel hominis conuentione, vel legis prouisione, *vt sup. dictum est, & fac. l. contrahitur, & l. res hypothecæ, ff. de pignor. & per tot. ff. & C. in quib. caus. pign. tac. contr.* Secundò, quod debitor sit in mora soluendi debitum, *vt l. debitores, C. de pign.* quia non licet creditori agere ante diem solutioni determinatam, *vt l. j. in fi. ff. vsufr. quemad. caueat. & in §. plus, Instit. de actionib.* Tertiò, quod debitum sit verum. quia cessante debito, cessat hypothecaria actio, *vt l. & quæ nondum, §. quod dicitur, & l grege, §. etiam, cum seq. ff. de pign. & l. solutum, in princip. ff. de pignor. act.* Quartò, quod is contra quem agitur rem obligatam possideat. *vt l. pignoris prosecutio ff. d. t. de pign & d. §. quod dicitur, & l. si cum venditor. in princ. ff. de euict. & Instit. d. §. item Seruiana.* Hîc quæritur.
98 Quid nunc si conuentus † negauerit se possidere? Dic quod siue conuincatur de mendacio, siue id verum sit prout negauit, quod tamen omni casu actor mittendus est in possessionem rei petitæ, quo ad præiudicium ipsius rei conuenti tantum, *arg. l. fin. ff. de rei vind. & fac. authent. item possessor, C. qui potior.* Quinto requiritur vt agi possit hypoth. quod res ipsa fuerit in bonis debitoris obligationis tempore, vel etiam post. *vt in d. §. quod dicitur, & l. j. in princ. ff. de pignor. & l. fin. C. quæ res pign. oblig. poss.* Nam
99 Res † aliena sine domini voluntate obligari non potest. *vt l. j. & ij. C. si res aliena pign. & l. rem alienam, ff. de pig. act.* licèt vendi possit res aliena sine domini voluntate, quoad præiudicium vendentis. *vt l. rem alienam, ff. de contrah. emp.* vbi & differentiæ ratio notatur. Sextò, quod non sit de debito satisfactum per compensationem fructuum à creditore perceptorum. *l. j. C. de distract. pign. & l. j. in fi. C. de*
100 *pignor. act. cum simılib. ibid. not.* ¶ Quid si pactum sit † interpositum in ipsa pignoris obligatione, *de quo in l. j. & ij. C. de pact. pign.* verbi gratia, Si dictum est, quod non soluta

pecunia

pecunia ad terminum res ipsa cedat dominio creditoris, An valeat? Dic, quod non. *vt ibi.* Secus autem esset, si dictum fuerit, quòd pecunia ad terminum non soluta, res ipsa sit vendita creditori iusto precio æstimanda. tale enim pactum valet. quod est notandum, *vt habetur in l. si fundus, §. fin. ff. de pignor. & not. per Gloss. in d. l.* j. In quo casu sit diligens creditor, vt termino lapso statim compelli faciat debitorem ad eligendum æstimatorem ipsius rei, per quem declaretur iustum pretium. alioquin fructus sibi computarentur in sortem. ¶ At circa præmissa insurgit tale dubium: videlicet, qualiter † probabitur rem fuisse in bonis debitoris? Dicunt quidam, quod sufficit probare debitorem tunc possedisse ipsam pro sua & tanquā suam. Alij dicunt, quod probari debet de dominio ipsius debitoris. Tu tamen *secund. Doct.* omnia concludendo & colligendo sic distingue. Aliquando lege municipali reperitur cautum, quod ex possessione præsumatur dominium: & tunc sufficit probare debitorem possedisse. Aliquando sumus in iure communi: & tunc Glossæ videntur inter se contrariæ. Tu dic, quod aut creditor agit directa hypothecaria, & tunc debet probare de dominio vel quasi debitoris, siue ipse creditor agat contra ipsum debitorem, siue contra extraneum possessorem. & sic intelligenda Gloss. *l. j. C. de Saluia. interd. & d. §. item Seruiana, Instit. de actionib.* Aut creditor agit vtili actione. & tunc subdistingue. nam Aut agit contra ipsum debitorem, aut contra extraneum. Primo casu Cyn. *in l. cùm res, C. si res aliena pign.* dicit, quod sufficit probare debitorem possessorem fuisse, & adhuc esse. & sit ratio, quia ipse debitor non potest dominij quæstionem referre ipsi creditori: ideo eius possessio facit eum præsumi dominum. Sic intelligitur Glossa. *d. l. cùm res secund. eum.* Sed Bart. in hoc casu dicit, necesse esse probare de ipsius debitoris titulo *vt per eum not. in l. rem alienam, ff. de pign. act.* & sit ratio: quia lex dicit, quod rem fuisse in bonis debitoris probari oportet, *vt in d. §. quod dicitur.* Res autem dicitur esse bonis, pro qua possessoris datur actio. *vt l. rem in bonis, ff. de adquir. rer. dom.* Ergo sequitur, omni casu necesse fore probari de titulo. quia sola possessio non daret ipsi debitori actionem. quia eo modo lex tuetur in re obligata, quo ipsum tuetur debitorem. *l. si ab eo, ff. de pignor.* vnde *secundùm eum,* debet

101

aduocatus formare capitulum super titulo. Sed certè hæc erit dura probatio, maximè cum hoc stet in facto alieno: & conuentus vt litem effugiat negabit titulum. & sic res deueniet ad absurdum. Sic ergo verior Cyni opinio præcedens. Vbi autem agitur contra extraneum, tunc secundum quosdam distinguitur. Aut ipse extraneus causam habet à debitore, & tunc idem ac si ageretur cōtra ipsum debitorem. Aut nullam causam ab eo habet, sed ab alio. & tunc probare debet de dominio vel quasi dom. debitoris. *arg. l. quod ipsis, & l. in omnibus, §. non debet, ff. de reg. iur.* Alij dicunt, aut iste extraneus habet causam lucratiuam siue ab ipso debitore, siue ab alio: & tunc idem ac si ageretur contra ipsum debitorem: Aut habet causam onerosam, & dic vt proximè dictum est. *argu l. apud Celsum, §. de authoris, ff. de doli except.* & hanc partem sequitur Cyn. sub dubio fortè *in d. l. cum res.* Sed Bart. *vbi supra.* tenet etiam hoc casu debere indistinctè probari de dominio debitoris. Nec obstat *d. §. de auctoris.* quia ibi loquitur in actore, hîc in reo vel conuento, cui dolus authoris non nocet. *vt in l. an vitium, ff. de diuers. & temp. præscrip. & not. in l. 2. §. 1. ff. de doli except.* Si verò agitur contra extraneum non habentem causam à debitore, tunc *secund. Cyn.* distinguitur. Aut res ipsa vendicatur tanquam obligata, & tunc probari debet de titulo & possessione debitoris. & ita intelligenda gloss. *d. l. rem alienam, de pign. act.* & sic ratio *d. l. si* 102 *ab eo.* Aut † prætendit ius hypothecæ in sola rei possessione, & sic ad solam rei possessionem agitur. (quia apud debitorem erat sola rei possessio.) & tunc aut debitor si cecidisset à possessione, potuisset ipsam aliqua actione reuocare. (quod quidem contingere poterit in pluribus casibus not. *in l. 2. ff. de condict. indeb. & per Gloss. & Doct. in l. in ciuile, C. de furt. & l. & ideo. ff. de condict. furt. & per Bart. in l. rem quæ nobis, ff. de adqui. poss.*) & tunc creditor per hypothecariam poterit hanc possessionē auocare *per reg. d. l. si ab eo.* & sic agere poterit ipse creditor illa actione vtili, quæ apud debitorem erat directa, *vt not. in l. nomen, C. quæ res pign. oblig. poss.* vel vtili hypothecaria. *l. grege, §. 2. ff. de pig.* Aut debitor cadens à possessione non habet actionem ad ipsam reuocandam, & tunc nec creditori succurretur ad petendum illam. quia extincta debitoris possessione, extinguitur etiā creditoris hypothecaria: cùm alia

fuerit

fuerit debitoris & alia sit possessio huius possessoris. *arg. l. si is qui pro emptore, §. pen. ff. pro empt.* ¶ Et quoniam secundum prædicta, Creditori † agenti directa hypothecaria, 103 difficile erit sibi probare de dominio vel quasi dom. debitoris: ideo de iure communi melius est agere vtili actione, vel longè consultius eo casu, quo debitor constituit bona obligata tenere & possidere nomine creditoris, prout fit quotidie in instrumentis intentare conditionem *ex l. fin. C. de adquir. poss.* Sed inhærendo Bartoli opinioni, qui tenet probandum esse de dominio vel quasi debitoris siue agatur contra ipsum debitorem, siue contra extraneum. pro tanto quæritur, Quis erit modus & quæ praxis probandi? Et quæst. soluendo dicit ipse cum distinct. Aut agitur contra debitorem, vel eius hęredem: & tunc sufficit simpliciter allegare ipsum dominium vel quasi, & probare de eius possessione. qua possessione probata inducitur probatio præsumptiuè de dominio vel quasi allegato. quia non potest referre dominij quæstionē, *vt sup. dictū est.* & sic patet quod quantum ad effectum conueniunt Cyn. & Bart. quamuis ipse Bart. dicat dominium siue titulum esse ad allegandum, quod non est necesse *secund. Cyn.* Aut agitur contra extraneum, & tunc *secund. eum* probandum est de dominio vel quasi debitoris per modos traditur *in §. singulorum, Instit. de rer diuis. & not. per Bart. in l. rem quæ nobis, ff. de adquir. poss. & Cyn. in l. cum res, c. de probat. & Specul in ti. de loca. vers. 6.* ¶ Rursum quæritur, An † personalis & hypothecaria possit simul in 104 eodem libello proponi? verbi gratia, si peto Titium mihi ex causa depositi condemnari in centum, & domum eius mihi ex ea causa obligatam relaxari, &c. Et videtur quod non. quia sententia lata super vna actione, facit præiudicium in alia, *vt l. si deferendi, ff. quib. mod pig. vel hypoth. sol.* Ergo &c. In contrarium determinat Dyn *in cap. nullus pluribus, Ext. de reg. lib. 6 per text. in authent. de fideiuss. §. sed neque, coll. 1. Nouel. 4.* & hoc operatur indentitas debiti & finis vtriusque actionis, *vid. Gloss. in l. nemo, §. quoties, ff. de reg. iur.* ¶ Amplius quæritur, An † cùm a- 105 gitur actione ciuili vel criminali, debeat inspici tempus & locus contractus, vel criminis commissi & in libello inseri? Et dic breuiter, quod sic vbi agitur de delicto,

vt not. per Bart. in l. libellorum, ff. de accus. In contractibus au- tem, cùm in illis ciuiliter agatur: videtur idem dicédum, 106 quia licitum † est arguere de contractibus ad delicta. *l. tam ex contractibus, ff. de iudic.* maximè si tempore contra- ctus initi non opposito, desinat reus posse ad plenum de- liberare super libello, *vt in l. j. §. diem, ff. de eden.* In con- trarium determinat Bart. *in l. quoniam, in prin. ff. de eden. & l. j. §. interdictum hoc, ff. vti possid. & idem tenuit Innoc. in ca. fin. Ext. de re iud.* Equidem puto, quod libellus de se pro- cedat sine loci vel temporis expressione, Si autem tem- pus exprimi petatur, credo quod actor teneatur expri- mere. *arg. d. §. diem, & not. in l. si matri, §. eandem, ff. de ex-* 107 *cept. rei iud.* ¶ Quæritur deinde, Quæ † sunt illa bona quæ in generali bonorum obligatione includuntur? Resp. Illa quæ possunt alienari, *vt in l. sed quo ad eas, §. fin. ff. de pign.* Ideóque cadunt in obligationem debitorum nomina, *vt l. nomen, & l. fin. C. quæ res pign. oblig. poss.* & pecunia nume- rata, *l. cùm tabernam, in fi. d. t. de pignor.* Non autem inclu- duntur illa quæ verisimiliter ipse debitor non fuisset spe- cialiter obligaturus, *vt in l. obligatione generali, d. t. de pign.* 108 *& l. j. C. quæ res pign.* & ideo bona † feudalia non inclu- duntur in tali obligatione, imò quidem emphyteutica, *vt l. lex vectigali. ff. de pign.* Si tamen emphyteuta cessaret post obligationem in solutione canonis, ita quod res ad dominum deuolueretur, pignus & obligatio extinguere- tur: quia resoluto iure datoris extinctum remanet ius cre- ditoris. *vt d. l. lex vectigali. & fac. l. Iulianus, ff. de manu. & plenè not. per Iacob. de Bel. in ca. j. §. fin. de controuers. inuest. in* 109 *vsib. feud.* ¶ Quid autem, si creditor † habeat nomen o- bligatum, qualiter aget contra eum? Et dic, quod agendo hypothecaria, dicet illam obligationem, qua adstringi- tur suo debitori, esse sibi obligatam, & petet sibi respon- deri de eo ad quod vi obligationis adstringitur. *vt not. per Gloss. in l. hæredem, C. de hæred. act. & in l. j. c. de præt. pign. & vid. quod scripsit Ferrar. in form. lib. execut. sentent.* ¶ Sed nun- 110 quid † bona propria hæredis debitoris per hypothecariã auocari possint, tanquam pro defuncti debito obligata? Dic, quòd non *per text. in l. Paulus, in prin. ff. de pignor.* licèt 111 enim † personalis obligatio in hæredem transeat. *vt in §. hæres, Instit. de oblig. quæ ex quasi contractu.* Realis tamen in eius propriis bonis non transfertur, maximè si fecerit

inuenta-

inuentarium, *vt l.si §. & si præfatam, & §.licentiam, c.de iure delib.* ¶ Hìc aduertendum præterea, quod effectus † [112] huius hypothecariæ actionis est, vt res obligata creditori relaxetur, loco pignoris tantùm tenenda & possidenda, *vt l.si cum venditor, in princ. ff. de euict. & l.si fundus, §. creditor, ff. de pignor.* tamdiu videlicet, per ipsum possidenda, donec fuerit sibi integrè de debito satisfactum, vel in pecunia, vel per imputationem fructuum ex pignore acceptorum, qui habent extinguere debitum, *vt l.1 in fin. ff. de pign. & l.fin. c.de distr pign. cum similib. ibid not. & in ca. illo vos, Ext. de pign.* Verumtamen, si debitor fuerit † in [113] mora soluendi sortem, vel quia non soluit ad diem statutam, (prout quotidie fit in instrumentis, in quibus dies solutionis adiicitur) vel quia interpellatus soluere neglexerit, (quibus etiam casibus mora contrahitur, *vt in l.mora, in prin. ff. de vsur. l.magnam, c.de contrah. & commit. stipul. & l.si ex legati causa, ff. de verb. oblig. cum simelib.*) tunc poterit compensare creditor suum interesse cum fructibus, ad quod interesse fuit post moram debitor obligatus, *vt in prædict. iurib. & in l.1. c.de sent. quæ pro eo quod int.* nec poterit adscribi creditori, quod istud interesse sit vsura, *per illud ca. illo vos cum similib.* quia ibi loquitur quando initiò contractus apposita fuit certa quantitas moroso, loco pœnæ ex partium conuentione, & sic petitur hominis conuentione, *vt l.lecta, ff. si cert. pet.* hìc verò, quando petitur legis prouisione tantùm, cùm nulla fuerit determinata quantitas per partes. quod tene mẽti. Ad quod fac. *not. per Doct. in l. cùm allegas, c.de vsur. & l. curabit. c. de act. empt.* ¶ Quid autem, † si misso creditore in posses- [114] sionem domus debitoris, quæ domus loco pignoris veniat, deinde debitor pecuniam deteriorem aut in forma vel substantia offerat creditori, An liberatur pignus? Videtur quod nõ. *l. eleganter, §. qui reprobos. ff. de pig. act. & l.Paulus, ff. de solut. vbi plura Bart.* Et breuiter dic, † quòd [115] pecunia per principes hodiernos persæpe mutatur in deterius potius quàm in melius, propter quod sequitur magna subditorum consumptio, præcipuè mercatorum, & in Repub. scandalum & confusio. vnde sciendum, colligendo dicta Bartoli *in d l.Paulus, & Glo. in c.olim de censi. & Ioan. And in ca. quanto, Ext. de iureiur.* quòd mutatio † [116] pecuniæ potest contingere dupliciter: Vno modo, si pe-

cunia mutetur quoad bonitatem intrinsecam respectu materiæ: Secundo modo, quoad valorem eius, materia non mutata, De primo modo mutandi patet exemplum, si pecunia, quæ nunc est sit magis ære contaminata
117 quàm hactenus esse consueuerat. In quo † casu distinguitur: Aut de pecunia antiqua reperitur, nec eius cursus est reprobatus: & tunc de illa sola fienda est solutio. Aut nihil de antiqua reperitur, vel eius cursus (si qua reperitur) est mutatus: & tunc solui debet æstimatio eius, habita ratione deteriorationis, *vt hæc à Doct. not. in d. §. qui reprobos, & in d. ca. olim, Ext. de censi. & per Cyn. in l. minorum,*
118 *C. in quib. caus. in integ rest. non est necess.* De secundo † autem patet exemplum, Si Florenus valebat libras iij. & nunc valet iij. Vel si grossus valebat Imperiales, xxiiij. & nunc valet xviij. Quo casu sic distinguitur. Aut debitor fuit in mora soluendi, & tunc talis deterioratio contingens ad ipsum debitorem pertinet. *argu. in l vinum, & l. quod te, ff. si cert. pet.* Aut non fuit in mora, & tunc pertinet ad creditorem, *arg. dicta. l. quod te, & l. vinum.* Et hæc procedunt, quãdo ipse debitor vult soluere pecuniam in eadem formã, vt puta Florenum pro Floreno, vel grossum
119 pro grosso. Vbi autem † debitum esset cõtractum in pecunia aurea, & ipse velit soluere in argentea, secundum præsentem cursum, vel econtrà, tunc considerari debet, An ex huiusmodi solutione efficiatur deterior conditio creditoris, & tunc non est debitor audiendus. Aut eius condicio efficitur melior, vel saltem non deterior, & tũc
120 audiendus est. Nisi forté esset specialiter † conuentum, quod in alia pecunia, quàm aurea non posset fieri solutio. quod in dubio actum videtur in causa mutui vel depositi, *vt in l. cum quid, cum simil. ff. si cert. pet. & ita Doct. in d. §. qui reprobos*, à contrario sensu, *& in d. l. Paulus, ff. de*
121 *solut.* ¶ Circa prædicta quæritur de facto. Aliquis † in pecunia argentea mutuo concessit Florenos cẽtum, ad rationem librarum quatuor pro Floreno, prout illius erat communis cursus. contigit in processu temporis, quod auctus est valor Floreni ad libras sex. Debitor vult debitum soluere in pecunia aurea ad rationem librarum sex pro quolibet Floreno. Dicit creditor, Ego nolo recipere, quia conditio mea efficeretur deterior. nam mutui tempore tu dedisses mihi grossos viginti pro singulo Floreno,

Floreno, & nunc non reperirem me habere nisi quindecim. Quæritur, An ipse debitor sit audiendus? Dic quod si reperiretur (vt sup. dictum est) de pecunia mutuò data, cuius cursus non sit reprobatus, debet fieri restitutio in illa, secundum cursum & valorem temporis contractus. Si verò sit reprobata, vel non reperiatur ex ea: tunc aut debitor fuit in mora, & non debet audiri: Aut non fuit in mora, & tunc est audiendus, *per d. l. quod te, cum similib.*

¶ Sed quid † si mutuum sit contractum hoc modo, Concedo vel mutuo tibi libras centum in istis Florenis auri. Postea contigit casus, quod pretium seu valor Florenorum auri augetur vel diminuitur. quæritur, An debitori liceat soluere Florenos aureos in illa æstimatione, quæ currebat tempore contractus? Respond. dicit Bart. *in d. l. Paulus.* quòd fieri potest solutio. & debet in ea quæ nunc est, quia creditor videtur appreciasse illos Florenos aureos in illa summa, sicque omne commodum in ipsa pecunia sic appreciata constringens pertinet ad ipsum debitorem. *arg. l. si stipulatus sim decem, ff. de verb. oblig. coniuncta l. certi condictio, §. fin. ff. si cert. pet.* Vltimo aduerte, quod olim † pecunia cudebatur de publico, & eius valor tantus esse debet in pecunia, sicut in massa. *vt not. in l. 1. ff. de contrah. empt.* Hodie autem detrahitur expensa cudendi: idcóque non est tanti valoris. Et quoniam † ex mala pecunia Respub. immensè læditur, ideo non valet iuramentum quod fuerit de ea obseruanda præstitum, *vt c. quamuis, de iureiur.* ¶¶ Reuoco in dubium, An creditor † possit ita vendicare fructus rei hypothecatæ, sicut rem ipsam? Vbi distinguendum est *secund. Cyn.* vt *per eum not. in l. ij. C. in quib. caus. pign. tac. contr.* Aut fructus percipiuntur pendente iudicio super hypothecaria: Aut sunt percepti ante ipsum iudicium. Primo casu, cadunt fructus prædij in ipsa obligatione, & veniunt officio iudicis in condemnationem, *vt l. si fundus, §. interdum, ff. de pignor.* Secundo casu, subdistingue, Aut percipiuntur re obligata adhuc remanēte in dominio debitoris, aut dominio mutato. Primo casu, Aut percipiūtur à debitore, aut ab alio. Si à debitore, cadunt in obligationē, & per actionē hypoth. peti possunt simul cū re principali, *vt d. l. ij. C. in quib. caus. pig. & l. in prædijs, ff. eo.* sicut petitur partus editus penes debitorē, *vt l. 1. C. de partu pign. & l. si conuenerit, §. penult ff. de pign. act.* Si

122

123

124

125

autem ab alio percipiatur, tunc si quidem ille erat bonæ fidei possessor: aut fructus extant, & cadunt in obligatione: aut sunt consumpti, & tunc aut bona fide, & non possunt peti: aut mala fide, & tunc sic. Et idem multò fortius si extarent *vt hæc probantur in l.1. §. cùm prædium, cum ibi not. & in l.si fundus, §.interdum, ff.de pignor.* ¶ Secundo 126 casu † principali cum percipiuntur mutato dominio debitoris tunc subdistinguitur: Aut fuerunt seminati per ipsum debitorem, & sic fuerunt in eius dominió, & tunc aut extant, & cadunt in obligatione: aut sunt consumpti, & tunc non. *vt in d.§.cùm prædium, & d.l.Paulus, §.si mancipia, ff.de pign.* Aut fuerunt per alium seminati, & sic non fuerunt de dominio debitoris: & tunc sicut partus vaccæ non cadit in obligatione, sic nec huiusmodi fructus. *arg. d.l.si conuenerit, §.penult. & d.l.Paulus, §.1.* ¶ Quid autem 127 dices † in fructibus percipiendis à creditore? verbi gratia, Si fuerit positus in possessione rei obligatæ, An tenebitur ad culturam agri vel vineæ? Dic, quod sic. *vt not.in l.ij. c.de pact. pign. & in l.ij.de pign.act.* quod si non 128 fecit, sibi imputabitur. quod nota. Est ergo † consultius creditori, quod faciat sibi rem dari in solutum. *vt* 129 *not. in l.à diuo Pio. §.si pignora, ff.de re iudic.* Et si fuerit † sibi euicta, poterit de euictione agere contra debitorem. *vt l.ex sextante, §.Latinus largus, ff.de except.rei iud. & l.eleganter in princip. & ibi not. ff. de pigner. act. & l.j.c.si antiq. cred.* Et hæc de Mutuo & Commodato pignorib. & hypothecis dicta sufficiant. Plura vid. *apud Specul. & Ferrariens.*

ADDITIO.

1. Fideiussorum quæ sit conditio & natura.
2. Fideiussor quis.
3. Fideiussoris significatione qui contineantur.
4. Fideiussor in quantum obligetur.
5. in Fideiussoria obligatione, quæ sint necessaria.
6. de Fideiussoria stipulatione vt per verbũ *Promitto* præsumatur: siue sit in publico siue in priuato instrumẽto apposita.
7. Fideiussores qualiter & in quantum teneantur.
8. Paupertas vt priuet fideiussores suo beneficio exceptionis.
9. Fideiussor vt priuetur suo beneficio.
10. Fideiussorum renunciationes quid importent.
11. Fideiubentes mercatores, campsores & id genus personæ, vt

næ, vt possint cōueniri ante principalem debitorē.

12. Fideiussor vt possit cōueniri ante principalem si principalis reperiatur non soluendo, vel adstrictu seu conuentu difficilis.

13. Fideiussor vt excussionis beneficium non habeat, quando creditor aliàs esset fideiussoris debitor, & vellet vti compensatione,

14. Excussionis beneficium amittat fideiussor si impediuit creditorem facientem illam.

15. Debitorem eximēs de manibus familiæ seu custodiæ vt teneatur.

16. Debitori notificans intentionem & voluntatem creditoris & eum ad fugam prouocans, vt teneatur.

17. Fideiussor an agere possit contra principalē antequam soluat.

18. Fideiussor conuentus si noluit allegare beneficium diuisionis, an petere poterit, quod cedantur sibi actiones per creditorem contra alios fideiussores & reum principalem.

19. Fideiussores vt quicquid soluerint repetere possint actione mandati.

20. Fideiussores quando conueniuntur, vt possint vti omnibus exceptionibus & defensionibus ipsi reo competentibus.

21. Fideiussores conuenti, si non opposuerint exceptionem seu defensionem principali reo competētem: an poterunt postea contra ipsum reum regressum habere.

ADDITIO.

Quoniam suprà de mutuo & commodato actum est, quibus creditum contrahitur, & de hypothecis aliquid dictum est, quibus ipsis suam pecuniam credentibus cauetur, omissis tamen fideiussoribus, qui in obligationibus & id genus contractibus securioris cautionis gratia vt plurimùm addi solent: ideo hîc de iis quædam adiicere voluimus, non minus reliquis necessaria. Vt cautius igitur & fortius *inquit Ferrar. in for. lib. cont. plur.* succurratur & prouideatur ipsis creditoribus consueuerunt accedere fideiussores. quorum † conditio & natura est: vt si principalis non teneatur, nec eius fideiussor. *§. fideiussores, Insti. de fideiuss. l. Græcè, §. illud, cùm simil. ff. eo.* ¶Et dicitur † fideiussor, qui alienam obligationem in suam suscipit fidem, principali tamen debitore remanēte obligato *& ita Hostiens. in sum. huius tit. in princ. & fac. text. in l. 1. C. de const. pecun. & habetur Instit. de fideiuss. in princ.* Larga † tamen

1 2 3

huius verbi significatione mādator, responsor constituens & expromissor complectitur, omnis inquam, qui aliquauis ratione alterius obligationem suscipit & fide sua esse iubet. *vt not. Doct. in l. quamuis, §. si mulier, C. ad Velleian.*

4 ¶ Si autem † in tantum obligetur fideiussor, quantum principalis: non tamen in plus, vel vltra quantitatē, qualitatem, vel etiam tempus obligatur. *l. hi qui, in princ. cum*

5 *simil. ff. de fideiuss.* ¶ In qua obligatione † fideiussoria, necessaria est stipulatio solemnis, nec sufficit pactū nudum, *vt l. blanditus, C. de fideiuss. & §. fin. cum ibi not. Instit. eod.*

6 Verùm de ea † stipulatione præsumitur, si in instrumento publico vel priuato dicatur, quod Talis promisit pro tali, vel fideiussit pro tali. *vt d. §. fin. & l. sciēdum, ff. de verb. oblig. cum l. 1. C. de contrah. & commit. stip.* Licet hoc verbum *Promisit*, à teste prolatum non importet nec includat stipulationem nec etiam probet fideiussoriam obligationem, sed ad nudum simpliciter pactum referatur. *vt in l. 1. C. de vsur. Bart. & Dyn. in d. l. sciendum.* ¶ Hic quæritur,

7 Qualiter † & in quantum hi fideiussores teneantur? Et vtuque dicendum, Eos in solidum teneri, sicut plures rei debendi: eis tamen ope exceptionis succurri, vt inter eos actio diuidatur ex epistola D. Adriani, si quidem sint locupletes & soluēdo, aliàs secus. *vt l. inter eos, in prin. § pen. ff. de fideiuss. & l. inter fideiussores, eo.* vnde Paupertas † priuat

8 eos tali beneficio. *vt nō. Doct. in auth. hoc ita C. de duob. reis.* Idémq; iuris in correis seu duobus rei promittendi seu debendi, *vt not. Ferrar. in for. lib. contra plures, in ver. quilibet ipsorū insolidū, &c.* Priuatur quoque beneficio epistola. D. Adriani fideiussor conuentus, si negat se fideiussorē, *vt in l. si dubitetur. §. 1. ff. d. t. de fideiuss. & fa. quæ not. Bal. auth. contra qui propriam, C. de non num. pecun.* Item si renunciauerit ipsi beneficio in instrumento: cùm liceat † cuique be-

9 neficio suo & priuilegio sibi à iure collato renuntiare, *vt l. si iudex. ff. de minorib. & l. si quis in conscribendo, C. de pact. & vid. Specul. in tit. de renunt. & conclus. part. ij. § 1. in verb. Viso de beneficio.* Item si separatim & non eodem tempore fideiusserint, *vt l. si à Titio, l. si Titius, cum ibi not. & l. si plures, ff. de fideiuss.* ¶ Et cum in instrumentis hodiernis, in quibus adduntur fideiussores apponi soleant plures clausulæ id genus renunciationum sub his verbis: videlicet, quod Titius fideiussor solenniter se obligauit, & renun-

ciauit

ciauit beneficiis de fideiussor. beneficio præd. epistolæ diui Adriani cedendarum & beneficio nouæ constitutionis de duobus reis, & omni alteri iuri & auxilio pro se facient' &c. quæro, Quid † importent huiusmodi renunt. clausulæ? Et dic, quod multum, nam quoad beneficium de fideiussor. sciendum est, quod generaliter, quilibet fideiussor intercedens pro alio, habet beneficium excussionis, & potest remittere creditorem agentem contra se, ad suum reum principalem, vt primo eum conueniat & excutiat, & faciat declarare non soluendo, *vt not. in authent. præsente, C. de fideiuss. & in corp. vnde sumitur. Nouel. 4. eod. vbi plura Doct.* ¶ Et not quod † si campsor, mercator & similes personæ fideiubent pro aliquo, tales possunt conueniri ante principalem debitorem, nec excussionis beneficio gaudent: imò soluere tenentur, propter eorum præcipuam fidem. *& est text. singul. in præd. authent. de fideiuss. §. fin. vbi etiam Doct. & vid. Bald. in l. frustrà, C. de non num. pecun. & in l. fin. in fi. C. ad leg. Falcid. & Angel. Aret. in §. si quis in fraudem col. 9. Instit. de action.* ¶ Si etiam † notorium sit principalem non esse soluendo, vel non posse adstringi, quoniam absens, aut nimium potens, etiam non facta excussione potest conueniri fideiussor, quamuis dicto suo beneficio de fideiuss. non renunciauerit. *& ita Gl. in l. 10. ff. de verb. oblig. idémque firmat Bart. in l. fin in princ. ff. si cert. pet. & Doct. in l. nisi hoc actum, de pact. & in authent. hoc si debitor, C. de pignor. & Lud. Rom. in cons. 22. incip. Alleg. & in cons. 93. incip. Visis &c. nec non Bald. in ca. contingit, in 6. col. in fi. Ext. de dolo & contum.* vbi dixit, illum soluendo non dici, qui propter potentiam exigi non potest. *& vid. Felin. in ca. cùm olim, in 8. col. in princ. de re iud.* ¶ Est & alius casus, in quo fideiussor non † habet beneficium excussionis, videlicet, quando creditor aliàs esset fideiussoris debitor, & vellet vti compensatione. quia tunc non potest fideiussor creditorem ad principalem suum debitorem remittere: sed cogi potest ad compensationem absque alia excussione principalis. *& ita singul. Bald. in l. exceptiones circa princ. C. de euict. & approbatur à quibusdam Doct. in ca. peruenit, Ext. eod.* ¶ Amittitur † quoque beneficium excussionis, quando fideiussor illam impediuit quæ fiebat à creditore. *arg. l. generaliter, C. de reb. cred. & in ca. per tuas, de probat. & l. sicut, C. de actionib. & oblig. l. sicut,*

10 11 12 13 14

15 *C.quando lic.ab empt.disc.* ¶Ex his infertur, quod ille † qui debitorem eximit de manibus familię aut etiam alterius custodientis, tenetur ipse ad debiti solutionem, pro quo ille detinebatur & captus erat.ac si fideiussisset *text.est no. in l.quoties, c.de exact trib.lib.10. vbi Doct.& Bald.in l ad-dictos, c.de episcop.aud.itémque Paul.de cast.in l.sed eximen-di, & in l.ij. c. ne quis eum qui in ius vocat.est vi eximat.* Et addit Pet.de Anchar. *in cons.341.incip. Viso themate, in fi.* quod etiam qui debitori notificat intentionem & voluntatem creditoris & ad fugam prouocet illum, teneri ad

16 solutionem debiti. ¶Nec etiam † impedietur fideiussoris conuentio indicatione & existentia bonorum immobilium debitoris principalis quantumuis sufficientia, si quidem commodè vendi non possint, nec creditoris ob tale pignus seu hypothecam impedietur fideiussoria actio, *vt not.idem Paul.de castr.in l.inter eos, in §. creditor, ff. de fideiuss.& vid. Cæpol.in caut.138.incip.Ego do tibi.* ¶Aliam

17 hic quæstionem addam, An scilicet † fideiussor agere possit contra principalem antequam soluat ipse? Et regul.negatiuè concluditur *in l.si pro ea, c.manda. & fac.ca.fi.Ext. d.t.de fideiuss.* verumtamen hoc limitatur in nonnullis casibus: veluti, si principalis cœperit malè vti suis rebus. Si fuerit condemnatus fid. ad soluendum. Si ita conuentum fuerit inter eos. de quibus casibus *in d l.si pro ea. & vid.l. Lucius Titius, ff.mand.* item & quando fideiussor diutius stetit in obligatione, aut debitum obtulit consignauit & deposuit, vt ab obligatione fideiussionis liberaretur. *text. est in l.qui mutuam, § fideiussor, d.t.manda.* Plures alios casus notant Doct. *in præd.locis & Hippolit. de Marsil. in tract.*

18 *suo de fideiuss.q.31.* ¶Quid autem, † si fideiussor conuentus noluit allegare beneficium diuisionis, vel quia non vult, vel quia non potest: an petere poterit, quod cedantur sibi actiones per creditorem contra alios fideiussores & reum principalem? Dic quod sic, *vt in l.vt fideiussor, l.cum is, & l.Vranius, ff.d. t. de fideiuss.* nedum substantiales, sed etiam hypothecarias, *l.Paulus, & l. si fideiussoribus. cum ibi not. ff.eod.* Quas actiones si ipse creditor facto sui, repellitur ab agendo exceptione cedendarum act. *vt not. in l. Stichum, §.penult. cum ibi not.per Bart.ff.de solut. & l.si stipulatus, §.fin.ff.de fideiuss & fac.quæ not. Ferrar in forma respon.*

19 *qua vtit hypoth. conuentus, sup.Gloss.fin.* Quicquid † autem hi fide-

hi fideiussores soluerint repetere poterunt per actionem mandati ab ipso principali debitore, *vt §. penult. Instit.de fideiuss.& l.si mandauero tibi in princ. ff.d.t.mand.cum l.si fideiussor, ff.de fideiuss.* ¶ Notandum præterea, quod quando † fideiussores conueniuntur, possunt vti & se defensare omnibus exceptionibus & defensionibus ipsi reo competentibus, *vt habetur in l.ex persona, ff.de fideiuss. in l.omnes, C. de except. & l.exceptiones, §. rei cohærentia, ff. de except.* & hoc obtinet etiam ipso principali debitore inuito, *vt habetur in d. l.si stipulatus, in princ. cum simil. ff. de fideiuss.* ¶ Quid si † fideiussores conuenti, non opposuerint exceptionem seu defensionem ipsi principali reo competentem: an poterunt postea contra ipsum regressum habere? Distinguendum hoc *secund. Doct.* Aut ignorabant hanc exceptionem, & tunc excusantur. Aut sciebant, & tunc subdistingue, Aut erat exceptio peremptoria pacti, aut solutionis, & similium: & tunc illis fid. imputatur si non opposuerunt: & per consequens non poterunt regressum habere contra ipsum principalem debitorem. *l. si fideiussores, in princ. & §§. seq. ff. manda.* Aut erat exceptio dilatoria, vel procuratoria. & tunc dic *vt not. per Gloss. in d.l.si fideiussor, §.quædam d.t.mand.* Tenentur quoque hi fideiussores appellare à sententia contra eos lata: alioquin etiam non agerent mandati contra ipsum principalem, *vt not. in l. si procuratorem, §.si ignorantes, ff.mand.* Plura de hac fideiussionis materia tradit Hippol.de Marsil. *l.in suo præd.tract.de fideiussorib.* ad quem te remitto.

20

21

De Deposito & Sequestro.

R V B. X.

Hæc etiam rub.in aliis codicibus non reperitur.

Argumenta.

1. Depositum quid & vnde dictum.
2. Depositum vt contrahatur, vid.& nu.11.
3. Deponi vbi res possint.
4. Sequestrum quid, & vt à Deposito differat & cum eo conueniat.
5. Depositi causa vt inter actiones personales sit in pluribus priuilegiata.

6 Depoſitam pecuniam confeſſus, vt non poſſit opponere exceptionem non numeratæ pecuniæ.
7 Exceptio pecuniæ non numeratæ in quibus locum habeat.
8 Depoſitum qui recepit vt non poſſit opponere compenſationem.
9 Depoſiti cauſa, vt præferatur cæteris perſonalibus actionibus.
10 Depoſitum habens vt non teneatur de caſu fortuito. vid. & nu. 13.
11 Depoſitum vt re interueniente contrahatur.
12 Confeſſio ſimplex ſi ſuper depoſito intercedat, vt de eo probetur.
13 Fortuiti caſus vt depoſitario non imputentur.
14 Genus vt perire non poſſit.
15 in Contractibus aliis quid veniat, & de quo quis teneatur.

Quoniam non modò ad vſum, verùm etiam ad cuſtodiam res credi ſolent, ideóque ad Depoſiti contractum tranſimus. Depoſitum autem † eſt, quod cuſtodiendum alicui datum eſt: dictum ex eo quod ponitur præpoſitio enim *De*, auget poſitum, vt oſtendat totum fidei eius apud quē deponitur eſſe commiſſum, quod ad cuſtodiam rei pertinet. *l.1.ff. depoſ. vbi Doct. & in l. quod ſeruus, eod.* Et contrahitur † depoſitum, re ipſa cuſtodiæ cauſa tradita, eo fine vt ſeruetur bona fide, vtque eadem ſpecies volenti quandoque reſtituatur. *d.l.1.§. eſt autem, & §. penult. & l. Lucius eod.* ¶ Deponi † poſſunt apud omnes, etiam iudicem, *vt l. ſenatuſc. § fin. vbi Gloſſ. de offic. præſid. l. ſi fideiuſſor, §. vlt. qui ſatiſda. cogant. l. ſed etſi, §. planè, ff. ad exhib. & fac. quæ not. Tiraquell. in ſuo tract. de retr. prox. §. 4. Gloſſ. 7.* omnes inquam omnino res, quæ ſub factum cuſtodiámque cadunt, tam propriæ, quàm alienæ. *vt l. bona fides, ff. h. t depoſ.* Neç enim quicquam ex depoſito transfertur. *l licet, in fin. eod.* Propriæ autem apud dominum fruſtrà deponuntur, cùm ex depoſito non obligetur. *l. qui rem, eod.* quia non eſt ex bona fide, vt rem ſuam dominus cuique reſtituere compellatur. *d.l. bona fides, in fi.* Fit præſertim in rebus fungibilibus, vti conueniat, vt tantundē quantū creditur, vt dictum eſt, reddatur, ac inſuper interdum etiam vſuræ repromittantur vſus percepti ratione. quorum etſi vtrumque notiſſimos depoſiti terminos excedat: nam idem corpus in depoſito reddi, & gratuitus eſſe contra-

contractus debet: alioquin incidit in mutuum & locationem, *d.l.1.§ si quis sestium, ff.h.t.* Lex tamen contractus seruabitur. *d.l. Lucius, l.Publia, §.1. & l.Quintus, ff.h.t.* ¶ Est praeterea † consimile depositi, cùm apud Sequestrum, id 4 est, medium quendam inter litigatores, res litigiosa deponitur, *l.sequester, ff.de verb.sig. & l ei apud, & l.propriè, ff.depos.*. Differunt tamen depositum & sequestrum. Primò etenim, vel vnus potest deponere, & id quidem de quo nulla sit controuersia: apud sequestrum, non nisi plures rem litigiosam deponunt. *d.l.propriè, & l.licet 17.eod.* Secundò, apud sequestrum vnusquisque in solidum videtur deponere, cùm rem totam suam putet: quod aliter est, quando id quod commune est plures deponunt, qui pro parte tantum se nôrunt esse dominos. *d.l.licet, cum d.l.1.§. sed si duo, ff.eod.* Tertiò denique, rei depositae possessio non transit ad depositarium, quia non possidendi, sed custodiendi causa rem tenet: sequester autem possidet, quoniā ea depositione id agitur, vt neutrius litigatoris possessioni id tempus procedat, *d.l.licet, in fi.* nisi expressè contra actum sit. *l.interesse, ff.de adquir.poss.* aut nisi non partium voluntate, sed iudicis praecepto fiat sequestratio, *vt clement. de sequest. Iason.in l.si fideiussor, § quo satisdatum.nu.3. qui satisd.cog. & vid.Tiraquel.de retra. pro.§.4.Glo.7.* (sicut fieri ex causa tamen potest. *l.vnica, vbi Doct.C.de prohib. sequest. & ca.1. & 2.Ext.eod.*) qui non praesumitur possessionem litigatoribus auferre velle. *vt not. Bart.in d l.licet, & d.l.interesse.depos.* His exceptis, verè depositum est hęc custodia, conueniturque sequester actione depositi: quae tamen ad differentiam alterius vocatur sequestraria. *l. si in Asia, §.penult.ff eod. & l.si oleum, ff.de dolo mal.* Aut quando non partium consensu, sed authoritate iudiciaria, facta est sequestratio, implorato nobili iudicis officio. *Bart. in d.l.interesse, nu.5 ff.h.t per l.postquam, §.imperator, vt legator.nomi. caueat. Rebuff.in l. litibus, C.de agric. & cens.lib.11. & l.per hanc, C.de ereg.milit.anno. & vid. Alex. cons.6.nu.9.vol.4.* ¶ Est autem † Depositi causa &c. inter 5 caeteras obligationes personales in pluribus priuilegiata. *vt not.in l.si neutri, vbi Gloss.in verb.priuilegio, ff.deposi.lib.16. & l.si hominem, § fin. & vid.Bart.in l.Lucius, eod. & Bal. in l.1.C.eo. Bart.in l cum quid, & l eius, ff.si cert.pet.* vbi not. Doct. Depositum fieri per verb. *Commendo.* Primò enim

6 qui † confessus est se habere pecuniam in deposito, non auditur volens deponere exceptionem numeratæ pecuniæ. *vt not. in l.1.ff.de eden. & vid. Alex. in l.1.ff.iud.sol.* licèt in mutuo † & in dote habeat locum hæc exceptio, *vt in l.in contractibus, sed quoniam, C.de non num.pecun.* Secun-
7
8 do, qui recepit † in deposito, non potest compensationem opponere contra repetentem depositum, nec doli exceptionem, *vt traditur in l.fin.C.de compens. & l. penult. in princ.C.depos.& in authent.ibi posita.* Tertiò, causa depo-
9 siti † præfertur cæteris personalibus actionibus, *vt l. si*
10 *ventri, §.in bonis, ff.de priuileg.credit.* Ille tamen † qui habet depositum non tenetur de casu fortuito, nec de leui, vel læuissima culpa: sed de dolo & lata culpa tãtùm, *vt l.quod Nerua, cum simil.vbi Bart.ff.depos. & Iac.But.in l.in re mandata, C.de mand. & Instit.quib. mod.re contra.oblig.§.penult.*
11 ¶ Et notandum, † quòd licet depositum re interueniente
12 contrahatur, *vt d.§.penult.* attamen si simplex † confessio super deposito intercedat, probatur per eam plenè de i-
13 pso deposito. Regulariter ergo non tenetur † depositarius de casu fortuito, neque de culpis prædictis. Fallit in certis casibus *notatis per Gloss. in d.§.pen.* Inter quos est, Si depositarius expressè de casu fortuito se obligauerit, vt fit quotidie in instrumentis, *iuxta not.in l.sed & si quis, § quæsitum, ff si quis caut.* Vel si pecunia fuerit in numero
14 & quantitate deposita. quia Genus † non potest perire, *vt habetur in l. dies sponsaliorum, in fi. ff.depos. & fac.l incen-*
15 *dium, C.si.cert.pet.* In aliis autem † contractibus quid veniat, & de quo quis teneatur. tangitur per Glos. *in l.contractus, ff.de reg.iur.* Ergo, &c.

De Mandato & Procuratione.

Rvb. xi.

Hæc item rub. in alijs codicibus non legitur.

Argumenta.

1.
2. Mandatum { Vt perficiatur, Vnde dictum, &
3. Quid sit.
4. Mandati partes quæ.

5. Mandati species quæ & vnde sumantur.
6. Amicitiæ & fidei officia, vt sint gratis præstanda.
7. Mandatum generale, vt sufficiat in causis agendis exceptis nonnullis casibus.
8. Sine Mandato generali, vel speciali vt nullus regulariter audiatur, vel admittatur ad agēdum pro alio, & quæ sint huius regulæ Exceptiones.
9. Procurator vel defensor ex parte rei vt teneatur satisdare de iudicio sisti & iudicato soluendo.
10. Procurator generalis, vt ad omnes causas & lites non possit transigere nec compromissum facere sine speciali mandato.
11. Mandatum seu procuratio vt probetur.
12. de Mandato vbi constat per instrumētum, an de eo fieri debeat copia aduersario, vel tradi ipsum instrumentum.
13. Patria potestas, vt filiusfamil. repellere possit ab officio procuratoris.
14. Minor xxv. annor. vt non possit esse procurator.
15. Procuratoris reuocatio vt fieri possit ante litem contestatam, non post.
16. Domino in iudicio comparente, vt videatur tacitè reuocatus illius procurator.
17. Procuratoris officiatur vt multis modis finiatur.
18. Procurator vt constitui possit ex die ad diem.
19. Procuratorem si reuocare velit dominus an necessaria sit certioratio, & quādo fieri debeat, & apud quem.
20. Procuratoris officium vt duplex constituatur aut ad negotia, aut ad iudicia.
21. ex Procuræ instrumento & procuratoris assertione vt vera censeatur procuratio.
22. Procuratoris ipsius certioratio an sit necessaria vt vera illius censeatur reuocatio.
23. Procuratoris reuocatio vt parti notificanda.
24. Mandati reuocatio vt probetur.

Inter contractus † etiam numeratur Mandatum, quod [1] consensu vtriusque partis perficitur, & à manu † danda [2] (vt in contractibus fideíque promissione fieri solet) dictum videtur, quod aliquid gerendum expediendúmque alteri cōmittere significat. Nihil igitur † aliud est, quàm [3] contractus iuris gentium nominatus, *vt l. iurisgentium, ff. de pact. l. 1. ff. manda. lib. 17 iuncta l. 1. in fi. ff. de contrah. empt. & l. 1. in fi. ff. de rer. permut.* in quo consensu & bona fide, alter negociū aliquod honestum committit alteri gerendum efficiendúmve, alter verò suscipit. ¶ Et sunt † man- [4] dati partes, hinc credere rem expediendam, illinc susci-

5 pere mandatum & rem exequi. ¶ Mandati † species sumuntur vel à causa efficiente, vel à forma. Ab efficiente duplex reperitur mandatũ. Aliud enim est voluntarium, vt cùm sponte ab aliquo suscipitur, ídque propriè mandatum est.de quo agimus: Aliud autem coactum, siue necessarium est, vt cùm magistratui mandanti parêre cogimur. *l.non videntur,§.qui iussu,ff.de reg.iur.Gloss.in l.furti,§.qui iussu, ff. de his qui not. infam. Deci. in l velle,nu. 12. d.t.de reg. & fac. cap.quod quis, eod.tit. Ext.lib.6.* Sic & à forma, Aliud etiam est gratuitum. *l.1.& l.itaque omnes,in princ.* 6 *ff. manda.* Officia enim † amicitiæ & fidei gratis præstanda sunt.*d.l.1.in fi.* Aliud verò mercenarium, cùm remunerandi gratia honor interuenit. *l. si remunerandi, in princ. ff. eod.* aut salarium extra ordinem promissum est in genere. *l.salarium,eod.* Nam si de certa mercede initiò conuentum sit, locatio & conductio operæ est, non mandatum. cùm debeat esse vt diximus, gratuitum. ¶ Et ad-7 uerte, quod regulariter in † causis agendis sufficit habere generale mandatum, *vt l.1.ff.de procur.cum ibid.not.& d.l.si remunerandi.& fac.ca.petitio, Ext.de procur. & ca.qui ad agendum,eod.tit.lib.6.* Hoc tamen fallit in nonnullis casibus, quos enumerat Glos.*in l.illud,ff.de minor.* Primus est, in causa restitutionis in integrum. *vt d.l. illud,& l. 1. C. etiam per procur.caus.in integ. rest.* Secundus, in interdicto de liberis exhibendis.*vt l.Pomponius,ff.d.t.de procur.* Tertius, in literis Apostolicis impetrandis, *vt in ca. nonnulli, de rescript.* ¶ Quartus, in contrahendo matrimonio, *vt in ca.fin.de procur.lib.6.* Quintus, in contrahendis sponsalibus, *vt in ca.veniens,qui cler.vel vouent.* Sextus, in compromisso, *vt in ca.per tuas,Ext.de arbit.* Septimus, in absolutione ab excommunicatione petenda. *vt in ca.quod de his, de sentent.excomm.* Octauus, in præstatione iuramenti calumniæ. *vt ca.fi.de iuram. calum.lib.6.* Nonus denique, in transactione, vel pacto de non petendo, ac veritatis iuramento, *vt in d.cap. qui ad agendum, in fi.* nisi tamen esset procur. cum libera. *vt l.procurator cui ff.d.t.de procur.* Plures quidem alios casus *not.Gloss.in præd.c.qui ad agendum.* 8 *& Specul.in tit.de procur.§.1.verf.item opponitur.* ¶ Nullus † autem sine mandato generali vel speciali nullus regulariter auditur, nec admittitur ad agendum pro alio, siue

alieno

alieno nomine. Fallit in certis personis, quæ propter coniunctionem sanguinis vel affinitatis admittuntur sine mandato, agendo nomine alieno, non tamen contra mandatum. *vt l. sed & hæ, & l. seq. ff. de procur.* quæ quidem personæ admittuntur in illis solum casibus, in quibus sufficit generale mandatum, non autem in quibus speciale requiritur, *vt determinat Gloss. in l. exigendi, C. eod.* Et tenentur tales personæ, quæ sine mandato admittuntur cauere de rato & de defendendo: aliàs repelluntur, *vt l. Pomponius in fi. & ibi not. ff. de procur. & probatur in l. seruum quoque, in §. ait prætor, cum l. seq. & l. sed & hæ. §. fin. cum l. seq. & l. non solum, in princ. & l. mutus, §. pœna, ff. de procur. & l. 1. §. sin autem, C. qui satisda. cog.* ¶ Procurator † autem vel defensor ex parte rei tenetur satisdare de iudicio sisti & iudicato soluendo sub obligatione omnium bonorum suorum, alioquin non auditur. Potest tamẽ dominus esse fideiussor suus, vt fit quotidie in instrumentis procuræ *vt habetur Instit. de satisdat. §. sin autem per procuratorẽ, & §. si verò aliquis, & d. l. 1. C. de satisda. & ibi Cyn.* 9

¶ Habes ergo ex præmissis, quod procurator † generalis non potest transigere, similiter nec compromissum facere sine speciali mandato, *vt ca. per tuas, Ext. de arbit.* Quid autem † si sit procurator generalis ad omnes causas & lites, cum clausula de rato habendo quicquid per eum gestum fuerit, An tunc poterit compromittere vel transigere? Et breuiter dic, quod non licet aliqui contrà, *vt plenè disputat Glo. in d. ca per tuas, & ca. contingit, de transact. & in ca. dilectus, de relig. dom.* Eodémque modo transigere vel compromittere non poterit, si in procuratione sit inserta illa communis & vsitata clausula; *Dans & concedens dicto procuratori in præmissis & circa præmissa liberam & generalem administrationem* &c. quia talis clausula solum restringitur ad instantiam causarum, non autem ad merita negociorum. sicque de sola instantia de qua procedit baylia, poterit procurator transigere & compromittere, *vt determinat Bart. in l. qui Romæ, §. Callimachus, ff. de verb. oblig. & vid. eund. in d. l. procurator cui, ff. de procur. & Specul. titul. de instru. edit. in §. 14. vers. de illo.* ¶ Vt autem † probetur mandatum seu procuratio, *not. Doct. in l. 1. ff. eod. & in cap. ex insinuatione, Ext. eod.* ¶ Quæri- 10 11 12

12 tur præterea, Si constat † per instrumentum de mandato, An de eo fienda sit copia aduersario per notariū causæ in forma actorum, vel tradi debeat ipsum instrumētum? Dicunt quidam, quod sufficit tradi per copiam. Communis est practica, quod traditur in forma publica, quæ practica defenditur ea ratione, quia iudicium non debet esse illusorium, *vt l.si prætor, ff.de iudic.* quod facilè eueniret, si negaretur illum esse procuratorem, & probari non posset per publicum instrumentum. *argu.l.cùm non iusto, ff. de collus.deteg.cum simil.* Item quia non debet quis deterioris esse conditionis quàm sit eius aduersarius, qui personaliter comparet. Esset autem magis grauatus, si audiretur iste producens instrumentum, quod non posset habere nisi per copiam, quæ de facili perdi potest, & cui non illa apud omnes fides præstatur, quæ fit originali, *vt in auth. si quis in aliquo, C.de eden.* & hanc partem tenet Bart. *in l.2. §.defendi, ff. ex quib. caus. in possess. eat.* Secus autem in instrumento syndicatus vniuersitatis, tunc enim sufficit dare exemplum expensis recipientis. quia vniuersitas nō potest comparere per seipsum, & sic per hoc non fit deterior cōditio aduersarij ex comparatione syndici, *vt habetur in l.1. & 2. quod cuiusque vniuers. nom.* ¶ Et dic, quod

13 Patria † potestas non sufficit ad repellendum quem ab officio procuratoris, *vt l.filiusfam.§.ipse quoque, ff.de procur.*

14 Verùm † minoritas pro legitima causa tenetur, & quem repellit à procuratione, *vt l.minor 25.ann.in princ.ff.de procur.& fac.ca qui generaliter, in fi.Ext.de procur.* ¶ Sciendum

15 quoque, quod † Procurator potest per dominum ante litem contestatam liberè reuocari, *vt l.ante litem, cum seq. & l.quæ omnia, in princ.d.t.de proc.& c.1.Ext eod.lib.6.* Post litem autem contestatam non potest, nisi causa iusta examinata & approbata per iudicem, *vt l.post litem, & l.nisi dominus, §.hæc autem cognitio, ff.d.t.de procur. & fac. d.ca.2.* Inter quas causas enumeratur illa, quando scilicet dominus vult per seipsum causam agere vel defendere, quo

16 casu † comparendo ipse per se in iudicio simpliciter, sine alia protestatione, videtur tacitè procuratorem reuocare, *vt traditur in ca.si quem, de procur.lib.6.& not.per Gloss in l.qui mutuam, §.1.ff.mand.* Et propter hoc quando dominus comparet per se in iudicio, nec suum vult procura-

torem reuocare, protestatur quod comparet citra reuocationem sui procuratoris. ¶ Finitur † etiam procuratoris officium per mortem constituentis, re existente integra, *vt l. si defunctus, d. titu. de procur. & l. mandatum, Cod. manda. §. item si adhuc, Institu. eod.* In prælato autem defuncto re non integra, finitur sui procuratoris officium, vt est hodie determinatum *in clem. fi. de procur.* Item finitur per lapsum diei vel temporis vsque ad quẽ constitutus est. Potest enim † procurator constitui ex die ad diem. *vt not. in l. 3 ff. d. t.* & ita consulo semper fieri, ne sit necesse per aliud instrumentum ipsum reuocare. ¶ Vnde circa hoc quæro, An eo casu, quo dominus † velit eius procuratorem reuocare, sit necessaria certioratio eius, aut partis aduersæ, & iudicis? De quo plenè traditur *per Doct. in d. l. 1. C. de satisda. Gloss in ca. mandato, Ext de procur. & per Cyn. in l. mandatum, C. manda.* verùm distingue *secund. omnes.* Aut est † procurator ad iudicia, aut ad negocia. Primo casu, aut fit reuocatio ante litem contestatam, & tunc sufficit certioratio facta ipsi procuratori, *vt d. l. ante litem*, Aut fit post litem contestatam, & requiritur certioratio tam procuratoris quàm aduersarij, *vt in ca. mandato, & ibi not. de procur.* Secundo casu principali, quando scilicet est procurator ad negocia, subdistingue, *secund. And. de Pisis.* Aut quæritur de notitia & certioratione fienda ei qui contrahere vult cum procuratore: aut de fienda sibi soli. Primo casu, aut ille qui mandatum habuit negociandi, est institor, vel castaldus, seu aliàs deputatus certæ negociationi vel mercantiæ. & tunc sufficit proclamatione vel aliter publicè tale mandatum reuocare, nec est necessaria specialis certioratio alicuius personæ, *vt habetur in l. si pupillus, §. 1. ff. de instito.* Aut est simplex procurator: & tunc aut tractatur de domino obligando, aut de alio ab ipso domino liberando. Primo casu, Aut mandatum est directum ad certam personam: & tunc ipsius personæ est in reuocatione necessaria certioratio. *vt l. 1. §. ego quæro, ff. quod iussu.* verbi gratia, Si constitui procuratorem ad emẽdum equum à Sempronio. Aut mandatum non est directum ad aliquam certam personam: verbi gratia, quia constitui simpliciter ad emendum vnum equum, & tunc non est necessaria certioratio alicuius alterius personę, sed sufficit solius procuratoris cer-

17

18

19

20

tioratio, tum propter incertitudinem personarum, tum propter culpam eius qui contraxit, qui diligentiùs scrutari debuit, An mandatum esset reuocatum. *arg. l. qui cum alio, ff. de reg. iur.* Nec potest culpa adscribi domino, quia ignorauit & ignorare potuit cum quo procurator contra-

21 heret. ¶ Sed diceret † aliquis, Nónne ille qui contraxit iustam credendi causam habuit, quod ille esset procurator, offenso sibi instrumento procuræ, & eo affirmante se procúratorem, esse? quia alio non apparente in contrarium, præsumptio est quod sit adhuc procurator, nisi per aliqua iúdicia appareret quód sit reuocatus. *arg. eorum quæ trad. in ca. ex insinuatione, Ext. d. t. de procur.* vnde quidam dicunt, quod ille qui contrahit cũ tali procuratore debet esse in hoc diligens, & ab eo inuestigare & scire etiam per eius sacramentum, si est reuocatus vel non, *per d. l. qui cum alio.* & si iuret, se non esse reuocatum, credere debet illi, aliàs non. In alio autem casu, cùm agitur de alio liberando, dicendum est, quod sit necessaria certioratio eius, qui soluit. verbi gratia, Si constitui procuratorem ad recipiendũ solutionem à debitoribus meis, & vnus soluit procuratori reuocato ignoranter, certè liberabitur, nisi de reuocatione eius sibi liquerit, *vt probatur in l. eius qui, vers. quas verò, ff. si cert. pet. l. vero procuratori, §. sed & si quis, & l. qui hominem, §. si Titium, ff. de solut.* ¶ Venio ad secundum casum principalem, quo quæritur

22 An sit † necessaria certioratio ipsius procuratoris. vbi distingue, Aut mandatum respicit vtilitatem principaliter domini mandantis, & tunc non est necesse quod reuocatio perueniat ad notitiam ipsius procuratoris. vt putà, si constituo procuratorem ad adeundum hereditatem, vel intrandum in possessionem, *vt l. si quis mihi bona, §. pènult. ff. de adquir. hered.* Aut respicit principaliter damnum & incommodum ipsius domini: & tunc quo ad effectum impediendæ liberationis in persona liberati, est necesse quod reuocatio peruenerit in procuratoris notitiã. Quo autem ad effectum obligationis in personam domini inducendæ, non requiritur, *vt in d. §. quas verò.* Sed si agitur de præiudicio generãdo ipsi procuratori ex reuocatione mandati: tunc semper est necessaria eius certioratio. *vt l. sed & socius, ff. pro soc. ar. l. si mandassem, ff. manda.* Vbi autẽ agitur

agitur de beneficio alterius ex reuocatione mandati impediendo: tunc esset necessaria certioratio procuratoris, *vt l.si pater, ff.de manu.vind. & ibid.not.* Alij, quos refert Cyn.*in d. l.mandatum*, aliter sic distingunt, Aut quæritur de certioratione seu notitia fienda procuratori, Aut de fienda parti. Primo casu, Aut quæritur de effectu reuocationis quo ad impediendam obligationem inter procuratorem & dominum. & tunc aut est obligatio iam nata & in esse producta: & tunc certioratio nihil operatur: aut nondum erat oblıgatio nata, sed erat producenda, & tunc si certioratio interueniat, impedit eã nasci & in esse produci, *vt habetur in l.inter causas, ff.mand. & § item si adhuc, Instit.mand.* Aliquando quæritur de effectu certiorationis quoad impediendum negocium per eum cum alio explicandum & hoc considerandum. Aut enim iste procurator interuenit simpliciter vt nudus nuncius, aut interuenit vt verus procurator. Primò casu, sufficit sola domini pœnitentia & reuocatio, nec est necessaria certioratio, & sic intellige *d.l. si pater, de manumiss. vind. & l. si pœnituerit.de repud.cum d.l.si quis mihi bona, §.penult.* Secundo casu, dic Aut de substantia actus explicandi est domini voluntas, vt in translatione dominij rei suæ (*vt l id quod nostrum, ff.de reg.iur.*) & tunc sufficit reuocatio, nec est necessaria certioratio, & sic debet intelligi, *d. § quas verò, & l. 2. § si quis donaturus, ff.de donat.* Quod fallit fauore liberationis, vbi certioratio exigitur, ne impediatur; *vt d.l.cum quis, §.1.l.qui hominem, §.si Titium, ff.de solut.* Si autem voluntas domini non est de actus substãtia, vt in venditione, quam (non) dominus & quilibet facere potest (*vt in l.rem alienam, ff. de contrah empt.*) tunc certioratio est necessaria, *vt d.l.si mandassem, in princ.* ¶ In tertio casu principali, dum quæritur † de certioratione fienda parti, An sufficiat si fuerit facta procuratori? Et subdistingue, Aut pars illa erat actum ipsum explicatura cum ipso procuratore, ipsius tantùm contemplatione & non domini: & tunc sufficit si fiat nunciatio soli procuratori, *vt in l. 1. §.sed si ego, ff. quod iussu.* Aut erat actum ipsum explicatura domini tantum contemplatione, verbi gratia, in iudiciis vel si dominus proponat aliquem negotiationi generali, & tunc requiritur aduersarij certioratio, *vt in d. l. si procuratorem, §.fin.ff.de procur. l.1. C.de satisdat. &*

23

l.sed & si pupillus, *§.palam*, *ff.de institor.* Alij autem aliter dicunt, vt refert Cyn.*vbi supra*. verùm quæ suprà dixi tenenda sunt. Dic denique reuocationem † mandati posse probari per instrumentum aut testem cum iuramento, *vt not. in ca.ex insinuatione, vbi Gloss. de procur. & in cap. in præsentia, Ext.eod.* Et hæc hactenus Ferrar. *in for.lib.respons. in act.hypothe.* Plura de Mandato & Procuratione per se prudens lector videre poterit apud ipsos Iurisconſ. eorúmve interpretes & alios id genus pragmaticos Scriptores.

24

De Societate.

R V B. I X. al. X I I.

Argumenta.

1. Societas vt sit fraternitatis species.

2. Societas 3.5.8.&9. { Quid sit / Qualiter / De quibus, / Inter quos & / Quibus modis } contrahatur.

4. Socius socii, vt sit socius.
6. Societas vt turpis rei nulla sit.
7. in Societate particulari vt non veniant aliunde quæsita: nec in generali institutiones.
10. in Actione pro socio quæ veniant.
11. Actio pro socio quibus & contra quos detur.
12. Societas qualiter aut quibus modis soluatur.
13. Societatis æternitas vt nullo pacto contrahi possit.
14. in Societate vt æqualitas seruanda.
15. in Societate quatenus æqualitatis aut inæqualitatis lucri pactum admittatur.
16. in Societate generali omnium bonorum quæ veniant aut non veniant. vid. & nu. 19.
17. Socii actiones vt ipso iure in socium non transeant.
18. Societate durante si quid à socio adquiratur nomine proprio, an socio communicari debeat.
20. in Societate contracta omnium bonorum, lucrorum & fortunarum, vt omnia bona qualitercunque & vndecunque prouenient communia sint sociis.
21. Socius socio vt de dolo & culpa teneatur, non tamẽ de casu fortuito.
22. Socio vno habente filiam, cui dotem constituerit, non tamen soluerit: an postea eius morte dissoluta societate do-

tate dotem ipſam recuperabit filia de bonis communibus.

23. Socii vnius filia dotata & marito à ſocietate ſoluta: an poſtea ab ipſo marito paupere facto conſumpta, iterum de communibus bonis ſit illa filia dotanda, vbi pactum fuerit de dotandis filiabus.

24. Filia ſocii in matrimonio ſine liberis conſtante ſocietate defunctæ: ad quem dos redibit, quæ de communibus bonis ſocietatis proceſſit.

25. Dotes vt tamdiu ſociorum filiabus ſolui debeant, inter quos pactum eſt de filiabus dotandis: & tamdiu ſolum, quandiu illorum durat ſocietas.

26. à Societate omnium bonorum quæ detrahantur

27. Societatis ſeu affrayramenti matrimonialis abuſus in prouincia Occitana.

28. Authenticæ ſeu Nouellæ *de æqualitate dotis*, 97. §. *hoc igitur*. qualis ſit intellectus.

29. Dotis & Donationis propter nuptias inæqualitatis incommoda.

30. Conſuetudo praua, vt ſit corruptela vocanda.

31. Conſuetudinis legitimæ, quæ ſint requiſita.

32. Dotalium pactorum inæqualium quæ ſint remedia.

33. Dotis inæqualitate, vel donatione propter nuptias læſo, quomodo ſuccurratur.

34. Societas ſeu aſſociatio aut donatio ſub matrimonii colore facta: an propter illatas manus violentas contra aſſociantem probatas, reuocari poſſit?

35. Societas animalium, quæ traduntur ad capitum, quibus pactis legitimè contrahatur.

36. Paupertas vt cogat interdum ad turpia.

37. Aequitas ſeu Aequalitas circa nutrituram animalium, quomodo in foro conſcientiæ diiudicanda ſit.

38. & 39. Societas penes animalium nutrituram, quàm variis pactis iniri ſoleat.

40. & 42. Societas de animalium emolumento inita, quandiu duret, aut in quantum tempus contrahi ſoleat.

41. Societas fructuum, contracta, quamdiu duret.

43. Societas de lacte & caſeis contracta, quamdiu duret.

44. Societas Negociationis contracta, quamdiu duret.

45. Societatis contractæ animalium, ad quem pertineat periculum.

46. Socius tradés animalia, & maiorem fructuum partem ſtipulans, quatenus peccet.

47. Societatis æqualis vel inæqualis diſcuſſio, vt ſit arbitrio iudicis relinquenda.

48. Societatis pacta, vt per ſucceſſorem alterius ſocii,

veluti peremptorem, sint seruanda. vid. & nu. 49.

50. Socius pro contractu socii, quatenus conueniri possit.

51. Socius recedens à societate, an possit partem rerũ communium repetere, vel alteri sociorum dare.

52. Socius vnus sine alio alienans, vt ei non præiudicet.

53. Societate finita, an æs alienum ea pendente contractũ, de communibus bonis solui debeat.

54. Socius an inuito socio domum reficere possit.

55. Socii delinquentis pœna vel compositio, an de communi soluenda

56. Sociorum altero emente vel lucrante, an emptum aut lucrum commune sit.

Materia huius rubricæ perutilis est huic nostræ Occitanæ prouinciæ, in qua homines eam incolentes isto cõtractu maxime vtuntur, seu verius ex subdicendis abutuntur: & non solùm in contractibus communibus, sed etiam in priuilegiatis, quemadmodum sunt dotes, & donationes propter nuptias, quas vulgus appellat *affrayramenta*, fortè ex eo, quòd vult text. *in l. verum, in prin. ff. pro* 1 *socio lib. 17. t. 2.* dicens, societatem habere † ius fraternitatis, in quibus vix aut difficulter potest interuenire natura huius contractus. Et quia communiter illo vtendo, communiter abutimur: dictos abusus, materiam prosequendo, recensebimus. ¶ Sed Primum videndum est, Quid sit societas: Secundò, Qualiter contrahuntur: Tertiò, De quibus rebus: Quartò, Inter quos: Quintò, Sub quibus modis vel pactis: Sextò, Quæ veniant in eius actione: Septimò, Quibus detur actio & contra quos: Octauò & vl-2 timo, Qualiter soluitur. ¶ Ad primum, Quid scilicet † sit societas? Respondetur, quòd societas est duorum pluriúmve conuentio honesta, contracta ob commodiorem vsum & vberiorem quæstum. *Insti. eo. glo super rub.* ¶ Ad 3 secundum Qualiter scilicet † contrahatur? Contrahitur 4 societas solo consensu. *ff. eo. l. qui admittitur.* Et ideò † socius socii mei socius meus non est *vt ibid. & l. nam socij. eo. ti.* & contrahitur societas ad tempus, ad vitam, & sub 5 conditione *ff. eo. l. j. C. e. l. penult.* ¶ Ad tertiũ † De quibus videlicet rebus contrahatur societas? Respondetur, quòd contrahitur vniuersorum bonorum: quandoque negociationis alicuius, quandoque vnius rei. *ff. eod. l societates contrahuntur, in princ.* quod intellige procedere in rebus hone-

honestis. quia turpis † rei nulla est societas. *ff. eod. l. cum duob. § vlti.cum plurib.sequentib.* Et attende, quòd † In societate particulari non veniunt aliunde quæsita, *l.cum duobus. §.fi.ff.eod.* Item nec in societate omnium bonorum veniunt institutiones, *l.eo.duo societatem §.fi.* ¶ Ad † quartum Inter quos scilicet contrahatur societas? Dicimus contrahit inter eas personas, quæ possint vna alteri obligari. de quibus *ff. & C. de pact.* ¶ Ad quintum † sub quibus modis contrahatur. Dic, quod sub equis vel æqualibus modis. *l.ij.C.eod.* ita quòd si contrahatur nummorum, vel mercantiarum, aut alterius negociationis: pares sint nummi, mercantiæ aut negociationis. Nam si vnus altero præpolleret, & æquum esset lucrum non esset bona societas, immò diceretur leonina. *ff.e si non fuerit. §.vlt.* ¶ Ad sextum, Quæ scilicet † veniant in hac actione. Et dicimus venire diuisionem æqualis lucri & damni: habita tamen compensatione rerum, personarum, & industriarum. *l.omne & l.si socij. & l si non fuerit. ff.eod.* ¶ Ad septimum, Quibus † & contra quos detur actio pro socio, Datur directa socio & eius hæredibus. *Insti.de pœna teme. litigant. §.ex quibusdam.* Et datur contra socium *ff eo, cum duob. §, item mala. alias est in l. si socius.* ¶ Ad octauũ † Quando scilicet soluatur societas. Respondetur, quòd soluitur societas naturali morte. *ff.eod. l.actione. § morte in fi.* nisi aliter sit actum *Insti. eod. §.soluitur.* Item ciuili morte. *ff.eod.l.actione.§ publicatione & Insti.eod. §.publicatione.* Item voluntate contraria. *ff.eod.l.verum in fi. & C.eo.l.tam diu. & l societatem.§. j.ff.eo.* Item quando substantia vnius sociorum perit *ff. eo. l.iiij. §.j. in fi.* Item soluitur actione perempta, vel mutata. *ff.eo l. verum. § vlti.* Itẽ si socij communi consensu incipiant seorsum vnus ab alio negociari. *l.itaque.eod.ti.* Sed si vnus sine consensu alterius seorsum negotietur sine causa legitima, tenetur socio actione pro socio. *l.actione.§.Labeo. & § item qui eod.ti.* Item si vnus incipit esse rixosus. *l.si conuenerit in fi ff. pro soc.* ¶ Et est † notandum, vbi dictum est, morte finiri, quod pactũ non potest apponi, quòd in æternum duret. *l nulla.ff.eo.* quia istud pactum esset contra naturam contractus. *vt ibid.* ¶ Quod autem dictum est, æqualitatem † esse omni modo seruandam in societate, sufficit illam æqualitatem insurgere posse ex mutua sociorum hincinde compensa-

6 7 8 9 10 11 12 13 14

tione: puta, quia vnus ponit pecuniā & alter tantas merces, quanta est pecunia: vel vnus ponit pecuniā aut merces, & aliter industriam & negociationem quæ potest esse ita preciosa, quòd forte præponderat. *ff e.si non fuerit.§. ita.& §.vlt.in fi.* Et tunc non fit solum æquatio rei ad operam, immo etiam periculi. Nam licet regulare sit in societate, Damnum æqualiter ad socios pertinere debere. *d.§.vl.* fit tamen æquatio seu compensatio periculi personæ negociantis, cum damno mercis socij: putà, est Ticius, qui tradit Sempronio viro industrioso centum petias pannorū ex portu Aquarum mortuarum pro oneranda naui, transferendas Damascum vel Bonitium ad conducendum dictas merces cum nauta optimo, certè pactū fieri potest, quòd æquè diuidatur lucrum prouenıendum inter eos: & tamen omne damnum pertineat Ticio. Et ratio est, quia Sempronius exponit corpus suum periculo submersionis & incursui piratarum, quòd est maius, quā perditio bonorum. Alter verò incurrit periculum perditionis bonorum, quod minus est *vt in d.§.ita in fi.* ibi dum dicit. *Item si solus peregrinetur, si solus nauiget. si pericula sub-*

15 *eat solus.* ¶ Et generaliter, † Omne pactum æqualitatis vel inæqualitatis lucri apponi potest: dum tamē illa inæqualitas possit per compensationem operę, industriæ, vel periculi socij compensari, & ad æqualitatem reduci. *d. l. si non fuerit.j. resp. & facit l.societates contrahuntur. & l.si quis societatem.ff.eo.* Quod si nihil dictum fuerit inter socios de damno, intelligitur de iisdem partibus & portionibus conuenisse de damno, quibus conuenerunt de lucro *Insti.*

16 *eo.§.illud.* & hoc ex natura cōtractus. ¶ Notandū, quòd † In societate omnium bonorum veniunt sequentia: Primo, omnes res corporales, quæ quo ad dominium & pos-

17 sessionem ipso iure transeūnt *ff.eo.l.j.& ij.* At nomina † seu actiones non transeunt ipso iure: sed alter alterum procuratorem in rem suam constituere tenetur. *l. iij. in*

18 *princ.ff.eo.* ¶ Et si durante † societate alter sociorum aliquid proprio nomine acquisierit, actione pro socio communicare compellitur. *l.si quis societatem ff.eo.* quia Actio pro socio competit ad conferri faciendum omnia, quæ veniunt iure societatis: sicuti etiam actio communi diuidundo, proponitur ad diuidi faciendum. ¶ Itēm in so-

19 cietate † non veniunt regulariter alia, nisi actum sit, vt

veni-

venirent: veluti hæreditas, legatum donatio causa mortis. *l. duo societatem §. fi. ff. pro socio.* Vbi autem dictum est; veniunt. *l. 3. §. j. & l. si societatem vniuersorum. ff. eo.* Si tamē dictum esset, quòd hæreditates, quæ legitimè venirent, communicarentur: tunc venirēt hæreditates dumtaxat, in quibus ab intestato erat successurus. *l. iij. §. de illo. eo. tit.* Et hoc propter adiectionem illius restrictionis *legitimè.* Eadem dici possent in aliis restrictionibus, vt ea non excedat communio. *ff. eo. l. cum duobus. § Papinianus. & §. item Mela. alias est in l. si socius. ff. eo.* Item stipendia & salaria *l. cum duobus. § idem Papinianus eo. tit.* Ex maleficio tamen quæsita, non veniunt. *ff. eod. l. cum duobus. §. vlt. & l. quod autem, cum seq. ff. eo.* ¶ Et si societas † sit contracta omnium bonorum, lucrorum, & fortunarum: tunc qualitercunque & quomodocunque bona perueniant ad socium, communia semper sunt. *eod. tit. l. coiri cum seq. sex. legib. & melius l. si societatem vniuersorum. ff. pro socio.* ¶ Item notandum, quòd socius † socio tenetur de dolo, lata culpa, ac etiam leui. *l. cum duobus §. venit. & l. non ob eam. cum seq. & l. socius socio. ff. eo.* leuissima autem: scilicet negligentiæ. Similiter & casus fortuiti non veniunt. *vt in d. l. cum duobus. §. damna. & in d. l. socius.* quia sibi imputare debet, qui socium minus diligentem sibi assumpsit *Insti. eod §. fi.* Nec releuatur socius a culpa ex eo, quòd in aliis actibus societatis benè & diligenter se habuerit. *ff eo l. non ob eā, cum seq. prœal.* ¶ Sed si culpa esset hinciñde, fieret compensatio. *ff. de compensa. si ambo.* ¶ Quæritur, Vnus † sociorum habet filiam, alter non: is qui habet dotem illi filiæ quam in matrimonio collocauit, de communibus bonis constituit: dissoluitur societas mortē patris consocij: An filia recuperabit dotem illam super bonis communibus, tanquam æs alienum? Pro cuius solutione, distingue: quia Aut filia non est hæres patre defuncto: Aut est hæres. Et si nō est hæres: subdistinguendū est. quia Aut pactū fuerat commune de dotandis filiabus ipsorum sociorum *vt in l. si socius pro filia. §. j. ff. eo.* Aut non. Primo casu indistinctè filia exigit, & sic detrahitur dos ante æs alienum. *l. omne. eo. ti. & d. l. si socius. § verum.* Secundo casu principali, quid iuris, si filia fuit hæres patris. Et iterum subdistinguēdum est: quia Aut fuerat pactum inter socios de maritandis filiabus: Aut non. In primo casu, si fuerat pactum

20

21

22

de maritandis, & durat matrimonium: consequitur ipsa filia ex bonis communibus dotem, ac si alius hæres extitisset *d. l. si socius. §. verum.* Sed si diuortio esset solutum matrimonium, non exigeret, nisi per acceptilationem à marito sublata esset. *vt in prin. d. l. si socius iuncto fine.* quia tunc cessaret exactio. nam etiam cessaret priuilegium dotis, eo quòd non esset indotata, cùm succederet in media parte bonorum solutæ societatis. Sed si diuortium esset celebratum constante societate; tunc exigeret filia dotẽ, & cũ illa se maritaret: quia aliàs esset indotata. Et hoc est, quod vult. *d. l. si socius. in. §. quòd si salua.* vir tamen cedendo actiones vxori, per acceptilationem liberabitur ab ea. *l. promittendo. § fin. ff. de iure do.* In casu verò præmisso, quãdo scilicet soluta societate filia patri succedit, dote non soluta, confunditur actio: eo quòd ipsa hæres debitrix & creditrix fit *per l. debitori. C. de pact.* Secundo verò casu, quando non fuerit pactum de dotandis: non exigit, nisi dumtaxat super parte patris, cuius officium erat filiam
23 dotare. *l. si pater. C. de dotis promissi.* ¶ Sed quia est propria † hæres, confunditur actio: vt suprà dictum est. ¶ Sed ponamus, Filiam dotatam, & dotem solutam fuisse durante societate: sed vir factus est inops, & consumpsit dotem: An redotabitur filia de bonis communibus, vbi pactum fuit de dotandis filiabus? Et dic, quòd non, nisi specialiter illud cautum esset. *d. l. si socius. §. nec si prior.* ¶ Item quæri-
24 tur, Defuncta † filia in matrimonio sine liberis constante societate ad quem redibit? Et certè ad socios. *d. l. si socius. § cæterum, ff. eod.* Et hoc ex æquitate pacti societatis: *vti vult text. ibid.* Et ex hoc inferri potest vnum generale,
25 in istis dotibus † procedentibus de bonis communibus vigore pactorum, quòd tandiu dotes solui debẽt filiabus dotatis, & tandiu apud eas esse solutæ, quandiu durat societas respectu filiarũ. *per d. §. cæterum,* per quem possunt multæ dirimi quæstiones in hac materia. ¶ Refunduntur
26 seu † detrahuntur à bonis communibus. Primò omne æs alienum; & vno consociorum non existente soluendo, alij tenentur. *ff. eod, l. omne. & l. socij. §. si cum res. & l. si vnus, primo resp.* Item pericula, iniuriæ, damna, & expensæ, quæ vnus sociorum exercẽdo communitatem sustinet. *l. cum duobus. §. quidam. & l. socius. §. si quis. & § vlt. ff. eo.* nisi culpa passi, pericula, damna vel iniuriæ euenissent: *vt in dictis iuribus, & in l. adeo. §. si. eo. tit.* Item & si quid pro re cõ-

muni reficienda impensum sit. *l. cum duobus. §. idem respondit, cum se, & l. pro socio. §. si sit. ff. eod.* Item imputantur in partem socij ea, quæ ob maleficia socij amota sunt. *ff. eo. l. rei communis.* Item venit damnum datum in re communi. pro quo damno competit actio legis Aquil. *l. sed & si. §. si damno. ff. pro soc. cum trib. legib. seq.* Et generaliter de omnibus his, quæ dolo malo gesta sunt tenetur socius socio *l. verum in prin. ff. eo.* ¶ Et quia supra † in exordio huius tit. dictum est, quòd in hac prouincia Occitana inueniuntur certi contractus societatis seu affrayramenti, inter viros & vxores. & tam ad causam dotium, quàm donationum propter nuptias, in quibus causantur plures abusus: maximè in præiudicium mulierum, quæ per tales societates seu affrayramenta multoties repetitas seu repetita, efficiuntur quasi indotatæ. Ad huius demonstrationem subiicitur exemplum. Ecce, quòd mulier habens ducenta in dotem, contrahit cum viro habente quinquaginta: fit associatio inter eos de omnib⁹ bonis &c. Euenit sæpenumero, quòd vir decedit relictis liberis: & sic ex pacto societatis media pars dotis vendicatur per liberos & hæredes, quæ sunt centum: iterum & secundò contrahit cum alio, & constituit sibi centum, quæ restant in dotem cum pacto associationis seu affrayramenti prædicti. Decedit vir ea relicta & liberis. liberi vindicant quinquaginta, conuolat ad tertia vota, & constituit sibi quinquaginta cum prędictis pactis: prædecedit vir relictis liberis. vendicant liberi viginti quinque ex pacto associationis: conuolat ad quarta vota, & constituit viginti quinque restantia in dotem cum pactis prædictis: euenit vt suprà: restant duodecim cum dimidio, quod est vnum nihil, respectu primæue dotis. nec ita potest mulier iterum ad quintas conuolare nuptias propter tenuitatem dotis. E conuerso, Ponamus vxorem prædecedere, non lucratur nisi viginti quinque: vbi tamen vir lucraturus erat centū. Et sic restat manifesta inæqualitas de iure improbata *per text ad literam in authent. de æqualitate dot. § hæc igitur. col. vij. Nouel. 97.* cuius tenor pro fundamento subdicendorū sequitur: & est talis. ¶Hæc igitur † ante alia vniuersa cor rigimus, Æqualia in dotibus esse, & propter nuptias donationibus, & ea quæ offeruntur, & etiam ea quæ in stipulationibus deducuntur pacta: & tantam quantitatem

27

28

conscribere quidem virum, quantam & mulierē. & tantum quoque lucrum stipulari, & ex tanta parte, ex quanta voluerint: æqualis tamen mensuræ. non enim aliter iusticiæ & æquitatis seruabitur ratio, si in negociatione alterutros circumueniant, & videantur quidem æquas facere stipulationes. Pro viro autem inæquales maneant effectus, non prius quātitate datorum eadem consistente ne irrideri videatur vndique lex. Sed si ille quidē conscribat duo millia aureorum, mulier autem fortè sex millia in dote offerat, & stipulentur alterutros partem conscriptæ in lucro percipere. proinde illo eueniente lucro: Illa quidem nihil aliud lucrabitur, nisi quingentos aureos ex quarta: Ille autem quingentos & mille ex eadem quarta &c. Ex hoc enim textu tracta est *authent. æqualitas. C. de pact. conuen. tam super dol. &c.* Et licet olim iure Codicis voluntarium esset seruari æqualitatem istam *per l. si constante. C. de do. ante nup.* Hodie tamen necessarium est *in d. authent. de æqualitate dotis. §. primum quidem, ibi dum dicit, Et non in electione sicut prius, sed in necessitate* &c. Et hoc ideo † introductum est, quoniam ex talibus inæqualibus pactis insurgunt maliuolentiæ inter virum & vxorem, & spoliatio mutui amoris. *ff. de do. int. virum & vxo. l. j.* Et efficiuntur matrimonia quasi venalia. *l. ij. eo. ti. & C. de inutili stipu. l. ij.* sæpéque euenit, quòd ex talibus pactis melior in paupertatem incidit, & deterior ditior efficitur contra *l. j. in prin. ff. de do. inter vir. & vxor.* Et quod deterius ac intollerabilius est, próque themate assumptum est, quód eo deuenitur vt mulieres efficiuntur indotatæ contra omnium iurium dispositionem, qua prohibetur ex talibus pactis mulieris conditionem fieri deteriorem. *l. ij. l. de die & l. licet, ff. de pact. dota.* Et ideo cauendum est, ne mulierum fragilitas talibus pactis lædatur. Nec obstat, quod tangit Gloss. *in d. authent. æqualitas:* quia illa authen. per consuetudinem tolli potest. quia Gl. ibi non figit pedem, sed dictum illius habet locum, quando pacta lucrorū hincinde fluunt, quę quando fiunt, debent fieri æqualia, aut omnino non fieri: &, si inæqualia fiant, viribus non subsistunt *per ea quæ leguntur. & no. in l. pacta quæ contra leges. C. de pac. & in l. non dubium. C. de leg.* Et ratio est: quia Edicta legalia prohibentia talia pacta fieri, tendunt ad bonum publicum: scilicet ne mulieres

lieres remaneant indotatæ: quia si indotatæ essent, non reperirent viros. Et sic ciuitates destituerentur liberis hominibus contra. *l.j.ff solu. matri.* ius etiam publicum priuatorum pactionibus læderetur. quod esse non debet. *l. ius publicum, ff. de pact.* Item non solum læderetur ius publicum: immo etiam boni mores, qui sunt iure introducti, vt æqualitas in matrimoniis: & per consequens amor & fides, iugiter inter coniuges seruentur. & ex his liberorum procreatio sequatur, quæ sunt bona coniugij *vt in c. si. de cond. appo.* Nam liberorum procreatio inter coniuges inuicem maliuolos haberi non potest: vt ad sensum patet, quia Amor est causa & initium generationis *in authent. qui mo. na. effi. legi. §. illud cum ibi notat. col. vj. Nouel. 74.* Et ex his resultat, quòd tam de iure ciuili *per iura superius alleg.* quàm canonico *per c nuper. & c. si. de don. int. virum & vxor.* non valent pacta prædicta, quæ fiunt inter virum & vxorem de dotibus & donationibus sub colore prædictarum associationum seu affrayramentorum: cùm per eas fraus fiat legi. quia quòd vna via prohibetur, omnibus etiam viis, quibus ad hoc peruenitur, prohibitum censetur. *vt in reg. cum quid de reg. iur. lib. 6. & iiij. dist. ca. denique. & in c. nam concupiscētiam. de consti. C. de reb. alien alie. vel non alie. l. vlt. & in prælleg. l. non dubium, C. de legi.* ¶ Nec obstant † consuetudines, quæ allegari possent, quare posset dici, quòd hæc prouincia generaliter hoc iure vtitur. Et per consequens procedat prima opi. Glo. *in d. authent. æqualitas, C. d. t. de pact conuent.* quia respondetur, illam talem consuetudinem, non posse dici consuetudinem, sed potius corruptelam: eo quòd non habent causam † impulsiuam, materialem, formalem, & finalem consuetudinis. Nam primo legitima cōsuetudo requirit causam Impulsiuam, cùm nulla subsit necessitas inducendi consuetudinem, maximè in præiudicium reipub. quod notoriè per ea quæ dicta sunt vertitur. Materialis verò causa consuetudinis, debet esse rationabilis & formalis præscripta: Finalis verò necessaria. Quia inductiua & finalis idem sunt: nec differunt, nisi quantū finis in intentione à fine in executione. Et si finis intentionis siue executionis non sit necessarius, non est sufficiens ad immutandam legem *per ea quæ leg. & not. in ca. cum tanto de consuetudine. & in ca. non debet de consanguin. & affin.* Materialis verò, debet esse ra-

30

31

tionabilitate vallata. *vt in d. ca. cum tanto.* Et dicitur rationabilis quæ non est legibus improbata *vt in ca. cũ ecclesia. de cau. pos. & proprie. & in c. abbate. de verb. sign.* Et cũ prædicta consuetudo dicés; quòd inæqualia pacta admittantur, sit contra iura ciuilia & canonica, per ea quæ suprà dicta sunt, deficit vnum de fundamentis, super quo debet fundari consuetudo: scilicet rationabilitas; quæ est anima legis *vt not. in l. adigere. §. quámuis. ff. de iure patro. & in l. cum mulier. ff. solu. matri.* Et ideo quia prædicta consuetudo est irrationabilis, non potest dici consuetudo, neque seruari debet *vt in authent. vt nulli iudi. §. j. colla. ix. Nouel. in verb. Neque consuetudines.* & paulo post dicitur, propriũ lucrũ iniuste &c. *& in auth. de statu. cõtra liber. eccle. fa. § nos Federicus, col. x.* Nec reperieturquòd sit formaliter scripta: quodtamẽ requiritur ad hoc, quòd dici possit cõsuetudo: *vt in d. ca. fina. de consuetu. & in ca. abbate. de verbo. signi. & ibi Gl. & ff. de legi. cum de consuetudine.* Deficiunt ergo omnes causæ, quibus legitima potest fundari consuetudo. Et per consequens non est obseruanda: *vt vult Glo. si in fi. ff. de legi & tex. cum glo. in l. ij. C. quæ sit longua consuetudo. &*

32 *in d. ca. fi. de consue.* ¶ Sed præsupposito † iam pro expedito, quod forma illorum contractuum inæqualitatis pactorum dotalium, quæ ex illo corrupto abusu affraymentorum sumitur, non valeat inquantum per eos contrauenitur, rationabilibus iustis & æquis iuris communis dispositionibus, de æqualitate dotium & donationum dispo nentibus: quæritur, Quo remedio prouidebitur? De hoc est; An in totum, vel pro parte rescindetur contractus. ¶ Et dic, quòd regulare est, quod ipso iure pacta intelliguntur facta secundum qualitatem. *l. j. §. sin autem, C. de dona. ante nupt.* Quatenus concurrunt, vel concurrere possunt donationes cum dotibus quo ad pacta dotalia, erit hincinde validum affrayramentum seu associatio: & in eo, quòd vnum aliud excedet, excessus ille reiicietur & reducetur ad æqualitatem: quia Vtile non debet per inutile viciari *vt in reg. vtile. de reg. iur. lib. vj. & C. de dona. l. sancimus. & ff. de iure dot l sine generalis.* Et sic aliquot reducitur ad aliquid, scilicet stipulatio excessiua per alterum facta, ad legitimam per alterum factam: sicut etiam ex iuris dispositione, nullum reducitur ad aliquod *per d. §. sinau-*

33 *tem, in d. l. fi. & authent. dos data. ibi signata.* Et poterit †

læso

læso succurri, scilicet iure exceptionis, si læsus possideat. *per ea quæ traduntur in d.authent.dos data.* vel iure actionis, si lædens, vel eius hæredes possideant: & ad hoc intentare conditionem ex lege præinserta de æqualitate dotis, contra quam pacta facta pro infectis habentur. vt supra visum est. & per hæc tollitur replicatio lædentis, possidentis. ¶Sed adhuc restat magna dubitatio, posito † 34 quòd aliquis associauerit seu affrayrauerit etiam sub colore matrimonij aliquem, & siue per modum dotis, siue per modum donationis factæ alicui: putà, Ticiæ à nullo alio dotatæ donationem per modum associationis seu affrayramenti sub colore matrimonij: An si dicta Ticia, vel eius vir, manus violentas ingesserit, vel atroces iniurias protulerit contra associantem, affrayrantem, (seu donantem, possit talis associans, affrayrans, seu donans, talem associationem, affrayrationem, seu donationem reuocare? Possunt multa argumenta hincinde fieri super duobus fundamentis: primum, quia donatarius tenetur honorare donantem, & non malè tractare *per iura vulgata.* Secundũ, quòd matrimonia non debent fructibus ad onera supportanda datis, frustrari. Pro concordia verò crederem sic distinguendum: quia vel associatio fit & procedit ab eo cui competit necessitas dotandi vel donandi propter nuptias: putà à patre, cui incumbit hæc necessitas in liberos. *l. si pater. C. de dot. promiss. l. qui liberos. ff. de ri. nuptia.* & tunc hoc casu non reuocatur, cum facta censeatur magis ad liberationem *per lec. & nota. in l. donari. ff. de regul. iur.* Et ratio potest sumi *ex l. rem legatam. ff. de adi. lega.* in qua probatur, quòd ea quæ dantur ex necessitate, magis sapiunt liberationem, quàm donationem. Circa hoc tamen posset adhuc distingui: quia Aut pater iuxta debitum dotis, quæ constitui debuit iuxta facultatem bonorum patris dotantis *per lec. & nota. in authent. res quæ. C. communia de leg.* Aut vltra debitum, habita consideratione facultatum patrimonij: dotauerit. Et si primo casu, procedunt iam dicta, scilicet quòd non possit reuocari. Nam si iniuriæ verbales, vel facti, inferantur: per virum opponere potest vxor, quòd culpa viri sibi non debet obesse *per l. ob maritorum. C. ne vxor pro marito.* & econtra si sint illatæ per vxorem, opponere poterit maritus *per lec. & not. in d. l. & super rub. eo. ti.* Et secundo casu, si aliquid datum est vltra

debitum, quia in illo pluri est mera liberalitas, cùm nulla subesset necessitas. Nunc hoc casu per ingratitudines potest fieri reuocatio. *arg. eorum quæ legunt. & no. in d. l. si pater. §. fi.* Ad idem faciunt *le. & no. in l fi. C. de reuo. dona.* & ratio est, quia in illo pluri non censetur esse priuilegium dotis *per le. & no. in l. cum te. C. d. t. ne vxor pro marito.* In secundo verò membro principali: scilicet quando associatio seu affrayramentum, vel donatio fit ab extraneo, cui non incumbit necessitas dotandi vel donandi propter nuptias: tunc distinguerem; quia Aut iniuriæ inferuntur per virum. & tunc vxor non perdit iura sibi obuenta ex illo superfluo sibi obuento medio dictarum associationum seu donationum *per d. l. ob maritorum.* Si verò iniuriæ inferantur per vxorem, cuius contemplatione facta fuit associatio, siue donatio: tunc indistinctè vxor perdit proprietatẽ bonorum associatorum seu donatorum. quia hoc casu est donatio simplex, quæ non redit ad donantem, nisi medio ingratitudinum & non aliter: vel alias ex eo, quòd extraneus dotans non repetit dotem, nisi pactum fuerit appositum. *l. vnica. §. accedit. C. de rei vxor. ac.* Fructus verò durante matrimonio non perdit maritus, ex æquitate legis: *pro oneribus. C. de iureiur.* Nam durante matrimonio est quasi dominus dotis. *l doce. C. de rei ven. cum vtrobique not.* Et hæc dicta sunt fauore simplicium mulierum, signanter huius prouinciæ, quæ tantùm anhelant ad habendum optatos viros, quòd ipsos quasi mercantur & comparant. Et in matrimonijs earum, quæ libera & sine precio esse debent. *c. cum locum de spon.* & in solis animis, non autem in lucris. *l. iij. in prin. ff. de dona. inter virum & vxor.* ea faciunt venalia contra dispositionem. *l. ij. eo. tit. & l. ij. C. de*
35 *inuti. stipulatio.* ¶ Quæritur etiam de alia quæstione † de societate animalium, quæ traduntur secundum vulgare huius prouinciæ ad captandum, seu ad captum: Qualiter, & sub quibus pactis legitimè ita cõtrahatur. Pro quo consideranda sunt. & attendenda primùm ea, quæ concernunt personam tradentis: secundò ea, quæ concernunt personam eius cui traduntur: & tertio ea, quæ concernũt vtrumque. Dixi primo considerandum personam tradẽtis: quia ex qualitate personarum præsumitur aliquoties fraus vel dolus interuenisse in contractu: putà, quia simplex homo & bonæ conscientiæ contrahit cũ doloso

& malæ

& malæ conſcientiæ:puta ſolito fœnerari:de quo late *per Doc.in c.ad noſtram.de empt.& vend.& in c.illo vos de pig.& in auth.ad hoc,C.de vſuris.* Dixi ſecūdò cōſiderandā perſonā eius cui traditur, ſi pauper ſit vel ſimplex: quia pauper magis præſumeretur ſuo cōmodo conſentire, quā diues *per ea quæ not.in l.cum de indebito.ff.de proba.& in c.cū tu.& plurib.alijs c.de vſu* Nā ſæpius paupertas † cogit ad turpia, 36 *l.ij.in prin.ff.de teſti.de excu.tu.l.ſpadonem.§.fi.& C.de patri. quæ fi.diſtra.l.pen.cū ſimil.* Dixi tertiò,mixtā fieri conſiderationem,ſ. tradētis & accipientis:vt ſi conſiderato capitali tradentis,& opera accipientis,pacta contineant æquitatē & æqualitatem,ſeruanda erūt, *per iura cōmunia de ſocietate loquentia.* Quæ quidē † æquitas ſeu æqualitas poterit per 37 diſcretos iudices in foro conſcientiæ diiudicari: maximè accerſitis ſibi viris nutritorib⁹,ſeu nourigueris animaliū, quorū vota in talibus exquiri poterunt. *ar.eorū quæ habentur.in l.ſi irruptione.§.fi.ff.fi.regun & in c fraternitatis.in pr.de frigi & malefi.& in l.j.in pr.ff.de vētre inſpiciē.* Sed veniēdo ad ſpeciales caſus,vt veritas magis habeatur,ſciendū eſt, quòd pacta quę fiūt in iſtis ſocietatib⁹ animaliū,aliquādo fiunt circa capitale, ſeu ipſa animalia,& aliquotiens circa fœtū,fructū, ſeu crementū. In primo autē caſu animalia dantur æſtimata,aut inæſtimata.Si æſtimata, Aut dantur æſtimatione quæ facit emptionē,aut non.Et ſi dentur æſtimata æſtimatione,quæ facit emptionē: tunc eſt cōtractus emptionis & vēditionis *l.æſtimata.ff ſol.mat.* & omne periculū & cōmodum pertinet ad emptorem,propter dominij tranſlationē,per ea quę ſup.dicta ſunt in contractu emptionis & venditionis.Quando verò dantur æſtimata æſtimatione,quæ non facit emptionē:tunc eſt ſocietas in fructu,niſi cōuentū eſſet,quòd cōmunia eſſēt poſt tēpus, animalia & fœtus.*l.ſi area.alias eſt l.ſi tibi rē.§.Iulianus.ff de præſcrip.verb.* Et hoc caſu cōmunicant fructus,vt dictū eſt, ſaluo capitali tradenti,at ſi culpa accipientis perierit, tūc tenetur accipiens:niſi caſu fortuito periret:quia hoc caſu periculū capitalis eſt cōmune accipiētis & tradentis. *l.cū duobus.§ dāna.ff.pro ſoc.* Pro cuius declaratione ſciēdū eſt, quòd iſta † pacta aliquādo fiūt in iſtis ſocietatib⁹ anima- 38 liū,aliquādo circa ipſū capitale & circa ipſa animalia:aliquādo circa fœtum, fructū,ſeu cōmoditatem:& aliquando circa tempus, quo durare debet ſocietas. Primo caſu

quando fit pactum circa ipsa animalia: tunc Aut dantur æstimata æstimatione, quæ facit emptionem, & non est præsentis speculationis: Aut æstimatione, quæ non facit emptionem, sed fit gratia clarioris actionis, in casu recuperationis: & conuenitur de parte fœtuum, fructuum, seu commoditatum, Et iste contractus sapit locationem vt suprà dictum est, poterit tamen ex decisione sequenti liquidari. ¶Faciemus ergo nouum membrũ: scilicet, quando dantur inæstimata, & conuentum est de capitali fœtibus & tempore. Et istud est membrum principale, quod communiter practicatur, quod subdistinguemus iuxta præcedentem distinctionẽ in tria membra. Et capiemus primum membrum: scilicet quãdo pactũ fit circa ipsa animalia inæstimata. In quo dicemus, quòd ex quo sunt data inæstimata, non videtur posse pacisci, quòd ad accipientem pertineat periculum, & non ad ipsum tradẽtem animalia. pro quo faciunt, quæ traduntur per Doct. *in l. si paciscenda. C. de pac & in l. j. C. pro soc. siue de societate.* Et hoc casu, quemadmodum dans perdit animalia, ita accipiens nutrituram, seu operam, *per dicta iura.* Sed si accipientis interueniret dolus vel culpa, teneretur de perditione animalium. *l cum duobus. §. si in coeunda. & §. damna. ff. pro socio.* Et ideo, si hoc casu pacisceretur dominus animaliũ, quòd si animal, quod pro capitali traditur, periret: quomodocunque suppleri deberet defectibus (al. de fœtibus) ipsorum animalium, & vltra hoc recipere partem fœtuũ, pactum esset reprobũ *per gloss. in c. plerique. xiiij. q iij.* Quia, cùm capitale ad ipsum dominum spectet, ergo & periculum capitalis: sicuti periculum operarum & pascuorũ pertinet ad nutrientem; aliàs non esset æqua societas, ex eo, quòd vnus sociorum sustineret maiorem partẽ damni, nec reportaret maiorem partem lucri quàm alius, vt
39 suprà visum est *in hac rub.* ¶ Secundo † casu, quando pacta fiunt circa fœtum, lanam, lac, caseum, vel frumẽtum, quod lucratur ex labore boũ; vel ex trituratione equorum, eorúmve locatione, & generaliter ex quibuscunque lucris prouenientibus ex animalibus. Hoc dic, quòd pacta conformia iuri, vel iustæ consuetudini seruanda sunt per ea quæ suprà dicta sunt *in hoc tit.* vbi tetigimus aliquid de consuetudine. quæ quidem consuetudo dicetur iusta, si seruet æquitatem & æqualitatem *iuxta. l. si non*

fuerit,

fuerit,ff.pro soc. ita quòd ex natura contractus animalium, periculum ad tradentem pertinet, nisi dolo vel culpa accipientis contingeret: operarum verò & pascuorum, ad accipientem pertinet, vt supra dictum, & latiùs infrà dicetur. ¶ Tertio verò † casu: scilicet de pactis circa durationem temporis societatis, quando conuentum non est de tempore, quod durat quinquennio, *per quedam capitula extraordinaria feudor. in ca. si quis dederit vaccan. Noli mirari determino* socida. *quia est vulgare Gallicum Gasconum, qualis erat conditor huius operis.* Sed de iure communi om. ſtis dictis extraordinariis rubricis, durat societas animalium vsque ad tempus partus, si de parte fœtus conuenerit. ¶ Et si de † omnibus fructibus conuenerit, vsque ad collectionem eorum omnium. Ponamus ergo societatem † vaccarum & boum contractam kalendis Martij: durabit vsque ad Kalendas Nouembris. quia inter vtrasque Kalendas coluntur & seminantur agri. Et ponamus de vacci. contractam societatem Kalendis Iulij: certè durabit vsque ad Kalendas Aprilis, eo quòd communiter inter vtrasque kalendas, solent fœtare. Et si † de lacte & caseis contracta si, durabit biennio. quia in primo anno lac necessarium est fœtui pro maiori parte: & ideo, si ante id tempus alter sociorum societati renunciauerit, tenetur actione pro socio. *l. si conuener t. in prin. ff. pro socio.* ¶ Idémque dici † potèst de aliis pecudibus, vt secundum qualitatem negociationis contracta videatur. & in tantũ tempus continuetur, quantum durat negociatio. *l. actione, §. item si alicuius. eod. tit.* Nec finita videtur, nisi seorsum socij negociari inceperint. *l. itaque. eod. ti. ff.* At tamen ille, qui seorsum vti incipit sine causa legitima, non liberatur. *l. actione, §. dicimus, ff. eo.* immo tenetur actione pro socio *ea l. §. Labeo. & §. item qui. ff. pro soc.* aliter autem non. ¶ Erit ergo breuis † resolutio in hac materia: quòd quando animalia dantur ad soccidam: id est socialem capitaneam, seu ad capitum inæstimata, periculum pertinet ad tradentem. Quando verò æstimata æstimatione, quæ nõ facit emptionem, vt suprà dictum est: tunc commune est periculum, nisi culpa accipientis interueniret *per d. l. cum duobus, §. damna.* ¶ Vnum tamen notandum est, quòd si tradens † animalia, maiorem partem lucri stipuletur, ex eo quòd arbitretur in animo suo, mediam partem precij

40 41 42 43 44 45 46

ac capiti mutuo dare:tunc peccaret,eo quod saperet vsuram *per ea quæ leg.& not.in ca.j.ciuitate.& in ca.consuluit,de vsur.* Sed si per modum societatis, non habita considera-
47 tione mutui,non peccat.*per ea quæ dicta sunt.* ¶ Et pro† omni resolutionis discussione, An æqualis vel inæqualis debeat dici societas: relinquenda est arbitrio iudicis. *l. in præposita.ff.pro soc.& ibi Gloss.* quod arbitrium iudex fundabit super qualitate personarum, valore seu æstimatione rerum,& consuetudine prouinciæ *per dicta iura.* ¶ Vltra hæc, quæritur de aliquibus quæstionibus huic mate-
48 riæ seruientibus. Et primò, † pactum factum est inter duos socios communes vnius muri seu parietis, de certo modo leuando de moliendo, vel damnando:alter sociorum vendit partem suam : Quæritur, an tenebitur emptor seruare pactum venditoris. Et concluditur quod sic.*l.quæsitum.§. quod à Titio.ff.de precario.& in l. in hoc iudicio.§.penult.ff.communi. diui.* Et idem, si pactũ sit factum de non plantando arborẽ *per d.l.in hoc iudicio. & per l. fluminum. §. adijcitur.ff.de dam. infecto, & denique.ff. pro soc.*
49 ¶ Itẽ† quæritur,Titius dedit Sẽpronio tres pedes in latitudine fundi sui,cui vicinum atque contiguum erat prædium Titij,pro ædificando,construxit murum Titius, & vult ædificare in suo & apodiare in muro Sempronij:quæritur, An possit? Quæstio dubia est.nam pro parte affirmatiua facit. *l.inter eos. C.de acqui.re.domi.* In oppositum facit. *§.si duorum Insti.de rerum diuis.* Conclusio est, quòd solum est commune *per dicta iura.* Sed parietis impensæ debentur pro media parte *per ea quæ leguntur & not. in §. ex diuerso,& in §.quia ratione.Insti.de rerum diui.* ¶ Quæri-
50 tur, An socius † pro contractu socij conueniri possit. Et dic,quòd sic:si contractus sit factus pro communibus negociis societatis.*l.actione,§.si communis ff.eod.* ¶ Sed nun-
51 quid † socius recedens, potest partem communium rerum repetere,vel saltem alteri sociorum dare? Respondetur quòd dare potest, vel repetere finito vsu ad quem emptæ fuerunt *vt in l. actione. §. si communis pecunia.ff. pro socio.* Prius verò nõ potest:immo socij agere possent contra eum ad interesse, pro eo quòd inuito pristinæ renunciat societati *vt ff.pro soc.l.sed & socius,in fine.& l. si conuenerit.in fi.j.respon.* finita verò societate agere potest communi diuidundo *ff.communi diui.in summa,*Sed antea locũ

habet

habet actio pro socio vtilis vel directa *vt ff.eo. l.nam.*cum cõtractu.¶ Sed quid si † vnus sine alio alienet,an ei præiudicet? Dic quò d non.*l.j.& ij.C.de communi re alie.& per glo.in l famil.hercisc.* Et ratio hæc est Gloss.quia socius in quacunque parte habet partem.¶ Quæritur,An æs alienum † contractum durante societate,solui debeat finita societate de bonis communibus societatis? pro quo distingue,quia Aut ab omnibus contractum est:& tunc indubiè de communi solui debet. *l.omne æs.ff.pro soc.& in l. si vnus.§.fi.ff.eo.tit.* Aut ab vno tantùm fuit contractum occasione bonorum communium,& in communem vtilitatem:& iterum soluitur de communibus. *arg. ff.de nego.ge. l.Pomponius. & l.seq §.j.*Si verò ab vno est contractum, & non ad communem vsum, vel vtilitatem : tunc debet luere ille,qui contraxit.*arg.ff.de reg.iur.non debet alteri.& eor.quæ habentur in l.iure societatis.ff.pro socio.* Socius autē,An possit inuito socio reficere domum?Dic,†quòd sic.*l.cum duobus § idem respondit ij.eo.ti.*& recuperabit expensas pro media parte *d. §. idem respondit.* ¶ Quæritur præterea, Quid si †alter sociorum fuerit condemnatus ob maleficium à se commissum, An compositio vel pœna soluetur de communi? Et dic, quòd non: immò de parte socij,qui maleficium commisit.*ff. pro soc.l.cum duobus.in fi. & l.adeo. §.fi.ff.de noxa.acti l.si cōmunis familia.& l.seq.*¶ Quid si † alter sociorū aliquid lucretur,vel emat: An erit commune.¶ Distingue: quia Aut sunt socij omnium bonorum : & tunc omnia sunt communia. *l.cum duobus.§.sed inter fratres.aliàs incipit Papinianus.ff.eod.* Aut est societas particularis aliquorum bonorum. Et tunc communicantur tantùm ex illa communione quæsita. *d.§.sed inter fratres.& notantur in l.si patruus. C. communia. vtriusque iudici. ibi optimus textus.*

52 53 54 55 56

De Communi diuidundo.

Rvb. x. al. xiii.

Argumenta.

1. Communi diuidundo, vt non sit contractus, sed iudiciũ.
2. Communi diuidundo iudicium, cur contractui societatis subiiciatur.
3. Communi diuidundo iudicium, quibus competat & non competat.
4. in Communi diuidundo iud. quæ veniant.
5. Communi diuidundo iudicium, qualiter impediatur, maximè in rebus indiuiduis.
6. Communium rerum diuisio, vt fiat in rebus diuisibilibus.
7. Sumptuum ratio, vt veniat in communi diuidũdo iudi.
8. in Communi diuidundo iudic. vt veniant percepta ex re communi.
9. in Com. diuid iud. vt veniant damna ab vno sociorum data.
10. Sociorum vno inuito, an possit alius quid facere possit in re communi.
11. Socius vt non possit prohiberi vti re communi ad vsum vel modum destinatum.
12. Socius reparans domum communem ruinosam altero socio negligente, vt expensas repetere possit.
13. Communi diuidundo actio quandiu duret.
14. Communione manente inter duos fratres, si dos vxoris vnius recepta sit, quid iuris.
15. Sociorũ pacta, an per successorem alterius socii, veluti emptorem, sint seruanda
16. Vicino concedẽs de terra sua tres pedes in latitudine, vt in illa murum faciat communem, an etiam solum communicasse videatur.
17. Communione inter socios inita, si alter earũ deceptus sit, ad rediuisionem agere possit.
18. Diuisio vt vim habeat emptionis & venditionis.
19. Delicto per vnum fratrem sociorum commisso, & viuo patre pro eo promissa sit mulcta seu emenda, an patre postea mortuo de communibus bonis soluenda sit.
20. Expensæ factæ viuo patre per alterum fratrum sociorum honoris alicuius adipiscendi gratia, an postea patre mortuo ex communione sint præstandæ.
21. in Communione maritandi seu dotandi filias sociorum cui onus incumbat: & quid iuris si vnus eorũ tantùm habeat & non alii.
22. Fratrum ætate disparium, vt sint lucra communicanda inter

inter eos,& quæ sit in iis partiendis ratio.

23. Lucrum communicare an teneatur alter filiorum, qui ex paterna pecunia aliquid lucratus est.

24. Sociorum vno habente plures liberos, an æqualiter lucrum inter eos diuidatur.

25. Donata an frater frati communicare teneatur.

26. Societatem an tacitè cōtraxisse videantur duo fratres qui diu vnà steterūt, bona paterna pro indiuiso possidendo & negocia faciendo.

27. Fratribus separatim degentibus & negociantibus, an illorum bona diuisa præsumantur.

28. Societati an erit præscriptum xxx. annis, vt non liceat ab ea discedere.

29. Lucra partiariatus, an erūt æqualia inter duos fratres recipientes colonatum.

HÆc rubrica impertinenter videtur inter contractus posita: cum sit † iudiciū & non contractus. *l.j.ff.eo.lib.* 1 *10.t.3.* Sed quia † quandam habet consequentiam ad con- 2 tractum societatis, nam quod associat contractus societatis, dissociat communi diuidundo: cum nullus inuitus in communione stare compellatur. *l.fin.C.eo.* necessarium fuit post rubricam de societate, subnectere hanc rubricā, vt habeatur modus à societate recedendi. ¶ Et primo videndum est, quibus † competat hoc iudicium. Et dic, 3 quòd habentibus rem communem iure dominij. *ff. eod. l.per hoc iudicium, in princ.* Idem si iure quasi dominij. *ff.eo. l.communi diuidundo.in princip.* vt in his qui habent vectigal conductum. Item iis, qui habent rem communem à non domino acquisitam, quem tamen dominum esse credebant. *ff.eod.l.communi diuidundo.§.qui in rem.* Item his, qui habent vtile dominium: vti emphyteusis. *d.l.communi diuidundo. §.1.* Item duobus creditoribus habentibus rem pignoratam. *ea.l §.si duo.* Item duobus vsuariis, vel fructuariis. *ead.l communi diuidundo.§.sed & si. & §.cum de vsufructu, & ff.de vsufru. & quemad l. si cuius. § sed si inter, vers. æquissimum.* Item his qui missi sunt in possessionem prætoris auctoritate. *e.l § si duo.* ¶ Non autem competit prædonibus, precario possidentibus, nec depositariis. *ead. l.§.inter prædones. & §.neque colonis.* ¶ Quæ autē † veniant 4 in hoc iudicio? Dic primo, quod venit diuisio rei cōmunis *ff.eo.l.j. & quasi per tot.ti.* ¶ Impeditur † hoc iudicium pa- 5 cto temporali, vtili, communi: putà, quia conuentum est inter socios ne à societate intra Kalendas Aprilis disce-

deretur, fortè quia cōtracta societas ad sui perfectionem tantum tempus exigebat. *l. in hoc iudicio. §. si conueniat. ff. eo.* Impeditur etiam natura rei, quæ de se est indiuisibilis, vti vestibulum, hoc est introitorium duarum domorum communium, desuper coopertum habens in latitudine vnum passum: qui si diuideretur, esset vtrique inutilis. *ff. eod. l. arbor. §. de vestibulo.* Idémque in seruitutibus indi-
6 uiduis. *d. l. arbor. §. fi.* Si verò res † diuisibiles sint, tunc fit diuisio vtilis omnibus, & non vni tantum. *ff. eod. l. iudicem.* Quòd si regionibus vel æqualibus partibus diuidi non possit, iudex poterit hincinde pecuniam compensare. *ff. eo. l. item quamuis §. vlt. & Institu. de offi. iudi. §. ea.* Et poterit iudex, si expediens sibi videatur, vni adiudicare proprietatem, alteri verò vsumfructum. *l. si quis putans. §. officio. ff. eo* vel poterit licitari & precium distribui. *l. ad officium. C.*
7 *eo.* ¶ Item venit † in hoc iudicium ratio sumptuū factorum in re communi, si facti fuerint sumptus iure communi, & in re communi: vt visum est *in praced. rub.* quia si nomine proprio fecisset sumptus, non recuperaret. *l. in hoc. & l iiij. §. sicut. ff. eo.* Sed sumptus facti ante cōmunionem non veniunt in hac actione, nisi causa sumptuum duraret
8 tempore communionis *vt in d. l. iiij. §. fi.* ¶ Item † veniūt percepta ex re communi, vel propter rem communem. *ff. eo. l. si quis. §. siue autem.* Quod si negociatus fuerit socius spe, quòd sua fuisset solum vtilitas, non præiudicat tamē sociis in lucro: quia æquum lucrum inter eos erit: sed sibi in damno præiudicat: quia totum damnum ipse sentiet.
9 *d. §. siue autem.* & hoc in odium fraudis. ¶ Item † veniunt etiam in hac actione damna, quæ in re communi socius dedit. *ff. e. ti. si non omnes. §. venit.* siue etiam alius culpa socij damnum dederit. *ff. e. l si is cum quo, in fi. ff. loca. l. si merces. §. culpæ.* Quia tenetur socius talem diligentiam præstare, qualem in rebus suis, vt suprà dictum est *in rub. de societa-*
10 *te.* ¶ Quæritur, An vno † sociorum inuito, alius possit aliquid facere in re communi: Et si factum fuerit, Qualiter prouideri debeat? Pro quo distingue: quia Aut opus fit, vel factum est, absente socio, vel præsente. & si absente, in eius præiudicium facta tolluntur, per hoc iudicium & auctoritate prætoris. *l. Sabinus. in fi. ff. eo.* Si verò præsente fit, vel factum sit, tunc iterum fienda sunt tria membra: quia Aut consensit: Aut contradixit: Aut tacuit. In primo
casu:

casu:quia Consentienti non fit iniuria, nulla competit actio.*d.l.Sabinus.§.finautem facienti.* Secundo verò casu:scilicet quando contraxit, subdistinguendum est: quia Aut contradixit ab initio,& tunc,quia melior est cōditio prohibentis.*d.l.Sabinus. in princip.*cassabitur factum,& resartietur damnum.*vt in ead.l.*Si verò dissensus interuenit opere completo,tunc,quia præsens non discessit ab initio, non tolletur factum , sed resartietur damnum *d.l. Sabinus.§.sed & si.*In tertio verò casu: scil.quando tacuit donec opere omninò perfecto,& agere vult:potest agere actione communi diuidundo,si damnum illatum fuerit.*d.§.sed & si vbi glo.fi.*vult quòd illa taciturnitas non præiudicet in damno socio: potest tamen socius inuito & prohibente socio, re communi vti in certis casibus notatis *per glo.in d.l.Sabinus,sup.ver.constat.* Sed iterū præmissa † 11 membra resoluuntur sub vno:scilcet,quia vel socius vtitur re ad vsum,vel modum,ad quos est destinata res communis:aut ad alios vsus & modos.Nam primo casu prohiberi non potest,nec tenetur aliqua actione. Secundo verò casu,sic *per lec.& not.in l.cum duobus.alias est.l.si inter.§.Item Mela.ff.pro socio.*Et pone exemplum:puta.si domū communem reficere velit,si aquam in pratum deriuare: vineam putare:in commune sepulchrum sepelire, & his similia: per quos casus curiosus practicus alios poterit per se satis exquirere.¶Sed ponamus, quòd Est aliquis † 12 versutus socius, qui non curat reficere domum communem:sed est contentus,quòd veniat in collapsum. Alter socius est diligens, & non vult,quòd domus patiatur ruinam:sed illam reparat inuito socio,vt facere potest.quæritur, Quo remedio succurretur reparanti. Et dic, quòd primò actione pro socio ad consequendum quod exposuit in reparatione, quod repetit cum suo interesse , seu illud quod interest. *l.cum duobus.§.fi.alias est.l.socius.§.j.ff.pro soc.* Vel si consequi nolit, vel non possit expositum & interesse infra quatuor menses,lapsis dictis quatuor mēsibus, potest ex iuris dispositione rem iure dominij vendicare. *d.l.socius. & l.si vt propenis. C.de ædifi.priua.* ¶ Durat † autem hæc actio xxx.annis à tempore,quo nata est, 13 numerandis. *l.j.§.sancimus.versi.nemo. C.de anna.except.* ¶Item quæritur, quia suprà diximus quòd æs alienū detrahitur de societate iuris. Quid † si communione ma- 14

nente inter duos fratres, dos est ab altero ipsorum recepta, quod distingue: Aut pater recepit dotem pro filio, & tunc diuisionis tempore debebit dos de bonis communibus extrahi. *per l.si filia. in prin.& §.j.cum seq.ff.fami.erc.* Aut vnus ex fratribus eam recepit: & tunc subdistingue: quia Aut illa conuertit in communem vtilitatem, aut in propriam. Primo casu detrahitur de cumulo per iudiciũ communi diuidundo. Secundo verò casu, de parte socij accipientis. *ar.ff.pro soc.l.actione.§ si.& se.& l.si is qui.§.j.ff. de iur.do.& l.ij.C.fami.erc.* ¶ Quæritur etiam, Duo † socij fecerunt pactum de aliquo muro communi reficiendo, vel leuando: vel fecerunt etiam pactum de non plantando in confinio agrorum communium. Alter ipsorũ vendit partem suam, An emptor tenebitur stare illi pacto. ¶ Et dic quòd sic. *per l.quæsitum. §.quod à Ticio.ff. de preca. & arg. l. in hoc iudicio. §.pen.ff.communi diuidundo. & ff.de dam. infec. l.fluminum. §.adducitur.& ff.pro soc. l.j.idémque.*

15

16 ¶ Quæri posset † etiam de alia satis ingenti quæstione: de illo scil. qui vicino concessit de terra sua tres pedes in latitudine, vt in illa murum faceret communem: An videatur etiam solum communicasse vt vtrisque sit communis pro indiuiso, arguitur quòd sic *per l. inter eos. ff. de acqui.re.do.* Et dici potest, suum totum vsque ad dimidiã partem ex suo latere. *eod.ti.l.peregre.& ff.communi diui.l. arbor,* hic adaptatur significatio verbi. *ff.de verb.signi.l.litus.§.j.* In contrarium tamen: quia dicitur commune, cùm voluntas interuenit *Insti.de re diui.§ si duorum.ff.de rei ven. l.si frumentum.* vel ratione vicinitatis prædiorũ *vt præalle. l.arbor.* Conclusio tamen est, per iura in primo loco allegata, quòd fundus est communis. ¶ Dubitatur, Si † diuisa est hæreditas inter fratres, vel communio inter socios, & alter deceptus est: An per actiones communi diui. vel fami.ercisc. possit agere vt rediuidatur ne decipiatur: Et in ista quæstione distinguendum est: quia Aut deceptio est parua, vel magna: scilicet vltra dimidiam, vel intra: & si intra, tunc nisi dolus vel fraus socij, vel cohæredis, dederit causam, aut sit beneficium minoritatis, vel aliud auxilium singulare, non admittitur ad rediuidendum. *per ea quæ traduntur in l.maioribus. C. communia vtriusque iudi. & l.si maior.C.communi diui.& in l.rem maiorum.C.de rescin. vend.* alias esset delusorium totiens repetere diuisiones,

17

quo-

quotiens alter querelatur. quod fieri non debet. *per ea quæ traduntur in d.l.maioribus.* Si verò vltra dimidiam interuenerit deceptio: Aut diuisio facta est in iudicio, Aut extra iudicium: & si in iudicio, obstat exceptio rei iudicatæ rediuidere petenti. *per l.cum putarem.ff.fami.erc.* Si extra iudicium: tunc admitteretur rediuidere petens *per dicta iura.* ¶ Vnum tamen † est notandum: quòd quia diuisio vim habet emptionis & venditionis. *l.j.C. communia vtriusque iudi.* in electione erit eius contra quem intentatur remedium rediuisionis, supplere in pecunia precium deceptionis. *ar.ff.si quid in fraudem patroni. l. j.§.si quis in fraudem. & C.de rescin.vendi.l.4. & in ea.pen.de empt.& vendi.* 18

¶ Quæritur etiam, † quia dictum est supra quòd ex delicto consocij non tenentur, An si delictum esset commissum viuente patre, & promissa emenda per patrem, interim moriatur pater, efficiuntur communes filij in bonis paternis, petitur emenda: An soluetur de parte ipsius fratris, An de bonis communibus? Et videretur, quòd de communibus: quia pater erat obligatus, & obligatio patris transit in filios æqualiter succedentes *per l.frater à fratre.ff.de condi.inde.* Nam si soluisset pater, donasse videretur ratione sanguinis. *ff.de donatio. inter virum & vxo.l. vtrum.* Ergo promittendo, obligationem in se sumpsit. Distingue hoc tamen: quia Aut delictum erat capitale, Aut non. Primo casu, de communibus soluetur: quia pater redimendo filium, negocium paternum egisse videtur. *l.liber captus.C.de capti.& post.li.reuers.* In secundo verò casu soluitur de parte filij *per iura supra adducta in quæst. De delicto* scil. *perpetrato ab vno consociorum per quem soluatur emenda.in rub.prox.* 19

¶ Quæritur etiam, † Quid iuris de expensis factis per alterum fratrum ob aliquem honorẽ: puta in militia, nuptiis, doctoratu, vel similibus. Et distingue, quia Aut viuente, Aut mortuo patre fecit: Et si viuente, non imputatur in partẽ *ff.de coll.bon.l.j.§.sed an id quod dignitatis.* Si verò mortuo patre, de portione sua detrahitur. *ff.fam.ercisc.l.si filia.§ idem scribit, & §.Neratius. & l.ex parte § filius.& l.Lucius C.de statu. & imaginib.l.fin.* 20

¶ Item quæri potest, Si alter † fratrum habeat filiam, Cui incumbet onus maritandi? Et dic, quòd Aut habet auum paternum, Aut non. Si habet, ad auum pertinet, in cuius potestatem recidit. *ff.de iure do.l.profecticia.§.si filius:* 21

Si autem non viuit auus, tunc de portione fratris. *l.si so-*
22 *cius pro filia.ff.pro soc.* ¶ Itẽ quæritur, † Quid de lucris fratrum, qui sunt dispares in ætate: An tantum habebunt infantes, quantum maiores? Dic, quòd Aut est certum: Aut est dubium. Si certum est: tunc distinguendum est, Ex quibus acquisiuit. nám si ex profecticiis, si de alia patris non apparet voluntate, debet communicari *per lec. & no.in l.si ita. §.fi.ff.de vsu. & habi. l.per seruum. §.fi. ff.de acquir.re.do.* Si autem non est certum, nec esse potest, tunc Aut dubitatur in facto, Aut in iure. Si in facto: puta, acquirit ex operibus suis: quia fortè est scriptor, vel artifex: tunc sibi acquirit, ne quod ei suis laboribus prospera fortuna accessit, hoc ad fratres perueniens, luctuosum ei accedat, *Insti.per quas perso.nobis acq.§.igitur liberi.* Si vero dubitatur in iure, considera, An sit malè conuersationis homo illius artificij, quia tunc præsumitur omnia habere de bonis communibus, aut de patrimonio patris: sicut alias vxor omnia præsumitur habere de bonis mariti. *ff.de do. inter vir. & vx.quintus. & xij.q.ij.c.placuit. & Ext.de pecu. cleri.ca.j.* Sed si quis fratrum patre viuẽte aliquid lucratus est, licet acquisierit patri, prout traditur. *C.de bo.quæ lib l. cum oportet.* si tamẽ pater non apprehẽdit, videtur quòd filius tunc possit sibi illud retinere, nec habet necesse cum fratribus communicare. Si autem post mortẽ patris acquisierit, præsumitur de communi habere. Et ideo cõmunicandum *ar.in authent.de ecclesia.ti.§.interdicimus.* Si autẽ sit bonæ cõuersationis: quia artifex est, & bene lucratur: non est præsumendum habuisse de cõmuni, nisi expressè probetur: immò præsumitur ex suis operibus habuisse. *C.arbi.tute.si defunctus authen.de hære.& fal.col.j.Nouel.* 1. In tertio casu principali: videlicet, quando est dubium: dicit quòd in dubio præsumuntur ex cõmuni lucrata, nisi contra probetur *per dicta iura cum notatis in eis.* ¶ Itẽ quæritur,
23 Quid † si alter filiorum ex paterna pecunia aliquid lucratus est, Nũquid tenetur communicare lucrum aliis? Dic, quòd sic. *ar.ff.de procur.l.qui proprio.§ procurator, & ff.de pig. act.l.si pignore. & ff.de vsu. & habi.l.si ita.§.fi.& ff.de acqui. re.do.l.per seruum.§ fi.* Lucra verò aliunde prouenientia ex persona filij, seu illius contẽplatione, sunt aduentitia. *l.cũ oportet.in prin.C.de bo.quæ libe.* Et aduẽntitia non veniũt in societatẽ. *l.duo .§.fi.ff.pro so. vt & suprà visum est tit.praced.*

Quid

Quid † si vnus sociorum habet plures filios, quàm aliter 24 An æqualiter diuidetur lucrum? Dic, si societas consistit in operis, tunc fiet diuisio per capita operantium *per lec. & no. in d. l. cum oportet. in prin. ver. sic etenim. C. de bo. quæ libe.* ¶ Sed Nunquid † frater fratri tenetur commu- 25 nicare donata? Distingue: quia Aut datum est fratri ob causam negociationis communis: Aut ob proprium meritum. In primo casu, est commune. *arg. ff. de pecul. l. hic quæritur. §. j. ff. de iure doti. l. si legato. & ff. de donat. l. si mihi donatum.* Sed si ob proprium meritum donatum est, & de meritis apparet, tunc est proprium eius. *C. de vsufru. l. fi. & Insti. per quas perso. no. ac. § liberi. & § præterea lex & fi.* Sed si dubitetur, sub qua qualitate sit donatum? Dic quod cómunicabitur. & in communione venient donata. *per ea quæ not. in l. filiæ. C. de col.* ¶ Sed ponamus, quòd duo † fra- 26 tres diu steterunt vnà, similiter bona paterna pro indiuiso possidendo, negocia faciendo, cómmunibus sumptibus viuendo: An videantur tacitè contraxisse societatē? Dic, quòd sic. *ar. l. coiri. & l. cum duob. & l. planè. ff pro soc.* ¶ Sed † 27 quid econtrà, duo fratres vnus ab alio seorsum bona paterna possedit: An præsumantur diuisa, licèt nulla appareant instrumenta? Hæc quæstio formatur per Doct. *in l. si maior. C. communi di.* & distinguitur: quia Aut loquimur in possessione rei vniuersalis, Aut particularis. Et si vniuersalis, Aut inter fratres, Aut inter extraneos. Si inter fratres, præsumitur, quòd non sit diuisio, sed quòd sic separatim possederint gratia commodioris vsus. Sed si inter extraneos præsumitur diuisio. In secundo verò casu principali, quando scilicet agitur de possessione rei particularis, tunc requiritur vera probatio diuisionis, alias non præsumitur *per l. nullo. C. de rei vendi. cum ibi not.* ¶ Sed Nunquid, † si steterint simul triginta annis: An e- 28 rit præscriptum societati, quòd non liceat ab ea discedere? Et videtur, quòd non liceat discedere *per glo. in §. ad hoc in l. j. C. de ann. exceptio.* In oppositum tamen est veritas secundum Doct. *in d. §. ad hoc.* & mouentur duabus potissimè rationibus. Primò: quia Actus agentium non operantur vltra eorum mentem. *l. non omnis. ff. si cer. peta.* Sed iste non intendit præscribere societati: ergo &c. Item & secundò contra possidentem non currit præscriptio. *per l. malè agitur. C. de præscrip. long.*

tempo. Et cum vterque possideat, neuter præscribit: quia quantum possessum, tantum præscriptum. *cap.auditis de præscript.* Et in omnibus penè iuribus,de præscriptio.loquentibus.Et hæc opinio seruatur in iudiciis. ¶ Quæro, 29 Duo fratres † recipiunt aliquando colonatum ad partiariatum, (quod nos appellamus ad Satbariã,) vnus ipsorũ habet vnum filium ætatis.xxv.annorum.& alter duos ætatis.xxv.& xxvj. Et effectualiter sunt æquales in labore. Quæro, An lucra partiariatus erunt æqualia ipsis duobus fratribus: aut inæqualia propter inæqualitatem liberorum? Doctores concludunt *per l. cum oportet. in prin.ver. sic etenim. C. de bo. quæ libe.* quòd fiet diuisio lucri, habita consideratione capitalium, nisi aliud fuerit specialiter inter ipsos fratres actum. ¶ Vltimo resoluendo omnia, dic, quòd credita & debita, contemplatione societatis vel communionis,soluuntur de communitate,& exigun tur ad vtilitatem communitatis secundum communem sententiam Doctorum in *preall. l.si socius pro filia.ff.pro soc. & in l.certum.C.fami.herc. & in l cum duobus. §.si.cum l.seq. ff.hoc tit.communi diui.* Vbi verò non est creditum vel debitum fauore societatis, sed seorsum tunc de particulari, & non de cumulo soluitur, vel à particulari exigitur,etiã si sint socij omnium bonorum: verùm agit alter sociorũ contra illum talem priuatè contractantem actione pro socio *vt in preallег.iurib.& dictum est in ti.præcedenti.ad fin. in quæst.quæ incipit.Quæritur an æs alienum.*

De Rerum permutatione.

RVB. XI. al. XIIII.

Argumenta.

1. Permutatio, vt emptionis & venditionis vicem obtineat.
2. Permutatio,quibus interuenientibus fiat.
3. Permutatio,vt nulla interueniente stipulatione nec rei traditione nullam producat actionem.
4. Permutatio, vt sola etiam interueniente stipulatione celebrata,ex stipulatu actionem producat.
5. Permutatio nulla interueniente stipulatione, sed rei quidem traditione,qualem producat actionem.
6. in Permutatione, si stipulatio de tradendo interuenit,

res

res verò à nulla, vel ab altera tantùm partium fuerit tradita, an contrà tradere nolentem competat actio.

7. Permutari vt res aliena possit, sicut vendi.
8. Permutationis causa re tradita, non habita fide de re alterius, an sit translatum dominium.
9. Permutationis contractum implens, an agere possit aduersus non implentem alternatiuè, vt adimpleat vel restituat.
10. Permutationis, an emptionis contractum sapiat, si ab vna parte detur res & pecunia, ab altera verò res tantùm.
11. Permutare an possit mulier fundum dotalem.
12. Permutari { an possint beneficia ecclesiastica
13. & Cuius auctoritate.
14. Permutationes ecclesiasticarum rerum, an possit capitulum sede vacante authorisare.
15. Permutare volentes beneficia ecclesiastica, an possint inter se tractare licitè permutando.
16. Permutantium qualis sit abusus in rebus ecclesiasticis.
17. Permutari an possint { Beneficia commendata, itémque
18. Iura expectantium authoritate Apostolica.
19. Capitulum an sede vacante poterit authorisare expectantes.
20. Permutans ecclesiastica cum alio ad ordinem ecclesiasticum minimè promoto, quid iuris sit.
21. Permutatio ecclesiæ liberæ cum grauata, an fieri possit.

Glosæ & Doct. de pluribus subtilitatibus concernentibus: naturã contractuũ innominatorum, & materiã pactorum super hac rub. tractauerunt. Sed quia dictæ subtilitates in iudiciis parum prosunt, & practicè nullum vel paucum commodum afferunt. Nostra præsens est intentio in hac rub. sicuti in cæteris practicabilia solummodo tractare. Nam posset etiam tractari doctrina iustitiæ commutatiuæ & distributiuæ. Cuius quidem tractatus ad theologos spectat. Primo igitur videndum de similibus quæsitis, de quibus suprà in præcedentibus rub. visum est. de illis inquam quæsitis, quæ possunt adaptari huic rub. ideò multa remitto: quia permutatiò † vicem emptionis & venditionis obtinet. *l. ij. C. eo.* & ea quæ procedunt in emptione & venditione, procedunt etiam in permutatione paucis exceptis, de quibus *in l. j. & ij. ff. eod. &* 1

per gl.fi.in d.l.ij.& per glo.penul.in l cum precibus.eo.tit. ¶ His 2 igitur præsuppositis † præmittendum est, quòd interdũ conueniunt partes de permutando, nulla interueniente stipulatione, vel rei traditione. Interdum verò conueniunt interueniente sola stipulatione: Interdum etiam conueniunt sine stipulatione, postea subsequente rei tra- 3 ditione ab altera parte. In primo † casu nulla oritur actio inter partes *per l.ex placito.C.eo. & ff.de pac.l.iurisgen- 4 tium.§.sed & si in alium.* In secundo, † oritur actio ex sti- 5 pulatu: *vt in d.l. ex placito. in fin.* In tertio, aliqui † dicunt agi ex implemento: quod fit rei traditione *per. §. posteriore. Insti qui.mod.testa.infir.* Sed veritas est, quòd ex confirmato placito agitur. *vt volunt glo.& Docto. in præ- 6 allega. l.ex placito.* ¶ Sed quæritur, Si † res a nulla vel ab altera tantum partium fuerit tradita: sed stipulatio interuenit de tradendo: An competat actio contra tradere nolentem præcisè ad tradendum. Et licet Gloss. *in d. l. cum precibus.* velle videatur, quòd non: alia tamen glo. *in l.cum proponas. C. de dolo.* tenet, quòd immò præcisè compellitur, si rem habeat in posse tradendi. & cum illa transeunt Docto. vt dictum est suprà in simili de em- 7 ptione & venditione. ¶ Hîc quæro, An † quemadmodum res aliena potest vendi. *l.rem alienam.ff. de contrahen. empt.* An possit etiam permutari? Et dic, quòd sic. & tenet, donec res euincatur. *vt vult glo. in l j. C. eod.* 8 ¶ Quæritur etiam, Si † causa permutationis rem meam tradidi tibi, non habita fide de tua, An dominium in te transferam? Et dic, quòd non. *ar.in simili de emp.& ven. 9 pro quo glo. in d. l. cum precibus.* ¶ Item, Quid si vnus † impleuit, An agere possit alternatiuè contra non implentem, vt impleat, vel restituat? Et dic, quòd sic *vt a- 10 perit tex. l.quoniam.C. eod.* ¶ Quæro, Quid si † ex vna parte datur res & pecunia: ex alia autem datur res tantùm, vt quotidie hoc euenit: vt Do librum meum pro tuo, & adiicio tibi decem francos: An erit emptio vel venditio, an verò permutatio? Breuiter videndum est illud, quod principaliter versatur. Aut enim principaliter venditur pro certo precio: hoc acto, vt detur alia res, & erit venditio: *vt l. tenetur. §.1.de acti. emp.* Aut hoc agitur, vt permutatur res cum re: hoc acto, quòd super addatur aliqua quantitas certa: & erit permutatio. *ar.l. item si precio. §.1.ff. loca. & pro hoc fac.ca. ad quæstiones.Ext.eod,*

Sed si de hoc dubitatur, dicerem esse contractum innominatum,& parere actionem præscriptis verbis. *ff. de æstima.l.j. & de præscrip. verb.l.j.* ¶ Quæritur, An † mulier 11 possit permutare fundum dotalem,& maximè cum viro? Et dic,quòd sic: dum tamen eius vtilitas in permutatione appareat.*ff.de iu.do l.si cum nuptura.& l.plerumque.& l.si.& ff.de transac. l.cum hi.§.pe.C.de sac.san.eccl autem.sed permutare.* ¶ Dicto de permutationibus rerum secularium:dicendum restat de permutatione rerum ecclesiasticarum. Pro quo præmittendum est † pro regula, quòd Beneficia 12 ecclesiastica, quæ possidentur in titulum, non possunt permutari ex sola auctoritate possidentium. *vt in ca.quæsitum.e.ti.* Sed quæri † posset, quia propria aucto. reser- 13 uato themate, permutari non possunt hæc Ecclesiastica, An saltem possint alterius interueniente auctoritate, & cuius? Et dic,quod Episcoporum,ad quos pertinet collatio.Et possint illi interponere decretum seu auctoritatē, *vt volunt Doc.in d,ca quæsitum. & est glo.in cle.vnica.eod.tit.* Per quam glo.etiam probatur, quòd inferiores episcopo non possunt auctorizare regulariter. ¶ Item quærit Gl. *in d.cle. vnica.super verbo. Conferantur.* An † capitulū pos- 14 sit auctorizare permutationes sede vacante,& se resoluit gl.in hanc breuem distinctionem,quòd in his,quorū collatio communis est, vel per modum auctoritatis,vel con sensus, potest capitulum auctorizare sede vacante : non in aliis. ¶ Quæritur de quotidiana quæstione : An † per- 15 mutare volentes beneficia, possint inter se tractare licitè de permutando : Et fortè sanum esset quæstionem hanc insolutam relinquere,propter generalem abusum † per- 16 mutantiū,qui ad instar rerum prophanarū & secularium, de rebus diuinis & spiritualibus inuicē conuentiones faciunt. Aliqui ex ignorantia: alij ex malicia: alij ex temeritate. Primum simplicibus,secundū dolosis: Tertiū verò temerariis asscribitur.Et horum culpæ secundū zelos distinguūtur,quod eorū cōfessorib⁹ relinquo.Sed quātū ad rigorē iuris attinet text.*in d.ca.quæsitū* stringere videtur, quòd nullo pacto licèt permutare,volētibus eorū propria auctori.de permutatiōe tractare,propter labes symoniæ, quæ euenire solent. Adde & quæ quotidie interueniunt quod proh dolor,refertur.Et licèt de rigore iuris nō liceret cuiquā permutare, vel permutationis tractatū facere sine licētia episcopi:quia tamē dictus rigor posset pericu-

lũ animabus afferre: iura noua modificauerũt. *f. in c. vnico. & in cle. vnic. in lib. vj. & cle eo. tit.* f. quòd possunt habere tracta: ũ, permutare volentes: sed non tractatũ concludere, nisi retento bene placito dominorum episcoporum, ad quos collatio seu institutio pertinet. ¶ Quæritur, quia suprà visum est, quòd beneficia possunt permutari aucto. 17 superiorum. An † beneficia commendata possunt permutari? Hæc quæstio dubia est. Sed concludũt Doct. *in ca. cum olim. eo. ti.* quòd ita possunt permutari. quia commendatarius habet titulum canonicũ in beneficiis commendatis, *vt vult gl. in c. nemo. de elec. li. vj.* ¶ Item quæritur, 18 Quid † iuris de expectãtibus auctoritate apostolica? Nunquid possint commutare illa iura? Concludunt Doct. *vbi sup.* quòd non. quia non habent ius in re, sed ad rem. ¶ Itẽ 19 quòd † dictum est, *auctoritate interueniente superioris:* Nunquid sede vacante, poterit capitulum auctorizare expectantes? *glo. in cle. vnica. eod. tit.* prout suprà distinguit: quia Aut collatio pertinet episcopo insolidum: Aut vtrique scil. episcopo & capitulo: primo casu non potest: secundo sic. *per iura. in d. glo. alleg.* Plures alias quæstiones mouent gloss. *in c. vnico. in vj. & in cle. vnica. eo. tit.* quas ibi videas.

20 ¶ Sed pone: Vnus † est promotus ad parrochialem ecclesiam, qui habet promoueri infrà annum ad ordines. *ca. cum in cunctis. §. inferiora. de ele.* An si in xj. mense ille permutet cum alio non promoto ad ordines, & ille non promoueatur, sed ipsemet permutet cum quodam alio, & sic deinceps: An valeant tales permutationes? Et dic, quòd de rigore iuris valent, si fiant aucto. superioris, vt suprà dictum est. Sed ad obuiandum fraudi, quæ posset interuenire propter multiplicationẽ talium permutationum, non debent superiores talibus permutationibus auctoritatem impartiri. *per ea quæ traduntur in ca. ad quæstiones. de re. permuta. & xxiij. distin. communis. lxxiiij. di. quorumdam. 21 xvj. q j. & temporum.* ¶ Quæritur, † Vnus permutantium habet ecclesiam grauatã oneribus & creditis: Alter verò habet liberam, An poterunt pacisci, quòd ille, qui habet grauatã, teneatur satisfacere creditoribus? & videretur, quòd non: cùm sit quædam mercatio in spiritualibus non licita, & pacisscenti onerosa. Et ideò ad tollendum scrupulum dicti pacti, melius est, quòd deducatur generaliter in pactum: scilicet, quòd quisque permutantium habeat

beat commoda, honores, & iura ecclesiæ quam recipit, & onera sustineat, & si fuerint notificata debita, bene quidem. Et si non, imputet sibi, qui non inquisiuit: quia etiam de iure ad hoc tenetur, cùm res transeat cum onere suo per iura communia.

De Tutelis & curis.

Rvb. xii. al. xv.

Argumenta.

1. Tutela quid.
2. Tutor vt { Detur inuitus & inuito.
3. Non detur in aliena potestate constituto.
4. Impuberibus sui iuris. }
5. Tutores, vnde dicti.
6. Tutor, cui ætati detur.
7. Cura quid.
8. Curator { Vt detur capite libero sicut tutor.
9. Quibus casib. impuberi detur sicut maior.
10. Vt principaliter rebus detur, sicut tutor personæ. }
11. Tutor cur detur.
12. Tutor & curator, vt dentur etiam inuitis.
13. Curator, vt adolescenti compoti inuito non detur, nisi ad litem
14. Tutela & cura quotuplex.
15. Curarum { Diuisio.
16. & Differentiæ. }
17. Tutores vel curatores { Quibus dentur,
18. Vt à lege dentur.
19. Vt ab homine.
20. & Vt ex consuetudine hodie. }
21. Tutorem vt dare possit magistratus vel iudex originis domicilii vel bonorum.
22. Tutores & curatores quales dentur.
23. Tutor, { Vt aptus pupillo
24. Vt certus } dari debeat.

cod.49. in

eod. 49. in Tutelæ datione qualis sit ordo in supplemento decedentium:& vt Hominis prouisio faciat cessare legis prouisionem.

50. Tutelis testamentariis cessantibus quid iuris & Tutorũ qui sint gradus ex vulgatis regulis.

51. Tutorum legitimorum, vt plures sint gradus, & quæ illorum ratio inuicem sibi succedendo.

52. à Tutela vel cura, vt multi sint excusationum casus.

53. ad Tutelam seu curam vt etiam volentes aliqui non admittantur.

54. Pupillo vt prouideatur de curatore ab litem pendente processu contra eum qui se excusat ab eius tutela.

55. inter Tutores legitimos vt admittantur mater, auia & proauia.

56. Authenticorum iura, vt in plurimis casibus innouarint Digestorum & Codicis iura, circa matris & auiæ tutelam.

57. Fœmina vt vix benè finiat opus.

58. Fœminis quæ sint à natura vitia ita insita, vt ea Imperator immutare nequeat.

59. Fœminarum quæ sint à natura propria.

eod. 59. Fœminis cur prohibitum sit testari in criminibus & vltimis voluntatibus.

60. Fœminis, cur tutela ab Imperatore fuerit concessa.

eod. 60. Fœminarum tutela quàm periculosa.

61. Maritelli vt dicantur, qui in testamentis vxoribus indulgentes, illas liberorum suorum tutrices analogistas constituunt.

62. Proauia an & quatenus nepotum tutrix esse possit.

63. Mater naturalis, an tutrix esse possit.

64. Auus & auia, vt simul in tutela nepotum admittantur.

65. Matre & auo paterno existentibus, vter illorum in tutela præferatur.

66. Mater & auia, an eodem modo ad curam admittãtur, quo ad tutelam.

67. Mater & auia, an inuitæ ad tutelam vel curam cogantur.

68. Clericus an tutor esse possit.

69. Tutor an rationem in vinculis reddere teneatur.

70. Mulier vt non possit iure ipso vinciri, nec quidem incarcerari: & quid iuris sit tutrix constituta Velleiani beneficio renunciauerit

71. Mater sit tutrix in testamẽto constituatur: an testamentaria, an verò legitima dicetur: & quid iuris in eius tutelæ munere.

72. Mater si constituatur tutrix à testatore marito, vt tutelam nihilominus coram iudice agnoscere teneatur, & beneficiis fauorabilibus renunciare & sa-

tiſdare.

73. Lex vbi non diſtinguit, vt nec homines diſtinguere debeant.

74. Teſtator vt non poſſit facere, quin leges locum habeant in ſuo teſtamento.

75. Tutrices in teſtamentis maritorum deſignatæ vxores analogiſtæ, ſi in tutela malè verſentur quid iuris.

76. Inuentarii confectionem ſi prohibeat teſtator fauore vxoris aut matris quid iuris ſit.

77. Tutor teſtamentarius à matre teſtante conſtitutus an legitimis præferatur.

78. 79. 80. Tutores legitimi { Qualiter dentur, Qualiter ſatiſdent, & Quæ in adminiſtrationẽ ſua obſeruare debeant.

81. Tutoris legitimi iuramenti forma.

82. Tutores legitimi pater & patronus vt non teneantur ſatiſdare.

83. Tutores teſtamentarii, vt etiam interdum ſatiſdent: & vt ſatiſdantes præferantur non ſatiſdantibus.

84. Tutores datiui, vt etiam ſatiſdare teneantur.

85. Tutorum ſatiſdatio quàm neceſſaria.

86. Tutor an pro contutore fideiubere poſſit.

87. Tutores ſine inquiſitione dati an ſatiſdent.

88. Iudices ſi ſine ſatiſdatione tutores conſtituant vt ſibi ipſis poſtea imputandum.

89. Tutorum legitimorum primo gradu deficiente, an ſit locus ſecundo. vid. & nu. 95.

90. Tutores datiui qualiter conſtituantur.

91. & 92. Tutelæ datio, vt obſeruetur deficientibus teſtamentariis & legitimis.

93. Mater negligens petere intra annum tutorem liberis, vt priuetur illorum ſucceſſione.

94. Agnati & cognati negligentes petere tutores intra annum à die mortis defuncti, vt illius liberorum ſucceſſione priuentur

96. Contra Naturam agere vt ſit inexcuſabile.

97. Tutricem eſſe liberorum, vt ſit in matre voluntarium, non quidem neceſſarium.

98. Mater vt teneatur liberis vtilem petere tutorẽ ſuſpecto remoto.

99. Mater cõuolans ad ſecunda vota, & liberorum tutelam deſerens ſine ſubſtituti petitione, vt illorum ſucceſſione priuetur.

100. Tutores legitimi ſi deſerant agnatorum ſeu cognat. tutelam propter aliquod etiam legitimum ſuperueniens impedimẽtum, vt ab illorum ſucceſſione aliâs legitima priuẽtur ſi ſubſtitutos tutores nõ petierint.

101. Tutores petere pupillis vt omnibus beneuolis educatoribus,

toribus, parentibus & amicis liceat.
102. Tutoribus intra annum non petitis per matrē, agnatum aut cognatum: an nihilominus ipso officio magistratus aut iudicis dandi sint. vid. & num. seq.
104. Tutoris petendi & dandi forma.
105. Tutela vt sit munus (seu potius onus) necessarium & publicum, quod recipere etiam inuiti compellũtur.
106. Tutoris dati iuramentum & promissio.
107. Curatores qualiter dentur in specie.
108. Pupillis necessaria quis stipulari teneatur: an inquam ipse pupillus, an verò curator, vel sic.
ibid. in Tutoris designatione stipulatio per quem interponatur.
109. Infantiæ proximi,
110. Puberes, & } qui.
111. Maiores
112. Aetas Infantiæ, pubertatis, & Maioritatis vt interdum anticipetur vbi de illorum commodo agitur.
113. Aetatis proximæ cognoscendæ quæ sit ratio.
114. Lex vt non curet modica.
115. Curator ad litē datus vt inuẽtariũ cõficere nõ teneatur.
116. Curator ad litem vt inuitus & inuito detur.
117. Curatores valetudinariis & morbo impeditis, vt cum solennitate dentur.
118. Curatores vbi dantur valetudinariis vt præferantur parentes extraneis.
119. in Curatoribus bonorum qualis sit seruanda cautela, & quid iuris in iis. vid. & nu. seq.
121. Curator bonorum qualiter teneatur cauere & inuentarium facere: & quatenus releuetur à satisdatione seu cautione.
122. Curator bonorum { An inuitus dari possit.
123. { Vt possit actiones perituras intentare.
124. Tutorum & curatorum officium quandiu duret.
125. Tutela & cura vt expirent tempore vel causa.
126. Tempore vt finiatur tutela seu cura
127. Causę quibus expirāt curæ, vt nõ sint regulatę tẽpore.
128. Tutela & cura vt finiantur, si tutor vel curator remoueatur vt suspectus.
129 Tutor vel curator vt suspectus dicatur: & si fuerint plures suspecti, vt rectè omnes accusetur. vi & nu. 130.
131. Paupertas vt non sit sufficiens causa suspicionis tutoris siue curatoris.
132. Suspicionis causæ legitimæ in tutore siue curatore quæ, & vt à pupillo sint probandæ.
133. Suspicionis probatio in quibus casibus pupillo propter præsumptionem remittatur.
134. Tutores & Curatores suspecti à quib. accusari possint. vi. S. 11.

PEr decem quæsita cum responsis eorum, potest tota materia saltem practica explicari. ¶ Quæritur ergo Primò, quid est tutela & cura. Secundò, Quotuplex. Tertio, Quis dat. Quartò, Quales dantur tutores & curatores. Quintò, Quibus dantur. Sextò, Qualiter dentur. Septimo, quantum durat eorum officium. Octauò, Quę sint eorum potestates seu auctoritates. Nonò, Quæ ad eorum spectant officium. Et decimò, Quę veniunt in eorum iudicio tam ex parte tutorum & curatorum, quam ex parte pupilli seu adulti. Ad primum breuiter stilum vertamus, & dicamus, quòd Tutela † est vis & potestas in capite libero ad tuendum eum, qui propter ætatem se defendere nequit iure ciuili data ac permissa est. *Inst. de tu. §. j. & ff. de tu. l. j.* Et est sciendum, quòd omnia verba in dicta diffinitione comprehensa de aliquo operantur. Nam primò † dicitur *vis & potestas*, ad denotandum, quòd datur tutor vel curator inuitus & inuito. *vt not. in d. §. j. & d. l. j.* Et be-

ne conuenit: quia tutela est officium publicum *l. si filius. ff. de his qui sunt sui vel alie. iur.* Item ideo dicitur *in capite* 3 *libero*: quia † Tutor non potest dari seruo, vel ei, qui est 4 in aliena constitutus potestate: putà filiofamilias. Sed † datur impuberibus sui iuris existentibus. *Insti. de tute. in prin.* Item ideo dicitur *ad tuendum eum*: quia principalis intentio tutorum debet versari ad vtilitatem pupilli. Et 5 huic † significationi alludit vocabulum *Tutores*: id est 6 tuitores, seu defensores *vt in d. l. 1.* Dicitur etiam † *propter ætatem.* Quia tutor datur masculo minori xiiij. & fœminæ xij. annis *Insti. qui mo. tu. fi. in prin.* Nam intra illam ætatem iura non præsumunt, quòd possint se tueri. Dicitur etiam *iure ciuili, data*, ad denotandum, quòd sunt tutelæ datiuæ. Et dicitur præmissa ad denotandum, quòd sunt legitimę, 7 vt apparet ex titulis. ¶ Nunc videndum: quid † sit cura? Est iuris potestas in capite libero, maximè pubere, posita, ad tuendum negocia eius, qui propter ætatem, aut personæ inhabilitatem se tueri nescit. Hæc descriptio sumpta est *ex rub. de cura. Instit. in verb. discursu.* Dictum autem est primo *iuris potestas.* per *l. si curatorem habens. C. de in* 8 *integ. resti.* Postea † dictū est *in capite libero*, vt supra in tutore. Dicitur etiam, *maximè pubere, posita*: quia aliquotiens 9 datur † impuberi: putà, si tutor litem habet cum pupillo, quo auctore non potest agere. Nam tutor in rem suam auctor esse non potest. *§. fi. Insti. de auct. tut.* vel si legitimus tutor idoneus non sit. *Insti. de cura. § interdum.* vel si legitimus sit tutor, sed excusetur ad tempus & pendente illo tempore prouidetur de curatore. *Insti. eodem tit. § item loco.* Idem si excusetur absentia vel infirmitate de quo vide per Glo. *in § fi. Insti. eod. tit.* Hæc præterea verba *maximè pubere.* ita in descriptione adiecta sunt: quia aliquotiens datur maiori: putà furioso, mente capto, surdo, muto, ex his qui morbo perpetuo laborant taliter, vt rebus & negociis suis superesse non possint. *Instit. eod. § furiosi. & in l. de curationibus. C. de episco. aud.* Sed quia illi sunt casus speciales, eo quòd communiter dantur puberi: ideo 10 dictum est *maximè.* Dictum est † etiam, *ad tuendum negotia eius.* eo quòd principaliter curator datur rebus. *vt Insti. eod. in prin.* dum dicit, *huius ætatis sunt, vt negocia sua tueri* &c. Tutor etiam datur principaliter personæ. *Insti. qui tu.* 11 *vel cu. da po. § certè.* Adiectum † denique *Propter ætatē, vel*

person[illegible], au comprehendendum omnes casus & omnia tempora ex qualitate personarum & negociorum (vt suprà dictum est) occurrentia.

¶ Aduertendum † tamen est, quòd pupillo & maiori in casibus prædictis datur inuitis, *vt in dictis iuribus*. 12
Sed † adolescenti compoti nō datur inuito, nisi ad litem. 13
Insti. de cura. §. item inuiti. Et dictum est *compoti*: quia si esset incōpos, daretur inuito, etiam ad negocia: sicuti maiori *vt in d. §. furiosi.* propter verba *licet maiores.* &c. per quæ verba satis monstrātur, quòd adultis incompotibus etiam datur. Et hoc non habet dubium. ¶ Secundo † videndum est, quotuplex est tutela & cura. Et hoc facilè est perpēdi. 14
ex *tit. ff. C. & Insti. de tu.* Quoad verò curas, † dicere possumus, quòd quædā sunt necessariæ, quidā verò voluntariæ. 15
Necessariç sunt pupillorum ac etiam adultorum ad lites, ipsorúmque adultorum, ac maiorum incompotum, vt suprà visum est. ¶ Differentias verò † ipsarum curarum, An à lege, An verò à iudice dentur seu confirmentur: collige *per glo. in d. §. furiosi.* nam modici sunt effectus quo ad practicam. ideo prosecutionem vlteriorem relinquo. 16
¶ Nunc videndum † quis dat tutores & curatores. Et quia tutoris ac curatoris datio à duplici pendet dispositione, legis videlicet, & hominis: clarum est, quod omnis tutor seu curator mediatè vel immediatè, aut à lege, aut ab homine datur. A lege † autē tutores legitimi dantur: de quibus in rubricis. *Insti de legi. agna. patr. & parēt tutela.* In curatoribus verò, duos reperimus casus à lege datos: s. furiosorum & prodigorum. *d. § furiosi. & ibi glo.* Vnum tamen generale præmitto, quòd curatores ab eisdem magistratib. dantur, à quibus tutores *Insti. de cura. § j. & §. sed solent. & in authent. de defen. ciui. § nulla. Nouel.* 15. Sed quia hæc nullam vel paucam vtilitatem practicè afferunt, ad dictas rubricas & summas me remitto. ¶ Ab homine † autem dantur Romæ à præfecto seu prætore: in prouinciis à præsidibus *vt in l. ij in prin. ff. de tutori & curatorib. da. ab iis. & Instit. de Actil. tuto. in prin.* Inde verò, quia difficile visum fuit & dispendiosum pupillis minoribus adire oportere præfectos, prætores, & præsides: voluerunt iura limitare secundùm facultates pupillorum & adultorum: ita quòd, si quingentos solidos, hoc est aureos, non excederent: possent talibus dari tutores vel cu: per de 17 18 19

fensores ciuitatũ, vnà cum eiuidem ciuitatis auctoritate *d. ti.de auct.tu.Insti.§.nos autem.* Et hæc difficultas antiquitus insurgebat: quia hi soli dare tutores & curatores poterant, quibus a lege permittebatur. *l.muto,§. tutorum.ff.de tutel.* qui erant habentes merum & mixtum imperium. Et quia causæ meri imperij ac mixti non delegabantur,
20 ideo minores magistratus non dabant. ¶ Sed † quia hodie omnia cognoscibilia sunt, *vt vult.glo.fi.in ca.fi.& ibi Do. de officio ord.* hodie inoleuit generalis obseruãtia: quod omnes magistratus & iudices ciuitatum, dant tutores & curatores ex generali consuetudine, quæ ius facit. *C.de emancipa.libe.l.j.& fi.* quæ quidem consuetudo clare approbatur *per l ius dandi.ff.de tu.& cura.da.ab his.* Ideóque amplius disputare, An possit, vel non possit dare, infructuosum est: cùm ita generaliter ex generali consuetudine dentur. ¶ Notandũ tamen est, quòd † magistratus,
21 vel iudex originis, domicilij, vel bonorum, dare potest tutorem, *l.vnica.C.vbi tu.vel cu.pet.* Et si in diuersis locis si ita sint bona, iudex cuiuslibet loci dare poterit curatorem *l.pupillus ff.de tu.& cu.da.ab his.* ¶ Quartò, † quæsitum
22 fuit, Quales dentur? Et dic, quòd hij, cum quibus testamenti factio passiua est. *l.testamento.ff.de testamen.tutel.* minoribus exceptis. *ff.d.t.de testa.tute.l.quæro in fi.& Insti. qui testam tuto §.furiosus.* & mulieribus. *l.fi.ff.de tute.* exceptis illis, de quibus. *C.quando mulier.tut.offic.fungi.po.& in authent. matri & auiæ.* de quibus etiam dicetur *in sequenti membro.* ¶ Requiritur † etiam, quòd sit aptus: ideóque
23 mutus & surdus tutores dari non possunt. *ff.de tute.l.1.§. pen.& vl.* Item nec incompos mentis. *Insti. qui tuto.§.furiosus.* Quod intelligitur, quandiu durat furor. Nam si conualesceret, tunc inciperet valere tutela. *l.si hæreditas.§.si furiosus.ff.de testa.tu.* Datur etiam liber & non seruus, nisi in testamento in quo casu consequitur libertatem. Datur priuatus & magistratus, *l.tutor incertus.ff.de testa.tute.* Pater vel filius. *Insti.qui testa.tuto.in prin.* Villensis vel extraneus: si alius non inueniatur. *d.l.quæro,ff.de testa.tu.& in l. 1.§.si quando.ff.de magi.conuenien.* verùm si inueniatur villensis, non dabitur extraneus. *l.neque.C.qui tuto.* ¶ Vnum
24 tamen † generaliter notandum est, quòd Tutor, qui datur, certus esse debet *per l duo sunt.& l.tutor incertus.ff.de testa.tuto.* Item potest dari libertus. *Insti.eo in prin.& c.qui*

dari

dari tu.p. in princ. ¶ Superest videre, qui † dentur. Et dic liberi, maiores, sui iuris vel etiam in patria vel domini sui potestate constituti. *Instit. qui tuto. da. po. in prin. l. quaero. §. Lucius. ff. eo. & l. quamuis. ff. de excu tu.* Et qui sensus corporis habet dispositos *ff. de tute. l. j.* mentis compos. *Insti. qui dari testa. tu. po. §. furiosus.* Et is cum quo testamenti factio est. *l. testamento tutorum. ff. de testa. tute.* ¶ Videndum denique quibus † dentur. Equidem tutores impuberibus dantur *Insti e. §. permissum*, siquidem compotes mentis existant. *l. iij. in prin. ff. de tu.* Curator verò datur his personis, de quibus supra visum est: scilicet tam pupillis quàm adultis, & maioribus furiosis, dementibus, aut alias morbi seu aduersæ valitudinis impedimento detentis, & adolescentibus incompotibus mentis, furiosis, & prodigis, de quibus vide *per gl. in l. de creationibus. C. de epi. audi. & Insti. de cura. §. furiosi. ff. de tute. l. qui habet, §. j.* De mente captis, surdis, & mutis, ac perpetuo morbo laborantibus agitur *in d. tit. Insti. de cura.* dantur etiam personis, de quibus. *ff. de posthu. l. j. ij. iij. iiij. & v.* ¶ Qualiter † autem dentur, cum iam sexto loco quæsitum fuerit: & quia hic tota vis consistit practice huius tit. superfluis omissis, depracticabilibus tantùm dicam. & præsupposito, vt supra dictum est, quòd generaliter aut a lege, aut ab homine dantur: hij, qui a lege dantur, legitimi vocantur: & hij qui ab homine, datiui sunt, sed in duplici differentia. nam aut dantur in testamento, & sunt testamentarij. Aut per iudicem & per inquisitionem, & vocantur hi proprie datiui: vt apparet *ex titulis. ff. C. & Insti. de tu.* Ab homine † ergo dantur tutelæ dupliciter, scil. Aut à testatore, aut a iudice. & is qui à testatore datur, Testamentarius tutor vocatur, & datur ex dispositione testantis, liberis naturalibus & legitimis, tam natis quàm nascituris, qui in alterius potestantem recasuri non sunt. *ff. de testa. tu. l j.* sed naturalibus tantum, non datur efficaciter, nisi confirmetur. *l. fi. C. de confir. tut.* Sed quæro, Si † testamentum rumpatur ex causa præteritionis, An per hoc infirmabitur datio tutelæ testamentariæ? Dic, quòd non: quia conseruatur *per authent. ex causa. C. eo. de lib præte.* & hoc sentit Glo. *in d. l. 1. ff. de testa. tut sup verb. Ruptũ.* Et quòd dictum est de testamento, idem dicendum est de codicillo. *l. testamento ff. de testa. tu.* Et licèt hoc sit indubitatum, est tamen quotidia-

25 26 27 28 29

num.Et quod dictum est,in testamento dari tutorem,admit distinctionem:quia Aut datur à patre,aut a matre.& si a patre, non eget confirmatione tutor : sed si a matre, eget confirmatione.*l.pater ff.de testamen.tute.& C.eo l.iiij.* Et ratio diuersitatis patris & matris sumi posset forte, ex eo, quod testator vult similem quasi potestatem relinquere in aliquo capite,ad tuendum liberum,seu eum qui se tueri nescit. Et cùm mater viua non habeat potestatem in liberos. *Instit. de adop. §. fœmina.* non potest plus iuris relinquere: quia Nemo plus iuris &c. *Per regulam vulg.*Pater autem secus,& hoc *per totum ti.Insti.de patria potestate,*& hoc ita clarum est. ¶ Quæritur, † A quo

30 tempore cedat dies tutelæ testamentariæ. hoc est, à quo tempore tutor sit obligatus?Et dic,quòd à tempore aditionis: ita quòd quandiu hæres scriptus deliberandum ducit,cum hęreditas sit iacens,non obligatur tutor testamentarius. *per l.si nemo. ff. de testam.tute.* ¶ Quæritur †

31 de quæstione mota per Doct. *in l.si nemo.ff. d. t. de testament.tute.* Testator instituit pupillum suum & dedit ei tutorem: tutor vult agere. opponitur, quod non potest: nisi adita hæreditate *per d. l.si nemo.* Et pupillus non potest adire sine tutoris auctoritate. *per l.si infanti. C. de iure delibe.* Et in isto perplexo,cùm interim posset perire ius infantis, quo remedio succurretur. Dic secundum communem opinionem Doctorum *in d. l.si nemo.* quòd existentia sui hæredis confirmat tutelam, *per § suus.Insti.de hære.quali.& diffe.& per eund. §.positum de hære.quæ ab intesta.* & sic pupillus adibit auctoritate tutoris testamentarij. Sed si testator de suo faceret voluntarium:putà,substituendo vulgariter.nunc dari posset alius tutor expressus ad adeundum hæreditatem, *per l. hæreditas, eod. ti.in*

32 *princi.* ¶ Aduertendum est tamen, quòd inter † cæteras tutelas, testamentaria est priuilegiator, cùm præferatur omnibus aliis *in authent.matri & auiæ.C.quando mulier offi.tu.fungi potest, & in l.si quis sub conditione. ff. de testa. tu.in*

33 *prin.* Sed illa † in totum vel in parte deficiente, succedit legitima in eius locum.*d.l.si quis sub conditione,in fi.* Legitima verò cessante, succedit datiua: quia hic ordo à iure datur,quòd testamentarius excludit legitimum, & legitimus datiuum. *d. l. si quis sub conditione, vers. quòd si tutor. & in l. non solum. §.fi.ff. de excu. tu. & l. si tutor reipublicæ,*

blic. . . . .ff. . . . . & ratio. distrahen. Et nota, quòd † il- 34 lud, quòd suprà dictum est, quòd superueniente legitimo, cessat datiuus, intelligitur, postquàm legitimus satis dederit, vt volunt Docto. *in l.si impuberi, ff.de tutori.& cura.da.ab his.* ¶ Est etiam † sciendum, quòd in casibus, 35 in quibus propter impedimenta non potest esse legitimus tutor, deueniendum est ad datiuum, cuius tutela cessabit cessantibus impedimentis legitimi tutoris. *d.l. si impuberi. ver. qui tutelam.* Et si nunquam cessaret impedimentum, nunquam remoueretur, nec alius daretur: quia regulariter Tutorem † habenti tutor dari non po- 36 test. *Insti.de cura. §. interdum.* Licèt fallat hæc regula in sex casibus, in quibus tutor habenti tutorem dari potest. Primus, Si tutor sit surdus, vel mutus, vel furiosus. *ff.de tute.l.1.* Secundus, si pupillus habet bona in duabus vel pluribus prouinciis: nam totidem possunt esse tutores. *ff.de excu tut.propter litem.§.fi.* Tertius, Si mater tutrix nubat: nam tunc datur alius tutor *in authent. de nup. §.si vero tutelã.col.iiij.Nou.22.* Quartus, si tutor est ad tempus relegatus, vel excusatus, vel remotus: nam interim alter datur, c. *in qui.cau.ha.tu.l.penul. & facit.Instit.de act.tu.§.1.& ij.* Quintus, Si tutor est apud hostes non vt seruus, sed vt relegatus vel transfugat. *ff. de tute. si quis tutor.* Sextus, Si abest reipublicæ causa. *ff.eod.quæsitum.& ff.de suspec.tu.l. tutor,§.si quis aufugit.* ¶ Quæro, Pupillus † ra- 37 tione originis pertinet ad vnum iudicem, sed ratione domicilij ad alium: & habet bona in alio loco, quàm originis vel domicilij. Quæritur, Quis dabit tutorem? Et videtur, quòd iudex vbi sunt bona sita *per l. j. C. vbi tuto. vel cura.* At Doct. *in l.pupillo.ff.de tut.& curat.da.ab his variarunt.* Sed conclusio est, quæ à practica recipitur, de qua *in l.vnica. C. vbi pet. tutor per glo.* quòd iudex originis, vel domicilij, seu bonorum *per lecta & notata in l. vnica. c. vbi pe.tu.* dare potest. verum tutor domicilij vel originis administrabit vbique. *per l. pupillo. in prin. ff. de tuto. & curato. da.ab ijs.* pro quo facit *l. propter litem. §. licet. ff. de excusat. tuto.* ¶ Item † sciendum, 38 quòd In testamento tutor dari potest purè, vel sub conditione, vel etiam in diem *Instit. qui testa. tuto. dari possunt. §. ad certum. ff. eod. l. tutor. §. tutorem.* ¶ Item † quæro, Pupillus maior septennio, quæ potest 39

tonsurati: *vt not. in c.fin.de tempo.ordin.in vj*. Vel etiam adultus, est clericus: Quis iudex prouidebit de tutore vel curatore: An ecclesiasticus vel temporalis? Conclusio est Doct. quod iudex spiritualis dare debet: quia oportet pupillum esse de iurisdictione eius qui dat tutorem *per l.siue proconsul.ff.de tuto.& curat.dat.ab his*. Et idem intelligendum de curatore adulti. In casu tamen, potest iudex secularis clerico dare curatorem: puta in lite, quæ vertitur coram eo. *l.fi. §.1.C. de administra.tu.* ¶ Et etiam notandum, quod † testator dando tutorem filiis, filiabus etiam & posthumis, non expressis nepotibus vel neptibus, etiã eis dedisse videtur. *Insti.qui tu.testa.§.si quis.& §.cæterum*. Et huius ratio est, quia Masculinũ concipit fœmininum in genere suo. *l.1.& l.pronunciatio.ff.de ver.sig.* Item si † dat tutorem posthumis, non solùm filiis, sed etiam nepotibus deinceps dedisse videtur. *Instit.de testam.tut. §.si quis filiabus*. ¶ Si verò † neque liberos, neque posthumos cõmemorauerit, sed liberos tantum, tunc filiæ nepotes & neptes nati & nasci turi, seu posthumi, continentur. *d.§.si quis filiabus*. Et in ista significatione *liberorũ*, nõ solùm veniunt filij, vel filiæ: sed etiã eorũ liberi: hoc est filij & filię filiorũ vel filiarũ. *l.1.C.de condi.inser.* Et quia in ista ampliatione vocabulorum, vertitur fauor liberorum, faciliter recipitur dicta ampliatio. ¶ Sed quæritur, dati sunt † tutores duo testamentarij: Vnus moritur, vel excusatur, aut propter aliquod impedimentum remouetur: Quis succedet in locum illius: An legitimus, an verò datiuus? Dic, primò aduertendum ad facultates pupilli an sint magnæ vel paruæ, difficilis vel facilis administrationis: quia si potest explicari administratio tutę. per vnum: tunc nõ erit opus alium subrogare. *per l.si quis sub conditione §.fi.ff. de testa.tute.* propter verbũ *poterit* † in ea positũ, quæ quidem dictio, est voluntatis & non necessitatis. *vt in c.at si clerici, §.de adulteriis. de iudi. & facit ad hoc.l.fi.C.in qui.cau. tu.habenti* &c. Si verò onus tutelæ non possit explicari per illum testamentarium, & sic locus prouidendi de alio: tunc adhuc supersunt reliquiæ tutelæ testamentariæ, per existentiam alterius tutoris testamentarij, quæ existentia cessare facit legitimam. *d. l. si quis sub conditione in princ.* Et datur a iudice alius tutor, qui præfertur legitimis. & sic hoc casu datiuus † ministerio testamentarij, exclu-

40 41 42 43 44 45

excludit legitimum: vt vult glo. p. ... l j C. de testa. tut. Sed si omnes † testamentarij decessissent, seu excusati vel remoti essent: tunc recurrendum esse ad distinctioné Glo. in d. l. si quis sub conditione. scil. quod iudex considerare debet, An remanerent aliquæ reliquiæ testamentariarum tutelarum: putà, quia testamentarij tutores desierunt esse tutores, cùm fuerint excusati vel remoti, vel non remaneant aliquæ reliquiæ testamentariarum tutelarum: putà quia mortui sunt tutores testamentarij. Et primo casu, vbi reliquię remanent, cessant legimè: per dictam reg. generalem. d. l. si quis sub conditio. quæ est, quòd Testamentariæ † tutelæ, siue species earum, cessare faciunt legitimas & datiuas. Sed ibi nullæ remanent tutelæ testamentariæ, vel reliquiæ testamentariarum tutelarum: tunc legitimæ præferuntur datiuis taliter, quòd si iudex præsumeret dare, & tutorem repellere legitimum, esset talis datio tutoris ipso iure nulla. ff. de tute. & ratio. distraben. l. si tutor rei publi. §. 1. Et huius ratio est, quia habenti tutorem tutor dari non potest. l. cum iure. C. qui petant tu. & Insti. de curato. § furiosi. ¶ Et quia iura † prædicta, deficiente testamentario tutore, præsupponunt eum, qui habet legitimum, habere tutorem ex iuris dispositione. Ei ergo, qui legitimum tutorem habet, tutor dari non potest. ¶ Cessantibus † verò omnino testamentariis, & inde legitimis, tertio loco & ordine recurritur ad datiuos. Et hic ordo, est ordo refectionis decedentium, quorum voluntates sunt triplices: scil. omnino expressæ, quasi expressæ, & tacitæ. Expressæ omnino, quando in testamento vel codicillis prouidet specialiter de tutoribus. Quasi expressæ quando non prouident: expressæ, quia subintelliguntur vocasse ad tutelam legitimos. Tacitæ, quando cessant præmissa, nam tunc videtur remisisse iudici, qui dare habet. ¶ Et hinc succedit regula, quòd Prouisio hominis facit cessare prouisionem legis. l. ex facto. §. Item quæro. ff. de vulga. & pupilla. & no. in ca. veniens, de præscrip. Cessante verò prouisione hominis, aperta vel occulta, congruum est, quòd succedat prouisio legis. Cessat ergo prouisio hominis in duobus casibus præmissis: & ideo prouisioni legis, quæ exequitur ministerio iudicis, locus est: vno tamen casu, de quo sup. visum est, fallit hæc regula: scil. quando supersunt reliquiæ testamentariæ, cessare

46 47 48 49

faciunt legitimas, & dant locum datiuis. de quibus *per glo. & Doc. in dictis legib. prima. C. de testa.tut. & secunda si quis sub conditione. ff. eo. titu de testa.tu.* Erit † ergo hæc resolutio, quòd ex præmissis colligemus tres regulas in hac materia. Prima regula erit, quòd Vbicunque cessant tutelæ testamentariæ & eorum reliquiæ, locus est legitimis tutoribus. Secunda regula, quòd Vbicūque cessant tutelæ testamentariæ, sed non earum reliquiæ, locus est datiuis & non legitimis tutoribus. Tertia regula, deficientibus testamentariis & reliquiis earum, ac etiam legitimis, locus est datiuis. & hæ regulæ colliguntur ex præmissis *tex. glo. & dictis Doctorum in eis.* ¶Sed restat dubium. An si † primus & secundus gradus deficiat legitimorum, propter impedimentum, erit locus vlteriori gradui legitimorum: an verò prouidebitur de datiuo. Distingue: quia Aut impedimentum fuit ab initio, cum est deferenda: aut ex post facto, ea iam delata: si ab initio, & impedimentum est perpetuum: vt quia est fœmina, vel perpetuò furiosus, mutus, vel surdus: tunc non est locus datiuo, sed legitimo sequentis gradus: *vt ff. de leg. tu. l. j. §. interdum alibi. & §. Item in libertinis. & §. fi. & l agnato. in fi.* Si autem est temporale impedimentum: vt quia minor vel captus ab hostibus: tunc nō est locus legitimo sequentis gradus, sed tantum datiuo. *vt ff. d. t. de legib. tutor. l. j. §. si apud hostes, & in prædicto. §. si libertus.* Cæterùm, si impeditur ex post facto: vt quia remouetur, vel excusatur, locus est datiuo & non legitimo sequentis gradus *vt ff. eod. l. iij. §. non tantum. & l. quo defuncto.* ¶Verum autem est, quòd † multi sunt casus, quibus excusatur quis à tutela & cura, qui succinctè enumerantur *Insti. de excu. tut.* Nec possunt commodè breuius summari. Potest tamē sic † resoluere, quòd aliquid non admittuntur etiam volētes: vti minor. *§. item maior. vers. minores* & miles. *§. Idem & in milite. Insti. de excu tu.* Item mulier. *l. j. C. quando mulier.* & dic regulariter, præter matrem & auiam, de quibus inf. dicetur. ¶Excusantur interdum cæteri multis modis. Primo si excedant annum lxx. *§. Itē maior Insti. de excu. tu.* Item propter onera. Primo propter onus liberorum: videlicet triū Romæ, quatuor in Italia, & quinque in aliis prouinciis: qui sint viui aut bello publico amissi. Idem in nepotibus, qui in potestate sunt, vel recadunt tutorum *eod. tit. in prin. §. 1.*

Item

(margin numbers: 50, 51, 52, 53)

Item oneratus pro negotio principis vel republica: putà officio ambasiatoris & simil.*eod.ti.§.Itē qui,& §.& qui potestatem.* Itē tres tutelæ non affectatæ excusantur.*Inst. eo.§. item tria.* Item vrgens paupertas. *eod. §. sed & propter.* Item infirmitas. *§.item propter.* Itē inimicitiæ capitales.*eod.§.item si propter inimicitias.* Item lis super statu, aut totaliter, vel maiori parte bonorum.*eod.§.item is qui & ff. eod.l.propter litem.* Alias excusationes potest quilibet curiosus per se discurrendo titulos adinuenire. ¶ Quæro, An † dum processus excusatoribus fit, erit necesse prouideri pupillo de curatore ad illam litem? Dic, quòd sic. *§.fi. Instit. de aucto. tuto. idémque sentit glo. in l. j. C. si ex fal. alie.* alias sententia esset nulla *per l.contra pupillum. ff. de re iudica.* ¶ Et quia † nobis ordo datus est per præmissa, superest videre, An mater, auia, ac etiam proauia dum legitimis tutelis locus erit, admittendæ sint inter legitimos tutores? Et distingue tria tempora. Tempus scilicet Digestorum, Codicis, & Authenticorum. nam tempore Digestorum non admittebantur: quia virile officium erat *l.1. C. quando mulier. & l. ij.ff.de reg. iur.* Poterat tamen mater hoc tempore Digestorum impetrare administrationem tutelæ filij specialiter & expresse. *l.fi. ff. de tutel.* nec opus erat aliquibus cautelis vel renunciationibus isto iure. Deinde superuenit aliud nouum ius: scilicet Codicis de quo habetur titulo C.*quando mulier offi.tu.* &c. *per totum.* quo iure fuit permissum mulieribus matribus, impetrare à iudice fieri tutrices liberorum suorum cessantibus testamentariis & legitimis. Et eo mediante, quod profitebantur cum sacramento in actis publicis præstito, ad alias nuptias non deuenire. Et eodem iuramento renunciabant senatusconsulto Velleiano, omníque alio præsidio & auxilio iuris. Et vltra, obligabant & hypothecabāt omnia bona sua pro idemnitate pupilli *l.ij. & iij.C.quando mulier offi.tu.* Demum verò, & tertio loco, superuenit ius Authenticorū, quo nos hodie regi oportet, de quo *in auth. vt sine probi.matres.col vij.Nou xciiij.& C.quando mulier offi. tu.fungi.potest, in authent.ibidem signata.* Quę quidem † iura Authenticorū, in quinque innouauerūt iura. Digestorū & C. Primo, in eo, quòd remiserūt necessitatē impetrandi à

54

55

56

principe. Secundò, quia exitium est ad auiam priuilegium, quod solæ matri competebat. Tertiò, quia præferuntur legitimis. Quartò, quia remissæ sunt renunciationes cum sacramento præstandæ apud acta, de non conuolando ad secunda vota. Quintò, scilicet quòd quamquam *per auth. vt ij, qui obligatas perhib. res se habere minor. colla.5.Nouel.72.* prohibitum fuisset, debitores vel creditores administrare non debere tutelas minorum obligatorum vel creditorum. Hodie tamen *per dictam authent.* sine prohibitione permissum est, quòd matres & auiæ etiam debitrices vel creditrices, possunt esse tutrices absque eo quòd promittant ad secunda vota non conuolare. Et præferuntur alijs legitimis. quod respectu aliquarum

57 rum vtile fuit pupillis. ¶ Sed respectu † plurimarum cessat vtilitas, eo quòd fœmina vix bene finit opus. Et licèt

58 imperator iura ciuilia immutare potuerit: ea tamẽ, quæ † mulieribus insunt à natura, commutare non valuit *per §.*

59 *sed naturalia. Insti. de iure natur.* quia naturaliter † inest mulieribus esse fragiles, mutabiles, & inconstantes. *vt in ca. forus de verb. sign. & C. de inoffi. test. l. filia.* Vnde etiã mulieres prohibitæ sunt testificari in criminibus & vltimis voluntatibus. *in ca. tam litteris, de testib. & Insti. de testa. §. testes.* & eorum natura est, cogitare mala consilia. *vt in l. pater. C. de sponsa.* & in moralibus fœminas constat esse leuiores siue mobiliores, & ad quædã vicia viris proniores. est quippe mulier hominis confusio, insatiabilis concupiscentia, continua sollicitudo, indeficiens pugna, & viri incontinentis naufragium. Plura alia de iis dici possent, quæ ab auctoritatibus: & quotidianis exemplis sumi possent, per quæ fortè vtilius esset reipublicæ stetisse in

60 terminis, ff. quàm aliquid noui adiicere. ¶ Sed quia sic † placuit Imperatori, fortè ab aliquibus astutis mulieribus blandito, standum nũc est cum dictis iuribus nouissimis. Vnum tamen attestor, quòd de tempore, quo practicæ operam dabam, vanitatem & constantiam: scientiam vel ignorantiam: prudentiam vel stulticiam, & alia bona & mala, seu alias virtutes & vicia mulierum cognoui: & pro vero comperi, quòd Vbi vna mulierum tutelam siue curam liberorum bene & vtiliter gessit, nouem dissipauerunt bona illorum, maximè de iuuenibus, quæ ad secunda aspirabant vota, quæ confidentes in dispositionibus †

bus ¶ maritellorum, qui vxoribus suis plus nimio indulgentes, ipsas tutrices liberorum suorum analogistas faciunt: quæ ita postea antè viuentes in illorum defunctorum bonis dies suos agunt, imo nouum quam etiam cum capitalibus inimicis maritellorum defunctorum: quia vt plurimum gaudent de morte virorum *vt in l. pater Seuerinam. ff. de cond. & dem* & tantis incendũtur stimulis, quòd non gerunt menti aliud, nisi satisfacere eorum sensualitati. & plerumque nouis maritis, non solum æs filiorum, sed & vitam adducunt, propter amorem, quem habẽt erga nouum maritum. *C. de admi. tu. l. lex quæ tutores. §. (sen vers.) lex enim.* Transeant igitur hæc cum cæteris erroribus huius seculi. ¶ Sed præsuppositis casibus, in quibus officio tutelæ fungi possunt mulieres ante. Quæritur, † An proauia possit? Et dic, quòd sic: quia appellatione *auiæ* etiam *proauia* continetur. verum proauus eam excludit. *arg. l. j. ff. de senato. quia Masculinum* &c. Itẽ An † mater naturalis. *glo. ind. authent. matri & auiæ. d. t. c. quam donũ.* tenet quòd sic, & cum ea transeunt Doct. Item Quid † si est auus & auia, Quis eorum præferetur? Dic quòd nullus, sed ambo admittentur. At si mater † & auus paternus: tũc præfertur auus paternus *per glos. in d. authent. matri & auiæ.* Sed d. glo. non tenetur per Doctores, qui concludunt, Matrem præferri in tutela, eo quia iura præferũt eam in successione *in authent. defuncto. C. ad Turpil.* hæc tamen relinquerem arbitrio iudicis. ¶ Quæritur, An † quod dictum est, Matrem, auiam, & proauiam tutelæ officio fungi posse; an idem sit in cura? Glo. & Doct. *in d. authent. matri & auiæ.* tenent, quòd ita, à paritate rationis. ¶ Sed An † cogantur recipere inuitæ, glo. *in præd. d. authent.* dicit, quòd non. & illam sequuntur Doctores. ¶ Quæro, An † clericus possit esse tutor? Dic, quòd regularis non. *authen præsbyteros. C. de epi. & cleri.* Seculares verò in sacris possunt, si volunt. *d. authent. præsbyteros, & not. xvj. q. j. generaliter xxj. q. iij. c. Cyprianus* ¶ Item † quæritur, An teneatur tutor reddere rationem in vinculis. *l. iij. §. qui tutores. ff. de suspe. tu & c. arbit. tut. l. vlti.* Et † mulier non potest vinciri, seu incarcerari. *c. de offic. diuer. iudi. l. j.* An si renuntiet omni auxilio: scilicet Velleyano, & omni alij auxilio, prout renũciare tenetur *per l. fi. c. quando mulier offi. tu.* an poterit incarcerari? Quæstio est dubitabilis inter Doc. & sunt, qui

61 62 63 64 65 66 67 68 69 70

tenent, quòd possit. Crederem tamen ita distinguendum. Aut sunt primæ personæ, scilicet mater & filius, vel auia & nepos, aut proauia & pronepos: tunc dicerē, quòd non, cùm sint coniunctissimæ: nec per consequens in persona vel honore afficiendæ. *per l. si tutor. ff. de suspec. tut. & fac. l. rei iudicatæ. §. j. cum l. se. ff. solu. matri.* Sed si non sint primæ personæ: puta, quia mortuus est filius, nepos, vel pronepos, & vigore substitutionum actio tutelæ transiuit ad substitutum, qui est extraneus, vel fortè collateralis in remoto gradu, matri, auiæ, vel proauiæ, quæ vt sup. renunciauerunt: tunc crederem procedere opinionem eorum, qui dicunt, posse incarcerari *per l. maritum. cum seq. ff. sol. ma.* Et hanc distinctionem reperio fuisse de mente glo. fi.

71 *in l. fi. C. arbi. tute.* ¶ Quæro, Contingit † multotiens, quòd mater datur tutrix in testamento, An dicetur testamentaria, an verò legitima? Et glo. *in d. authent. matri & auiæ*, velle videtur, quòd sit testamentaria, & hoc est magni effectus: quia si sit testamentaria, non tenetur satisdare. *Insti. de satis. tu. § sed hoc.* Sed si sit legitima, teneretur: *vt per tot. ti. Insti. eo. & l. legitimos. in prin. ff. de legi. tu.* Alij dicunt, ipsam esse legitimam, & quòd nō mutetur eius qualitas per dispositionem testatoris *per l. quæ in aliena. §. quamquam. ff. de neg. gest.* Sed quicquid sit, siue dicamus eam legitimam, siue testamentariam: conclusio communis est inter Docto. quòd per hoc non sunt remissæ solennitates dictæ authent. *matri & auiæ.* quinimmò necesse est, quòd tute-

72 lam † agnoscat coram iudice, & renunciet illis beneficiis, de quibus suprà dictum est, qui tanguntur *in d. authent. matri & auiæ.* Et huius ratio potest esse: quia lex vult & disponit, quòd mater, auia, & proauia, administrātes tutelam, dent cautiones prædictas *in d. tit. quando mulier. C. & authent. ibi signat. & in corpore vnde sumuntur. No-*

73 *uel. 94. &* 118. Vbi autem lex † non distinguit, nec nos distinguere debemus. *l. de precio. ff. de pub. in rem act.* Non po-

74 test † ergo testator facere, quin leges locum habeant in testamento suo. *per l. nemo potest. de leg. j. ff.* ¶ Sed restat

75 maius dubium. Nos † videmus de multis viris infamatis de bladimētis, & demultionibus captatoriis vxorum suarum qui constituunt eas tutrices analogistas, & mortuis viris, vt plurimum de eorum mortibus lætantes, incipiunt malè versari in personis & bonis. Quæritur, An iudex, vel

dex, vel magistratus loci, tenebitur sequi illud infatuatum iudicium defuncti, & conniuentibus oculis, permittere dissipari bona pupillorum? Et dicerem, quòd non. in dispositione testatoris inerat tacita conditio: sci- ... affectione, moribus, discretione, honestate, cura, gentia maternis permanentibus, personam & bona orum administrauerit. quod hoc probatur *per l. in ionibus. & per l. j. in fi. ff. de condi. & de & melius. & in confirmando, § fi. ff de confir. tuto. ibi dum dicit, Vel m ante celata vel ignorata. emerserit improbitas*: quæ a volunt, quòd non solum conditiones expressæ: immò tacitæ & coniecturatæ ex mente testantis, re- ne dispositionem testatoris, itaque, si testator dixe- lis posuerit, ac ordinauerit: *Faciat de bonis vt sibi videbitur*, subintelligitur rationabiliter, vt vult glo. *sup. verb. rationabili in ca. vt debitus de appel.* Et idem si dixerit, *Faciat de bonis vt sibi videbitur expedire.* quia intelligitur, cessante calumnia *in ca. iij. de iura. calum. in sexto.* Idem si dixerit *vt sibi visum fuerit* quia subintelligitur idoneè, iuste, ac rationabiliter *vt vult glo. super verbo visum fuerit in c. ij. de corpo. vicia per iura in ea alleg.* Idem si dixerit, *ad velle suum, sicut voluerit*: quia intelligitur honestè & idoneè. *vt est glo. ibi.* Idem si dixerit, *Ad suum libitum voluntatis. vt in ca. ex parte. de consuetudi. & de sequest. pos. & fructuum ca. cum dilectus.* Idem si dicat, *Ad arbitrium suum.* quia intelligitur de regulato secundũ ius. *vt voluit glo super verb. Faciendum, in cle sæpe. de verb sign.* Idem si dixerit, *Pro suo arbitrio voluntatis. vt in ca. minus lo. primo de excess. prælа.* Idem si dixerit, *Quod de bonis disponat ad liberam, suam facultatem.* quia intelligitur de regulata & iusta, & quæ conuenit vtilitati pupillorum. *ca. transmissa. de elect.* Item si dixerit, *Quòd de bonis disponendi habeat liberam auctoritatem, vel potestatẽ*: quia intelligitur de potestate ac de auctoritate regulatis iuribus *vt vult glo. in ca. j. de offi. ord.* Idem si dixerit, *Secundum suam deliberationem*: quia intelligitur de deliberatione iusta & honesta. *de accus. ca. sicut olim.* Et idem dici posset de similibus subintellectis conditionibus. Quæro. Si † maritus prohibuerit inuentarij 76 confectionem. quod facere potest *per l. fi. §. illo proculdubio, C. arbi. tute.* & rationum redditionem, quod etiam facere potest *l. Aurelio §. Gayus. ff. de libera. leg.* An poterit & de-

ne conuenit: quia tutela est officium publicum *l. si filius. ff. de his qui sunt sui vel alie. iur.* Item ideo dicitur *in capite*
3 *libero*: quia † Tutor non potest dari seruo, vel ei, qui est
4 in aliena constitutus potestate: putà filiofamilias. Sed † datur impuberibus sui iuris existentibus. *Insti. de tute. in prin.* Item ideo dicitur *ad tuendum eum*: quia principalis intentio tutorum debet versari ad vtilitatem pupilli. Et
5 huic † significationi alludit vocabulum *Tutores*: id est
6 tuitores, seu defensores *vt in d.l.1.* Dicitur etiam † *propter ætatem*. Quia tutor datur masculo minori xiiij & fœminæ xij. annis *Insti. qui mo. tu. fi. in prin.* Nam intra illam ætatem iura non præsumunt, quòd possint se tueri. Dicitur etiam *iure ciuili, data*, ad denotandum, quòd sunt tutelæ datiuæ. Et dicitur præmissa ad denotandum, quòd sunt legitimę,
7 vt apparet ex titulis. ¶ Nunc videndum: quid † sit cura? Est iuris potestas in capite libero, maximè pubere, posita, ad tuendum negocia eius, qui propter ætatem, aut personæ inhabilitatem se tueri nescit. Hæc descriptio sumpta est *ex rub. de cura. Instit. in verb. discursu.* Dictum autem est primo *iuris potestas.* per *l. si curatorem habens. c. de in*
8 *integ. resti.* Postea † dictū est *in capite libero*, vt supra in tutore. Dicitur etiam, *maximè pubere, posita*: quia aliquotiens
9 datur † impuberi: putà, si tutor litem habet cum pupillo, quo auctore non potest agere. Nam tutor in rem suam auctor esse non potest. *§. fi. Insti. de auct. tut.* vel si legitimus tutor idoneus non sit. *Insti. de cura. §. interdum.* vel si legitimus sit tutor, sed excusetur ad tempus & pendente illo tempore prouidetur de curatore. *Insti eodem tit. §. item loco.* Idem si excusetur absentia vel infirmitate de quo vide per Glo. *in §. fi. Insti. eod. tit.* Hæc præterea verba *maximè pubere.* ita in descriptione adiecta sunt: quia aliquotiens datur maiori: putà furioso, mente capto, surdo, muto, ex his qui morbo perpetuo laborant taliter, vt rebus & negociis suis superesse non possint. *Instit. eod. §. furiosi. & in l. de curationibus. c. de episco. aud.* Sed quia illi sunt casus speciales, eo quòd communiter dantur puberi: ideo
10 dictum est *maximè.* Dictum est † etiam, *ad tuendum negotia eius.* eo quòd principaliter curator datur rebus. *vt Insti. eod. in prin.* dum dicit, *huius ætatis sunt, vt negocia sua tueri* &c. Tutor etiam datur principaliter personæ. *Insti. qui tu.*
11 *vel cu. da po. §. certè.* Adiectum † denique *Propter ætatē, vel*

personæ

persona [illegible] comprehendendum omnes casus & omnia tempora ex qualitate personarum & negociorum (vt suprà dictum est) occurrentia.

¶ Aduertendum † tamen est, quòd pupillo & maiori in casibus prædictis datur inuitis, *vt in dictis iuribus.* [12] Sed † adolescenti compoti nõ datur inuito, nisi ad litem. [13] *Insti. de cura. §. item inuiti.* Et dictum est *compoti:* quia si esset incõpos, daretur inuito, etiam ad negocia: sicuti maiori *vt in d. §. furiosi.* propter verba *licet maiores.* &c. per quæ verba satis monstrãtur, quòd adultis incompotibus etiam datur. Et hoc non habet dubium. ¶ Secundo † videndum est, quotuplex est tutela & cura. Et hoc facilè est perpẽdi. [14] *ex tit. ff. C. & Insti. de tu.* Quoad verò curas, † dicere possumus, quòd quædã sunt necessariæ, quidã verò voluntariæ. [15] Necessariæ sunt pupillorum ac etiam adultorum ad lites, ipsorúmque adultorum, ac maiorum incompotum, vt suprà visum est. ¶ Differentias verò † ipsarum curarum, An à lege, An verò à iudice dentur seu confirmentur: collige *per glo. in d. §. furiosi.* nam modici sunt effectus quo ad practicam. ideo prosecutionem vlteriorem relinquo. [16]

¶ Nunc videndum † quis dat tutores & curatores. Et quia tutoris ac curatoris datio à duplici pendet dispositione, legis videlicet, & hominis: clarum est, quod omnis tutor seu curator mediatè vel immediatè, aut à lege, aut ab homine datur. A lege † autẽ tutores legitimi dantur: de quibus in rubricis. *Insti. de legi. agna. patr. & parẽt tutela.* [17] [18] In curatoribus verò, duos reperimus casus à lege datos: s. furiosorum & prodigorum. *d. § furiosi. & ibi glo.* Vnum tamen generale præmitto, quòd curatores ab eisdem magistratib. dantur, à quibus tutores *Insti. de cura. § j. & § sed solent. & in authent. de defen. ciui. § nulla. Nouel. 15.* Sed quia hæc nullam vel paucam vtilitatem practicè afferunt, ad dictas rubricas & summas me remitto. ¶ Ab homine † autem dantur Romæ à præfecto seu prætore: in prouinciis, à præsidibus *vt in l. ij in prin. ff. de tutori & curatorib. da. ab iis. & Instit. de Attil. tuto. in prin.* Inde verò, quia difficile visum fuit & dispendiosum pupillis minoribus adire oportere præfectos, prætores, & præsides: voluerunt iura limitare secundùm facultates pupillorum & adultorum: ita quòd, si quingentos solidos, hoc est aureos, non excederent: possent talibus dari tutores vel cu: per dua [19]

fensores ciuitatū, vnà cum eiusdem ciuitatis auxilio *d. ti. de auct. tu. Insti. §. nos autem.* Et hæc difficultas antiquitus insurgebat: quia hi soli dare tutores & curatores poterant, quibus a lege permittebatur. *l. mutio, § tutorum. ff. de tutel.* qui erant habentes merum & mixtum imperium. Et quia causæ meri imperij ac mixti non delegabantur,
20 ideo minores magistratus non dabant. ¶ Sed † quia hodie omnia cognoscibilia sunt, *vt vult glo. fi. in ca. si & ibi Doc. de officio ord.* hodie inoleuit generalis obseruātia: quod omnes magistratus & iudices ciuitatum, dant tutores & curatores ex generali consuetudine, quæ ius facit. *C. de emancipa. libe. l. j. & fi.* quæ quidem consuetudo clare approbatur *per l ius dandi. ff. de tu. & cura. da. ab his.* Ideóque amplius disputare, An possit, vel non possit dare, infructuosum est: cùm ita generaliter ex generali consuetudine dentur. ¶ Notandū tamen est, quòd † magistratus,
21 vel iudex originis, domicilij, vel bonorum, dare potest tutorem. *l. vnica. C. vbi tu. vel cu. pet.* Et si in diuersis locis si ita sint bona, iudex cuiuslibet loci dare poterit curatorem *l. pupillus ff. de tu. & cu. d. a. ab his.* ¶ Quartò, † quæsi-
22 tum fuit, Quales dentur? Et dic, quòd hij, cum quibus testamenti factio passiua est. *l. testamento. ff. de testamen. tutel.* minoribus exceptis. *ff. d. t. de testa. tute. l. quæro in fi. & Insti. qui testam tuto § furiosus.* & mulieribus. *l. fi. ff. de tute.* exceptis illis, de quibus. *C. quando mulier. tut. offic. fungi po. & in authent. matri & auiæ.* de quibus etiam dicetur *in sequenti*
23 *membro.* ¶ Requiritur † etiam, quòd sit aptus: ideóque mutus & surdus tutores dari non possunt. *ff. de tute. l. 1. §. pen. & vl.* Item nec incompos mentis. *Insti. qui tuto. §. furiosus.* Quod intelligitur, quandiu durat furor. Nam si conualesceret, tunc inciperet valere tutela. *l. si hæreditas. §. si furiosus. ff. de testa. tu.* Datur etiam liber & non seruus, nisi in testamento in quo casu consequitur libertatem. Datur priuatus & magistratus, *l. tutor incertus. ff. de testa. tute.* Pater vel filius. *Insti. qui testa. tuto. in prin.* Villensis vel extraneus: si alius non inueniatur. *d. l. quæro, ff. de testa. tu. & in l. 1. § si quando. ff. de magi. conuenien.* verùm si inueniatur villensis, non dabitur extraneus. *l. neque. C. qui tuto.* ¶ Vnum
24 tamen † generaliter notandum est, quòd Tutor, qui datur, certus esse debet *per l duo sunt. & l. tutor incertus. ff. de testa. tuto.* Item potest dari libertus. *Insti. eo in prin. & c. qui*

dari

dat[illegible]. ¶ Superest videre, qui † dentur. Et dic liberi, maiores, sui iuris vel etiam in patria vel domini sui potestate constituti. *Instit. qui tuto. da. po. in prin. l. quæro. §. Lucius. ff. eo. & l. quamuis. ff. de excu tu.* Et qui sensus corporis habet dispositos *ff. de tute. l. j.* mentis compos. *Insti. qui dari testa. tu. po. §. furiosus.* Et is cum quo testamenti factio est. *l. testamento tutorum. ff. de testa. tute.* ¶ Videndum denique quibus † dentur. Equidem tutores impuberibus dantur *Insti e. §. permissum*, siquidem compotes mentis existant. *l. ij. in prin. ff. de tu.* Curator verò datur his personis, de quibus supra visum est: scilicet tam pupillis quàm adultis, & maioribus furiosis, dementibus, aut alias morbi seu aduersæ valitudinis impedimento detentis, & adolescentibus incompotibus mentis, furiosis, & prodigis, de quibus vide *per gl. in l. de creationibus. C. de epi. audi. & Insti. de cura. §. furiosi. ff. de tute. l. qui habet, §. j.* De mente captis, surdis, & mutis, ac perpetuo morbo laborantibus agitur *in d tit. Insti. de cura.* dantur etiam personis, de quibus. *ff. de posthu. l. j. ij. iij. iiij. & v.* ¶ Qualiter † autem dentur, cum iam sexto loco quæsitum fuerit: & quia hic tota vis consistit practice huius tit. superfluis omissis, depracticabilibus tantùm dicam. & præsupposito, vt supra dictum est, quòd generaliter aut a lege, aut ab homine dantur: hij, qui a lege dantur, legitimi vocantur: & hij qui ab homine, datiui sunt, sed in duplici differentia. nam aut dantur in testamento, & sunt testamentarij. Aut per iudicem & per inquisitionem, & vocantur hi proprie datiui: vt apparet *ex titulis. ff. C. & Insti. de tu.* Ab homine † ergo dantur tutelæ dupliciter, scil. Aut à testatore, aut a iudice. & is qui à testatore datur, Testamentarius tutor vocatur, & datur ex dispositione testantis, liberis naturalibus & legitimis, tam natis quam nascituris, qui in alterius potestatem recasuri non sunt. *ff. de testa. tu. l j.* sed naturalibus tantum, non datur efficaciter, nisi confirmetur. *l. fi. C. de confir. tut.* Sed quæro, Si † testamentum rumpatur ex causa præteritionis, An per hoc infirmabitur datio tutelæ testamentariæ? Dic, quòd non: quia conseruatur *per authent. ex causa. C. eo. de lib prete.* & hoc sentit Glo. *in d. l. 1. ff. de testa. tut sup verb. Ruptū.* Et quòd dictum est de testamento, idem dicendum est de codicillo. *l. testamento ff. de testa. tu.* Et licèt hoc sit indubitatum, est tamen quotidia-

25 26 27 28 29

num. Et quod dictum est, in testamento dari tutorem, [illegible] mit distinctionem: quia Aut datur à patre, aut à matre. & si a patre, non eget confirmatione tutor: sed si a matre, eget confirmatione. *l. pater ff. de testamen. tute. & C. eo l. iiij.* Et ratio diuersitatis patris & matris sumi posset forte ex eo, quod testator vult similem quasi potestatem relinquere in aliquo capite, ad tuendum liberum, seu eum qui se tueri nescit. Et cùm mater viua non habeat potestatem in liberos. *Instit. de adop. §. fœminæ.* non potest plus iuris relinquere: quia Nemo plus iuris &c. *Per regulam vulg.* Pater autem secus, & hoc *per totum ti. Insti. de patria potestate,* & hoc ita clarum est. ¶ Quæritur, † A quo tempore cedat dies tutelæ testamentariæ. hoc est, à quo tempore tutor sit obligatus? Et dic, quòd à tempore aditionis: ita quòd quandiu hæres scriptus deliberandum ducit, cum hęreditas sit iacens, non obligatur tutor testamentarius. *per l. si nemo. ff. de testam. tute.* ¶ Quæritur † de quæstione mota per Doct. *in l. si nemo. ff. d. t. de testament. tute.* Testator instituit pupillum suum & dedit ei tutorem: tutor vult agere. opponitur, quod non potest: nisi adita hæreditate *per d. l. si nemo.* Et pupillus non potest adire sine tutoris auctoritate. *per l. si infanti. C. de iure delibe.* Et in isto perplexo, cùm interim posset perire ius infantis, quo remedio succurretur. Dic secundum communem opinionem Doctorum *in d. l. si nemo.* quòd existentia sui hæredis confirmat tutelam, *per § suus. Insti. de hære. quali. & diffe. & per eund. §. positum de hære. quæ ab intesta.* & sic pupillus adibit auctoritate tutoris testamentarij. Sed si testator de suo faceret voluntarium: putà, substituendo vulgariter. nunc dari posset alius tutor expressus ad adeundum hæreditatem, *per l. hæreditas, eod. ti. in princi.* ¶ Aduertendum est tamen, quòd inter † cæteras tutelas, testamentaria est priuilegiator, cùm præferatur omnibus aliis *in authent. matri & auiæ. C quando mulier offi. tu. fungi potest, & in l. si quis sub conditione. ff. de testa. tu. in prin.* Sed illa † in totum vel in parte deficiente, succedit legitima in eius locum. *d. l. si quis sub conditione, in fi.* Legitima verò cessante, succedit datiua: quia hic ordo à iure datur, quòd testamentarius excludit legitimum, & legitimus datiuum. *d. l. si quis sub conditione, vers. quòd si tutor. & in l. non solum. §. fi. ff. de excu. tu. & l. si tutor reipublicæ,*

30

31

32

33

blic. [illegible] & ratio. distrahen. Et nota, quòd † il- 34
lud, quòd suprà dictum est, quòd superueniente legitimo, cessat datiuus, intelligitur, postquàm legitimus satis dederit, vt volunt Docto. *in l.si impuberi, ff.de tutori.& cura.da.ab his.* ¶ Est etiam † sciendum, quòd in casibus, 35
in quibus propter impedimenta non potest esse legitimus tutor, deueniendum est ad datiuum, cuius tutela cessabit cessantibus impedimentis legitimi tutoris. *d.l. si impuberi. ver. qui tutelam.* Et si nunquam cessaret impedimentum, nunquam remoueretur, nec alius daretur: quia regulariter Tutorem † habenti tutor dari non po- 36
test. *Insti.de cura. §. interdum.* Licet fallat hæc regula in sex casibus, in quibus tutor habenti tutorem dari potest. Primus, Si tutor sit surdus, vel mutus, vel furiosus. *ff.de tute.l.1.* Secundus, si pupillus habet bona in duabus vel pluribus prouinciis: nam totidem possunt esse tutores. *ff.de excu tut.propter litem.§.fi.* Tertius, Si mater tutrix nubat: nam tunc datur alius tutor *in authent. de nup.§.si vero tutelã.col.iiij.Nou.22.* Quartus, si tutor est ad tempus relegatus, vel excusatus, vel remotus: nam interim alter datur, c. *in qui.cau.ha.tu.l.penul. & facit.Instit.de act.tu.§.1.& ij.* Quintus, Si tutor est apud hostes non vt seruus, sed vt relegatus vel transfugat. *ff. de tute. si quis tutor.* Sextus, Si abest reipublicæ causa. *ff.eod.quæsitum.& ff.de suspec.tu.l. tutor,§.si quis aufugit.* ¶ Quæro, Pupillus † ra- 37
tione originis pertinet ad vnum iudicem, sed ratione domicilij ad alium: & habet bona in alio loco, quàm originis vel domicilij. Quæritur, Quis dabit tutorem? Et videtur, quòd iudex vbi sunt bona sita *per l. j. C. vbi tuto. vel cura.* At Doct. *in l.pupillo.ff.de tut.& curat.da.ab his variarunt.* Sed conclusio est, quæ à practica recipitur, de qua *in l.vnica. C. vbi pet. tutor per glo.* quòd iudex originis, vel domicilij, seu bonorum *per lecta & notata in l. vnica. c. vbi pe.tu.* dare potest. verum tutor domicilij vel originis administrabit vbique. *per l. pupillo. in prin. ff. de tuto. & curato. da. ab ijs.* pro quo facit *l. propter litem. §. licet. ff. de excusat. tuto.* ¶ Item † sciendum, 38
quòd In testamento tutor dari potest purè, vel sub conditione, vel etiam in diem *Instit. qui testa. tuto. dari possunt. §. ad certum. ff. eod. l. tutor. §. tutorem.* ¶ Item † quæro, Pupillus maior septennio, quæ potest 39

tonsurati: *ut not. in c.fin.de tempo.ordi.in vj.* Vel etiam adultus, est clericus: Quis iudex prouidebit de tutore vel curatore: An ecclesiasticus vel temporalis? Conclusio est Doct. quod iudex spiritualis dare debet: quia oportet pupillum esse de iurisdictione eius qui dat tutorem *per l.siue proconsul.ff.de tuto.& curat.dat.ab his.* Et idem intelligendum de curatore adulti. In casu tamen, potest iudex secularis clerico dare curatorem: puta in lite, quae vertitur coram eo. *l.fi. §.1. C. de administra.tu.* ¶ Et etiam notandum, quod † testator dando tutorem filiis, filiabus etiam & posthumis, non expressis nepotibus vel neptibus, etiã eis dedisse videtur. *Insti.qui tu.testa.§.si quis.& §.caeterum.* Et huius ratio est, quia Masculinũ concipit fœmininum in genere suo. *l.1 & l.pronunciatio.ff.de ver.sig.* Item si † dat tutorem posthumis, non solùm filiis, sed etiam nepotibus deinceps dedisse videtur. *Instit.de testam.tut. §.si quis filiabus.* ¶ Si verò † neque liberos, neque posthumos cõmemorauerit, sed liberos tantum, tunc filiae nepotes & neptes nati & nasciturі, seu posthumi, continentur. *d.§.si quis filiabus.* Et in ista significatione *liberorũ*, nõ solùm veniunt filij, vel filiae: sed etiã eorũ liberi: hoc est filij & filię filiorũ vel filiarũ. *l.1.C.de condi.inser.* Et quia in ista ampliatione vocabulorum, vertitur fauor liberorum, faciliter recipitur dicta ampliatio. ¶ Sed quaeritur, dati sunt † tutores duo testamentarij: Vnus moritur, vel excusatur aut propter aliquod impedimentum remouetur: Quis succedet in locum illius: An legitimus, an verò datiuus? Dic, primò aduertendum ad facultates pupilli an sint magnae vel paruae, difficilis vel facilis administrationis: quia si potest explicari administratio tute. per vnum: tunc nõ erit opus alium subrogare. *per l.si quis sub conditione §.fi.ff. de testa.tute.* propter verbũ *poterit* † in ea positũ, quae quidem dictio, est voluntatis & non necessitatis. *vt in c. at si clerici, §.de adulteriis. de iudi. & facit ad hoc.l.fi.C.in qui.cau. tu.habenti* &c. Si verò onus tutelae, non possit explicari per illum testamentarium, & sic locus prouidendi de alio: tunc adhuc supersunt reliquiae tutelae testamentariae, per existentiam alterius tutoris testamentarij, quae existentia cessare facit legitimam. *d. l. si quis sub conditione in princ.* Et datur à iudice alius tutor, qui praefertur legitimis. & sic hoc casu datiuus † ministerio testamentarij exclu-

(Margin: 40, 41, 42, 43, 44, 45)

excludit legitimum: *ut vult glo. p. ... l. j C. de testa. tut.* Sed si omnes † testamentarij decessissent, seu excusati vel remoti essent: tunc recurrendum esset ad distinctioné Glo. *in d. l. si quis sub conditione.* scil. quod iudex considerare debet, An remanerent aliquæ reliquiæ testamentariarum tutelarum: putà, quia testamentarij tutores desierunt esse tutores, cùm fuerint excusati vel remoti, vel non remaneant aliquæ reliquiæ testamentariarum tutelarum: putà quia mortui sunt tutores testamentarij. Et primo casu, vbi reliquię remanent, cessant legimè: per dictam reg. generalem. *d. l. si quis sub conditio.* quæ est, quòd Testamentariæ † tutelæ, siue species earum, cessare faciunt legitimas & datiuas. Sed ibi nullæ remanent tutelæ testamentariæ, vel reliquiæ testamentariarum tutelarum: tunc legitimæ præferuntur datiuis taliter, quòd si iudex præsumeret dare, & tutorem repellere legitimum, esset talis datio tutoris ipso iure nulla. *ff. de tute. & ratio. distrahen. l. si tutor rei publi. §. 1.* Et huius ratio est, quia habenti tutorem tutor dari non potest. *l. cum iure. C. qui petant tu. & Insti. de curato. § furiosi.* ¶ Et quia iura † prædicta, deficiente testamentario tutore, præsupponunt eum, qui habet legitimum, habere tutorem ex iuris dispositione. Et ergo, qui legitimum tutorem habet. tutor dari non potest. ¶ Cessantibus † verò omnino testamentariis, & inde legitimis, tertio loco & ordine recurritur ad datiuos. Et hic ordo, est ordo refectionis decedentium, quorum voluntates sunt triplices: scil. omnino expressæ, quasi expressæ, & tacitæ. Expressæ omnino, quando in testamento vel codicillis prouidét specialiter de tutoribus. Quasi expressæ quando non prouident: expressæ, quia subintelliguntur vocasse ad tutelam legitimos. Tacitæ, quando cessant præmissa. nam tunc videtur remisisse iudici, qui dare habet. ¶ Et hinc succedit regula, quòd Prouisio hominis facit cessare prouisionem legis. *l. ex facto. §. Item quæro. ff. de vulga. & pupilla. & no. in ca. veniens, de præscrip.* Cessante verò prouisione hominis, aperta vel occulta, congruum est, quòd succedat prouisio legis. Cessat ergo prouisio hominis in duobus casibus præmissis: & ideo prouisioni legis, quæ exequitur ministerio iudicis, locus est: vno tamen casu, de quo sup. visum est. fallit hæc regula: scil. quando supersunt reliquiæ testamentariæ, cessare

46 47 48 49

faciunt legitimas, & dant locum datiuis. de quibus *per glo. & Doc. in dictis legib. prima. C. de testa.tut. & secunda si quis sub conditione. ff.eo.titu.de testa.tu.* Erit † ergo hæc resolutio, quòd ex præmissis colligemus três regulas in hac materia. Prima regula erit, quòd Vbicunque cessant tutelæ testamentariæ & eorum reliquiæ, locus est legitimis tutoribus. Secunda regula, quòd Vbicũque cessant tutelæ testamentariæ, sed non earum reliquiæ, locus est datiuis & non legitimis tutoribus. Tertia regula, deficientibus testamentariis & reliquiis earum, ac etiam legitimis, locus est datiuis. & hæ regulæ colliguntur ex præmissis *tex.glo.& dictis Doctorum in eis.* ¶Sed restat dubium. An si † primus & secundus gradus deficiat legitimorum, propter impedimentum, erit locus vlteriori gradui legitimorum: an verò prouidebitur de datiuo. Distingue: quia Aut impedimentum fuit ab initio, cum est deferenda: aut ex post facto, ea iam delata: si ab initio, & impedimentum est perpetuum: vt quia est fœmina, vel perpetuò furiosus, mutus, vel surdus: tunc non est locus datiuo, sed legitimo sequentis gradus: *vt ff.de leg.tu.l.j.§.interdum alibi. & §.Item in libertinis. & §.fi. & l agnato.in fi.* Si autem est temporale impedimentum: vt quia minor vel captus ab hostibus: tunc nõ est locus legitimo sequentis gradus, sed tantum datiuo. *vt ff.d.t.de legib.tutor.l.j.§.si apud hostes, & in prædicto.§.si libertus.* Cæterùm, si impeditur ex post facto: vt quia remouetur, vel excusatur, locus est datiuo & non legitimo sequentis gradus *vt ff.eod.l.iij. §.non tantum. & l.quo defuncto.* ¶Verum autem est, quòd † multi sunt casus, quibus excusatur quis à tutela & cura, qui succinctè enumerantur *Insti.de excu.tut.* Nec possunt commodè breuius summari. Potest tamẽ sic † resoluere, quòd aliquid non admittuntur etiam volẽtes: vti minor. *§.item maior.vers.minores* & miles. *§.Idem & in milite.Insti. de excu tu.* Item mulier. *l.j.C.quando mulier.* & dic regulariter, præter matrem & auiam, de quibus inf. dicetur. ¶Excusantur interdum cæteri multis modis. Primo si excedant annum lxx. *§.Itẽ maior Insti.de excu.tu.* Item propter onera. Primo propter onus liberorum: videlicet triũ Romæ, quatuor in Italia, & quinque in aliis prouinciis: qui sint viui aut bello publico amissi. Idem in nepotibus, qui in potestate sunt, vel recadunt tutorum *eod.tit.in prin.§.1.*

Item

Item oneratus pro seruitio principis vel republica: putà officio ambasiatoris & simil. *eod. ti. §. Itẽ qui, & §. & qui potestatem.* Itẽ tres tutelæ non affectatæ excusantur, *Inst. eo. §. item tria.* Item vrgens paupertas, *eod. §. sed & propter.* Item infirmitaš. *§. item propter.* Itẽ inimicitiæ capitales. *eod. §. item si propter inimicitias.* Item lis super statu, aut totaliter, vel maiori parte bonorum. *eod. §. item is qui & ff. eod. l. propter litem.* Alias excusationes potest quilibet curiosus per se discurrendo titulos adinuenire. ¶ Quæro, An † dum processus excusatoribus fit, erit necesse prouideri pupillo de curatore ad illam litem? Dic, quòd sic. *§. fi. Instit. de aucto. tuto: idémque sentit glo. in l. j. C. si ex fal. alie.* aliàs sententia esset nulla *per l. contra pupillum. ff. de re iudica.* ¶ Et quia † nobis ordo datus est per præmissa, superest videre, An mater, auia, ac etiam proauia dum legitimis tutelis locus erit, admittendæ sint inter legitimos tutores? Et distingue tria tempora. Tempus scilicet Digestorum, Codicis, & Authenticorum. nam tempore Digestorum non admittebantur: quia virile officium erat *l. 1. C. quando mulier. & l. ij. ff. de reg. iur.* Poterat tamen mater hoc tempore Digestorum impetrare administrationem tutelæ filij specialiter & expressè. *l. fi. ff. de tutel.* nec opus erat aliquibus cautelis vel renunciationibus isto iure. Deinde superuenit aliud nouum ius: scilicet Codicis de quo habetur titulo *C. quando mulier offi. tu.* & c. *per totum.* quo iure fuit permissum mulieribus matribus, impetrare à iudice fieri tutrices liberorum suorum cessantibus testamentariis & legitimis. Et eo mediante, quod profitebantur cum sacramento in actis publicis præstito, ad alias nuptias non deuenire. Et eodem iuramento renunciabant senatusconsulto Velleiano, omníque alio præsidio & auxilio iuris. Et vltra, obligabant & hypothecabãt omnia bona sua pro idemnitate pupilli *l. ij. & iij. C. quando mulier offi. tu.* Demum verò, & tertio loco, superuenit ius Authenticorũ, quo nos hodie regi oportet, de quo *in auth. vt sine probi. matres. col vij. Nou xciiij. & C. quando mulier offi. tu. fungi. potest, in authent. ibidem signatu.* Quę quidem † iura Authenticorũ, in quinque innouauerũt iura. Digestorũ & C. Primo, in eo, quòd remiserũt necessitatẽ impetrandi à

54 55 56

principe: Secundò, quia extensum est ad auiam priuilegium, quod solæ matri competebat. Tertiò, quia præferuntur legitimis. Quartò, quia remissæ sunt renunciationes cum sacramento præstandæ apud acta, de non conuolando ad secunda vota. Quintò, scilicet quòd quamquam *per auth. vt ij, qui obligat.os perhi. res se habere minor. colla.5.Nouel.72.* prohibitum fuisset, debitores vel creditores administrare non debere tutelas minorum obligatorum vel creditorum. Hodie tamen *per dictam authent.* sine prohibitione permissum est, quòd matres & auiæ etiam debitrices vel creditrices, possunt esse tutrices absque eo quòd promittant ad secunda vota non conuolare. Et præferuntur alijs legitimis. quod respectu aliquarum

57 vtile fuit pupillis. ¶ Sed respectu † plurimarum cessat vtilitas, eo quòd fœmina vix bene finit opus. Et licèt

58 imperator iura ciuilia immutare potuerit: ea tamẽ, quæ † mulieribus insunt à natura, commutare non valuit *per §.*

59 *sed naturalia. Insti. de iure natur.* quia naturaliter † inest mulieribus esse fragiles, mutabiles, & inconstantes. *vt in ca. forus. de verb. sign. & C. de inoffi. test. l. filia.* Vnde etiã mulieres prohibitæ sunt testificari in criminibus & vltimis voluntatibus. *in ca. tam litteris, de testib. & Insti. de testa. §. testes.* & eorum natura est, cogitare mala consilia. *vt in l. pater. C. de sponsa.* & in moralibus fœminas constat esse leuiores siue mobiliores, & ad quædã vicia viris proniores. est quippe mulier hominis confusio, insatiabilis concupiscentia, continua sollicitudo, indeficiens pugna, & viri incontinentis naufragium. Plura alia de iis dici possent, quæ ab auctoritatibus: & quotidianis exemplis sumi possent, per quæ fortè vtilius esset reipublicæ stetisse in

60 terminis, ff. quàm aliquid noui adiicere. ¶ Sed quia sic † placuit Imperatori, fortè ab aliquibus astutis mulieribus blandito, standum nũc est cum dictis iuribus nouissimis. Vnum tamen attestor, quòd de tempore, quo practicæ operam dabam, vanitatem & constantiam: scientiam vel ignorantiam: prudentiam vel stulticiam, & alia bona & mala, seu alias virtutes & vicia mulierum cognoui: & pro vero comperi, quòd Vbi vna mulierum tutelam siue curam liberorum bene & vtiliter gessit, nouem dissipanerunt bona illorum, maximè de iuuenibus, quæ ad secunda aspirabant vota, quæ confidentes in dispositionibus †

bus † maritellorum, qui vxoribus suis plus nimio indul- 61
gentes, ipsas tutrices liberorum suorum analogistas faciunt: quæ ita postea antè viuentes in illorum defunctorum bonis dies suos agunt, imo nouum quam etiam cum capitalibus inimicis maritellorum defunctorum: quia vt plurimum gaudent de morte virorum *vt in l.pater Seuerinam.ff.de cond.& dem* & tantis incendũtur stimulis, quòd non gerunt menti aliud, nisi satisfacere eorum sensualitati. & plerumque nouis maritis, non solum æs filiorum, sed & vitam adducunt, propter amorem, quem habẽt erga nouum maritum. *C. de admi. tu. l.lex quæ tutores.§.(seu vers.)lex enim.* Transeant igitur hæc cum cæteris erroribus huius seculi. ¶ Sed præsuppositis casibus, in quibus officio tutelæ fungi possunt mulieres ante. Quęritur, † 62
An proauia possit? Et dic, quòd sic: quia appellatione *auiæ* etiam *proauia* continetur. verum proauus eam excludit. *arg.l.j.ff.de senato.quia Masculinum* &c. Itẽ An † mater na- 63
turalis.*glo.in d.authent.matri & auiæ.d.t.C.quam donũ.*tenet quòd sic, & cum ea transeunt Doct. Item Quid † si est a- 64
uus & auia, Quis eorum præferetur? Dic quòd nullus, sed ambo admittentur. At si mater † & auus paternus: tũc 65
præfertur auus paternus *per glos.in d.authent.matri & auiæ.* Sed d.glo. non tenetur per Doctores, qui concludunt, Matrem præferri in tutela, eo quia iura præferũt eam in successione *in authent. defuncto.C.ad Turpil.* hæc tamen relinquerem arbitrio iudicis. ¶ Quæritur, An † quod dictum 66
est, Matrem, auiam, & proauiam tutelæ officio fungi posse; an idem sit in cura? Glo. & Doct. *in d.authent. matri & auiæ.* tenent, quòd ita, à paritate rationis. ¶ Sed An † co- 67
gantur recipere inuitæ, glo. *in præd.d.authent.* dicit, quòd non. & illam sequuntur Doctores. ¶ Quæro, An † cleri- 68
cus possit esse tutor? Dic, quòd regularis non. *authen præsbyteros. C.de epi.& cleri.* Seculares verò in sacris possunt, si volunt. *d.authent.præsbyteros, & not.xvj.q j.generaliter xxj.q.iij.c.Cyprianus* ¶ Item † quæritur, An teneatur tutor red- 69
dere rationem in vinculis. *l.iij.§.qui tutores.ff.de suspe.tu & C.arbit.tut.l.vlti.* Et † mulier non potest vinciri, seu in- 70
carcerari. *C.de offic.diuer.iudi.l.j.* An si renuntiet omni auxilio: scilicet Velleyano, & omni alij auxilio, prout renũciare tenetur *per l.fi. C.quando mulier offi.tu.* an poterit incarcerari? Quæstio est dubitabilis inter Doc. & sunt, qui

tenent,quòd possit. Credcrem tamen ita distinguendum. Aut sunt primæ personæ, scilicet mater & filius,vel auia & nepos,aut proauia & pronepos:tunc dicerê,quòd non, cùm sint coniunctissimæ: nec per consequens in persona vel honore afficiendæ.*per l.si tutor.ff. de suspec.tut.& fac. l. rei iudicatæ. §.j.cum l.se.ff.solu.matri.* Sed si non sint primæ personæ: puta,quia mortuus est filius,nepos, vel pronepos, & vigore substitutionum actio tutelæ transiuit ad substitutum,qui est extraneus,vel fortè collateralis in remoto gradu,matri,auiæ, vel proauiæ,quæ vt sup.renunciauerunt: tunc crederem procedere opinionem eorum, qui dicunt, posse incarcerari *per l. maritum. cum seq. ff. sol. ma.* Et hanc distinctionem reperio fuisse de mente glo.fi.

71 *in l.fi.C.arbi.tute.*¶ Quæro,Contingit † multotiens,quòd mater datur tutrix in testamento, An dicetur testamentaria,an verò legitima? Et glo.*in d.authent.matri & auiæ.* velle videtur,quòd sit testamentaria,& hoc est magni effectus:quia si sit testamentaria,non tenetur satisdare.*Insti. de satisftu.§ sed hoc.*Sed si sit legitima,teneretur:*vt per tot.ti. Insti.eo.& l.legitimos.in prin.ff.de legi.tu.* Alij dicunt,ipsam esse legitimam, & quòd nõ mutetur eius qualitas per dispositionem testatoris *per l. quę in aliena. §.quamquam.ff. dę neg.gest,*Sed quicquid sit,siue dicamus eam legitimam, siue testamentariam: conclusio communis est inter Docto. quòd per hoc non sunt remissæ solennitates dictæ authent.*matri & auiæ.* quinimmò necesse est, quòd tute-

72 lam † agnoscat coram iudice, & renunciet illis beneficiis, de quibus suprà dictum est, qui tanguntur *in d.authent. matri & auiæ.* Et huius ratio potest esse: quia lex vult & disponit,quòd mater,auia,& proauia,administrãtes tutelam,dent cautiones prædictas *in d.tit. quando mulier.C.& authent.ibi signat. & in corpore vnde sumuntur.No-*

73 *uel.94.&* 118.Vbi autem lex † non distinguit,nec nos distinguere debemus.*l.de precio.ff.de pub.in rem act.*Non po-

74 test † ergo testator facere, quin leges locum habeant in testamento suo. *per l. nemo potest. de leg.j.ff.* ¶ Sed restat

75 maius dubium.Nos † videmus de multis viris infamatis de bladimẽtis,& demultionibus captatoriis vxorum suarum qui constituunt eas tutrices analogistas,& mortuis viris, vt plurimum de eorum mortibus lætantes, incipiunt malè versari in personis & bonis. Quæritur,An iudex,vel

dex, vel magistratus loci, tenebitur sequi illud infatuatum iudicium defuncti, & conniuentibus oculis, permittere dissipari bona pupillorum? Et dixerit, quòd non. quia in dispositione testatoris inerat tacita conditio: scilicet, si affectione, moribus, discretione, honestate, cura, & diligentia maternis permanentibus, personam & bona pupillorum administrauerit. quod hoc probatur *per l in conditionibus & per l.j.in fi.ff.de condi. & de & melius. & per l. in confirmando, § fi. ff de confir.tuto.ibi dum dicit, Vel illorum ante celata vel ignorata. emerserit improbitas*: quæ verba volunt, quòd non solum conditiones expressæ: quinimmò tacitæ & coniecturatæ ex mente testantis, regulent dispositionem testatoris. itaque, si testator dixerit, disposuerit, ac ordinauerit: *Faciat de bonis vt sibi videbitur*, subintelligitur rationabiliter, vt vult glo. *sup.verb. ex rationabili in ca. vt debitus de appel.* Et idem si dixerit, *Faciat de bonis vt sibi videbitur expedire.* quia intelligitur, cessante calumnia *in ca. ij.de iura. calum. in sexto.* Idem si dixerit *vt sibi visum fuerit.* quia subintelligitur idoneè, iustè, ac rationabiliter *vt vult glo. super verbo visum fuerit in ca.ij.de corpo. vicia per iura in ea alleg.* Idem si dixerit, *ad vëlle suum, sicut voluerit*: quia intelligitur honestè & idoneè. *vt est glo.ibi.* Idem si dixerit, *Ad suum libitum voluntatis.vt in ca. ex parte.de consuetudi.& de sequest. pos & fructuum ca.cum dilectus.* Idem si dicat, *Ad arbitrium suum.* quia intelligitur de regulato secundũ ius. *vt voluit glo super verb. Faciendum, in cle sæpe.de verb sign.* Idem si dixerit, *Pro suo arbitrio voluntatis. vt in ca.minus lo.primo de excess. prælа.* Idem si dixerit, *Quod de bonis disponat ad liberam, suam facultatem.* quia intelligitur de regulata & iusta, & quæ conuenit vtilitati pupillorum. *ca. transmissa.de elect.* Item si dixerit, *Quòd de bonis disponendi habeat liberam auctoritatem, vel potestatẽ*: quia intelligitur de potestate ac de auctoritate regulatis iuribus *vt vult glo. in ca.j. de offi. ord.* Idem si dixerit, *Secundum suam deliberationem*: quia intelligitur de deliberatione iusta & honesta. *de accus. ca. sicut olim.* Et idem dici posset de similibus subintellectis conditionibus. Quæro. Si † maritus prohibuerit inuentarij 76 confectionem. quod facere potest *per l.fi.§ illo proculdubio, C.arbi.tute.* & rationum redditionem, quod etiam facere potest *l. Aurelio §. Gajus.ff. de libera.leg.* An poterit & de-

bebit iudex vel magistratus, prohibitione testatoris non obstante, si sibi videatur hoc pupillis expedire, compellere matrem, auiam, proauiam, & alios tutores ad conficiendum inuentarium? Et volunt communiter Doctor. quod sic. *ut in d. l. fin. C. arbi. tute. per l. vtilitatem. ff. de confir. tuto. vel cura.* quæ postrema lex pro parte affirmatiua clarũ præstat argumentum. Paritérque poterit compellere ad redditionem rationum. *per glo. ad hoc approbatam in l. cum tale §. j. ff. de condi. & dem.* quia nunquam præsumitur testator dolosam remisisse administrationem. *l. in confirmando. §. fi. ff. de confir. tuto. vel cura.* Et horum omnium ratio est: quia propter mutationem morum, affectionis, discretionis, honestatis, curæ, diligentiæ, præsumitur mutatio voluntatis eius, qui administrationem concessit *per d. l. in confirmando. §. fi. ff. de confir. tuto. vel cura.* Et propter vtilitatem pupilli receditur à voluntate defuncti, *vt in dictis iurib. & in l. j. in prin. & in l. ij. in fin. ff. vbi pup. edu.* ¶ Quæro, Nos † dicimus, quòd tutor testamentarius præfertur legitimis & datiuis: mater testatur, instituit hæredem vniuersalem alium, quàm vnum ex liberis, & dat tutorem liberis: An iste tutor testamentarius præferetur legitimis si sint: aut datiuis, cessantibus legitimis? Et dic, quòd totum hoc pendet ex arbitrio iudicis vel magistratus, vt colligitur *ex l. peto, §. mater. ff. leg. ij. & l. ij. ff. de confir. tuto. & l. si patronus. & l. tutores. eo. tit.* Nam arbitratur iudex, qua affectione vel ratione mota fuerit mater, vel extraneus. Et quia mater instituendo extraneos, non præsumitur bonam affectionem habuisse erga filios, iudex vigilanter inquiret: An expediat pupillo talem habere tutorem, vel non. *per ea quæ leguntur & nota. in d. l. ij.* Sed si filium, vel liberum instituisset hæredem vniuersalem: quia tũc præsumeretur bonam habuisse affectionem: tunc etiam leuius inquiret *per d. §. mater.* ¶Et idem de extraneo dicendum est. Vtrobique tamen casu, si iudex, vel alius magistratus reperiat per inquisitionem, non expedire pupillo, non permittet eum administrare: putà, quia testator ignorauit mores tutoris *per d. l. in confirmando.* Sed si testator nouisset mores, & hæres non haberet alia bona, quàm ea, in quibus per matrem vel extraneum institutus esset: tũc administraret ille tutor *per d. l. si patronus.* Et huius rationem vide ibi, dum dicit: non malè dicetur, iudicium eius

97

sequen-

sequendum esse, qui & per[illegible]nam eius, quem tutor esse voluerit, noluerit. Sed si habeat alia bona, non concederetur administratio sine inquisitione An expediat, vel non expediat, vt supra dictum est. Et hæc de testamētariis tutoribus dicta sufficiant. ¶ Nunc verò,† Qualiter legitimi dentur, quærendum restat. Et clarum est, quòd nō dētur ab homine, sed à lege. *l. legitimos, in prin. ff. de legi. tut.* Attamen accedere † habet ad iudicem vel magistratum, non vt ab eo detur vel confirmetur, quia ipso iure est datus & confirmatus: sed adire debet iudicē vel magistratū, cui insinuabit se legitimum tutorem esse, & proximiorē in gradu. Et quia à iure propter successionis emolumentū arctatur ad tutelam, declarabit animum suum coram prętore, iudice vel magistratu quòd tutelam gerere vult: & tunc iudex prætor seu magistratus, summariè exquisita qualitate personæ & patrimonij tutorum: si eum idoneum esse reperierit, exiget ab eo satisdationē & alia requisita: prout hæc probantur, *per l. j. & l. legitimos. in prin. ff. de legi. tu.* Et signanter promittere & iurare debet, pupillū indefensum non prætermittere: alias non valet tutela. *l. fi. §. omnem. in fi. C. de admi. tut.* Et his peractis † faciet quæ sequuntur. Primò, res accipiet cum decreto iudicis. Secundò, faciet inuentarium. *l. fi. in fi. C. arbi. tute.* Tertiò, iurabit, *vt in auth. vt ij qui obli. §. fi. col. vj. Nou 72.* de cuius iuramenti forma statim dicetur. Quartò, satisdabit. *d. l. legitimos in prin.* Quintò, expresse promittet defensionem pro pupillo suscipere: alias non valeret tutela, neç datio ipsius tutelæ, *vt volunt Doc. in d. l. fi. C. de admi. tuto. §. defensionem. & §. omnem.* Et erit † forma iuramenti, quæ in talibus obseruatur: scil. quòd tactis sacrosanctis euangeliis, iurabit personam & bona pupilli benè & debitè gubernare, & administrare ipsum pupillum & eius bona in iudicio & extra, pro viribus suis defendere & indefensa bona non relinquere, atque ita omnia rectè cum vtilitate pupilli gerere, & neque prætermittere, quæ vtilia putauerit: neque admittere, quæ non vtilia esse existimauerit: & omnia, res inquam bona & iura pupilli in inuentario cum omni diligentia & subtilitate publicè conscribere, sub obligatione & hypotheca omnium bonorum suorum &c. prout hæc colliguntur *ex d. l. fi. §. defensionem. C. de admi. tu. & ex l. de creationibus. C. de epi. aud. & in au-*

78

79

80

81

thent. vt ij qui obligatas perhibent se habere res minorum, in fin.col.vj.d.Nouel.72. Iurabit etiam, si releuatus non fuerit per testatorem, administrationis suæ rationem tempore debito reddere, & reliqua seu residuum administrationis reddere, & si mulier fuerit, iurabit ea de quibus supra

82 dictum est. ¶ Quod autem † dictum est, legitimos tutores satisdare debere: fallit in patre & patrono honestis. *ff. de legi.tut.l.legitimos.§.1. & c.in quibus cau. in integ.rest.non est ne.si tutor. & c.de tu. & cura. qui non satisde.l.1.cum ibi no.*

83 ¶ Item quamquam † regulare sit, quòd testamentarij nō satisdant: fallit tamen, si vnus offerat satisdare: quia nisi alius satisdet præferetur ei satisdans. Et sic, si alter contutor velit satisdare causatiuè, compellitur alter satisdare *Insti de satis.tu §.sed & si ex testamento.* Item compellitur satisdare, si cæperit male administrare *vt not.in l.liberto.§.largius.ff.de annu.legat.* etiam captis pignoribus. *l.iiij.c.de suspec.tut.* Vnum tamen est notandum, quòd contutor pro contutore cauere poterit. *l.Romanus.ff.de tuto.& cura.da.*

84 *ab his.* ¶ Item & quod † dicitur regulariter, Tutores datos à iudice ex inquisitione, non teneri satisdare ex generali obseruantia: pro cautela tamē iudicum & magistratuum introducta, melius est quod satisdent in forma meliori, quæ quidem obseruantia, fundatur per constitutionem Græcam, quæ recitatur *Insti. de Actio. tu. §. nos autem.* per quam constitutionem, omnes datiui tenentur sa-

85 tisdare. Et bene introductum est: quia † non potest nimia cautela obseruari in talibus, tam ratione fauoris pupillorum & reipublicæ, cui reipublicæ satisdatio præstatur effectualiter. *l.1.in prin.ff.de magistra.conuenien.* quam etiam iudicum & magistratuum, qui maximo se exponunt periculo in decretatione tutelarū, si non prouident de idoneis tutoribus, & cum bonis cautelis. *vt not.pass. tot.ti. ff.*

86 *& c.de magistra.conue.* ¶ Sed quæro, An † vnus tutor poterit pro alio fideiubere? Dic, quòd sic *per l.Romanus.ff.de tu.& cu.da.ab his.* dum tamen alias sint idonei. Et ex his

87 cessat † hodie quartum membrum tutelarum, quod ponit glo. *super verbo idonei. Insti.de satis.tu.* scil.de datis sine inquisitione, de quibus *in l.fi.c.de auct.præstan.* qui soli tenebantur satisdare: quia omnes datiui satisdant, siue sint dati simpliciter, siue per inquisitionem. Et ideo impute-

88 tur † iudicibus & magistratibus, si dū dāt tutores etiam

cum

cùm inquisitione, non exigantur satisdationes. ¶ An autem deficiente † primo gradu legitimorum, sit locus secundo, vel possit iudex seu magistratus in locum legitimi deficientis, dare alium ex inquisitione? De hoc visum est suprà in præcedenti membro, vbi me remitto. ¶ Superest videre, † qualiter dentur datiui? Et dic, quod quidē datiui, vt suprà sæpe dictum est, deficientibus testamentariis & legitimis, vocantur & dantur. Præsupponamus † ergo, intestatum Ticium mortuum, relictis Gayo & Seyo filiis suis impuberibus, nullis relictis agnatis vel cognatis. Et si quis reliquerit, tales, qui non sunt habiles ad tutelam legitimam, vel si essent habiles, competunt eis excusationes, de quibus in iure & de facto se excusant. ¶ Et restat, quòd dicti † pupilli non habent tutorem testamentarium vel legitimū. Qualiter practicabitur datio istius tutelæ. Et dic, quòd altero de duobus modis: scil. quòd mortuo Ticio, mater † ad quam primo ex debito pietatis pertinet, si nolit esse tutrix, petet dari: aliàs priuatur successione. *l. j. §. ij. & iij. ff. qui petant tutores. & l. omnem. C. ad Tertul.* Matre † verò non existente in medio, agnati & cognati proximi, ad quos spectat successio petere habēt, quod si non petant intra annum, denegatur eis successio. *l. sciant. C. de legi. heredi.* per quam corrigitur. *l. qualitercunque. ff. qui petant tuto. & aliæ antiquæ ei contrariæ*, etiamsi ex persona ipsorum competat eis excusatio, ne compellantur ad tutelam: quia per hoc agnati & cognati excusati à legitima, non excusantur, quominus petant dari tutores per iudicem vel magistratum: quod si non fecerint, reddunt se indignos successione *per ea quæ leguntur, & not. in d. l. sciant. C. de legi. heredi. & l. secundum naturam. ff. de reg. iur.* ¶ Et excluso primo † gradu non petentium, veniunt in secundo. *Glo. in l. nepotibus. C. qui pe. tu.* Et cùm expectēt successionis emolumentum, si esse nolunt tutores propter aliquam legitimam excusationem: non tamen excusantur à petitionis negligētia, cùm petere teneantur. *d. l. secundum naturam.* Et agere contra † naturam, inexcusabile est. *ff. ad leg. Aquil. l. itaque, & in cap. si bos. de iniur. & damno dato.* Vel etiam mater, si sit in medio, petet dari intra annum. *l. ij. §. confestim. ff. de senatusc. Tertul.* Quia † esse tutricem liberorum, est ei liberum & voluntarium & nō necessarium: *vt in rubrica. C. quādo mulier.* Sed petere dari,

89 90 91 92 93 94 95 96 97

est necessarium *in d.authent.matri & auia,ibi signata.* Et si non petat,punitur pœnis dictarum legum, vel si petat aliter quam deceat maternam pietatem: puta, quia licet sciret aliquem inutilem pupillo,ad complacendum tamẽ & impinguandum dari petierit.*d.l.iij.§.& non solum.* Idẽ

98 est † si vnus tutorum sit remotus vt suspectus, & mater non petat de alio necessario, in illius remoti & suspecti locum prouidere. *d.l.fi.§.sed & si suspecto.ff.qui petant tut.* Et hoc intellige, cessantibus legitimis impedimentis, quando scil. mater,agnati, & cognati,liberi & similes,ad quos spectat de necessitate tutorum vel curatorum petitio, excusantur propter legitima impedimenta, de quibus *per discursum legis.ij.ff.ad Tertul.* ¶ Quæritur,Sicut vi-

99 demus,† quòd mater conuolās ad secunda vota,deserens tutelam liberorum, si non petat eis prouideri dẽ tutore,

100 priuatur successione *per d.l.omnem.* Quid † dicemus de aliis tutoribus legitimis,qui propter superuenient impedimentum mereantur excusationem, & deserũt tutelam: An si non petant tutores puniantur? Et dic,quòd sic.*per l. tutores qui se negotijs,ff.de eo.qui pro tuto.* & hoc vtili actio-

101 ne. ¶ Quæro: An † aliis permittatur petere tutores, quã matri,agnatis, & cognatis? Dic, quòd sic,scil.omnibus beniuolis educatoribus & amicis parentum.*d.l.iij.in prin.*

102 *ff.qui pet.tut.* ¶ Sed quæro,Pupilli † extiterunt per annum absque eo, quòd petitum fuerit eis prouideri de tutore per matrẽ, vel alios ad quos spectabat successionis emolumentum: & sunt in secundo anno. An poterit imputari magistratibus, si non dedit? Videtur quòd non, nisi fuerint moniti per aliquos. *l.j. §. magistratibus. ff. de magistra. conue.* In oppositum facit. *l.ij.§.si mater.vers.quoniam. vbi tex.dicit, Quoniam & magistratibus municipalibus dandi necessitas iniungitur.* Dic ergo, quòd secundum iura antiqua, magistratus tutorem vel curatorem dare non poterãt,nisi moniti vel requisiti,*vt vult gl.in d.§.magistratibus.* Sed quia

103 hodie, † siue moniti siue requisiti, siue non, dare tenentur. *Insti.de Att.tut.in fi.* imputatur tamen eis si cùm dare possent,non dent & prouideant. Quia ad eorum spectat officium:*vt in d.§.mater.* Vigilare ergo habent magistratus ciuitatis,villarum, & oppidorum super cura pupillo-

104 rum:vt suprà dictum est. Constituti † igitur in præsentia magistratus,vel iudicis,mater,agnati,vel cognati, beni-

uoli

uoli educatores, vel amici, proponent quòd Titius decessit intestatus, relictis Gayo & Seyo liberis impuberibus: & cum nemo illis sit vel fuerit tutor testamentarius, & quòd etiam ij, qui legitimi fuerant, sunt excusati: quódque etiam ipsa mater, si mater fuerit, vel auia, si auia, declarat se nolle gerere: supplicabunt magistratui vel iudici, quòd placeat ei de tutore datiuo prouidere. Et tunc iudex quæret ab eis, si de aliquo senserint vel præcogitauerint idoneo? Qui respondebunt, quòd ita vel non. qui siue cogitauerint, siue non, conuocabit parentes, agnatos, vel cognatos pupillorum, si ibi præsentes non fuerint, qui si parentes vel cognatos non habeāt, euocabit beneuolos vicinos, educatores, & parentum amicos. *d.l.iij.ff. qui pet.tut.* & eos iurare faciet de veritate dicenda super his, super quibus interrogabuntur: & habito eorum iuramento, narrabit quomodo prouidendum est de tutoribus liberis Titij quodam: scil. Seyo & Gayo impuberibus. quia illis non fuerunt dati a patre testamentarij, & nulli extant legitimi: vel si extant, sunt excusati. Interrogabit igitur eos, vt de aliquo idoneo attestentur, qui de illo, de quo eis apparebit, respondebit: & si omnes, vel maior pars de vno testentur, illum vel illos compellet. Quia tutela † est onus siue munus necessariū & publicum, quod compellūtur inuiti. *per l fi. in prin. C. de administratione tuto. & C. de suspe tu. l. iij. & Institu. de satis. tu. §. penul. & ff. de mune. & hono. l si quis. l. tutor petitus. & l. qui authent. ff. de excusatio. tuto.* Aduertere tamen debebit iudex, vt amicissimos & fidelissimos det, quantum possibile sibi erit. *per l. amicissimos. ff. de excu. tut.* Et hoc acto, dicet iudex, quòd quia omnium ipsorum, vel maioris partis testimonio, comperit talem vel talem magis idoneum eidem pupillo, ideo illum ipsi pupillo tutorem constituit & decernit. Et dictus † tutor promittet & iurabit ibidē in præsentia iudicis vel magistratus, notario stipulante, vice, nomine, & ad opus pupillorum, facere vtilia: ipsos in iudicio aut extra non prætermittere, indefensos non relinquere, ipsorúmque res & personas tueri: ad commodū & vtilitatem eorum bona fide studere: item illorum omnia seruare, custodire & saluare, & inuentarium de rebus eorum facere. Et administrationis suæ rationem tempore debito reddere, cum integra reliquorū seu residuorum

105

106

præstatione:eo saluo,quod vti semper valeat veritate inspectas quæ iuramenti forma sub hisce verbis & similibus obseruatur iuxta stilum iam satis vulgatum inter notarios stipulantes. Vnde ilicò iudex dicto actui tanquam ritè & legitimè gesto suam auctoritatem interponet: pariter & curiæ decretum. Et pro sua cautela faciet iudex vel magistratus caueri seu satisdare per tutorem vt sup.

107 dictum est. ¶ Videndum restat de † curatoribus, Qualiter dentur in specie: quia suprà in genere satis visum est, & habetur *in tit.in quib. cau.tu.habenti. tu.dari non potest. C.* Pro quo distinguendæ sunt personę,quibus dantur.Nam aliquotiens datur pupillo:aliquando adolescēti: aliquando dementi:aliquando prodigo,vel alteri maiori:aliquan do bonis,aliquando ventri,aliquando in testamento. *vt Insti.de excu.tu.§.qui tutelam.* aliquando sine testamento, vt sequitur.Et cùm datur,pupillo,datur vt visum est,& aliquibus aliis casibus:putà,cum habiturus est pupillus litem cùm tutore. Vel quia tutor non est idoneus, vel est absens,vel excusatus ad tempus.Et tunc aditus iudex vel magistratus,qui curatorem dare tenentur, ex causis quæ sunt illæ eædem,quæ contra tutorem: & de quibus suprà visum est. Et significatis causis propter quas curatorem dari oportet: iudex summatim inquiret, quis fuerit idoneus ad curam:& de illo prouidebit, si lis oriri debeat,ad

108 illam litem. ¶Sed hic † videndum, Quis stipulabitur ea, quæ necessaria erunt pupillis: An pupillus,an verò curator?Et dic,quòd quia regulare est, quòd Infantes nō habent consensum *in cap. iuuenis. & ibi glos. de spon. & in §. pupillus.de inuti.stipula.Insti.* ideo sibi stipulari regulariter non potest pupillus. licet dictus *§. pupillus in ver. sed in proximis* innuat, quòd proximi infantiæ possunt stipulari, saltém in eorum fauorem. Poterit ergo notarius hoc casu,cùm tendat ad vtilitatem pupilli,stipulari dari vel fieri pupillo, maiori infanti, vel proximo infantiæ: sed infanti ex persona suiipsius,notarius vice infantis stipulantis,stipulabitur. de quo *in l.quotiens. in princ.ff.de admini.*

109 *tuto.* ¶Qui autem † dicantur proximi infantiæ, pubertati, vel maioritati: consideranda est causa, propter quam proximitas exquiritur. Nam si ad incommodum infantium,puberum,adultorum seu minorum: tunc statur terminis & temporibus à iure dispositis: ita quòd dicémus impube-

impuberem, minorē septennio completo. *vt Insti. de inuti. stipu. §. pupillus. & in ca sponsam. de sponsa.* Pubes † verò [110] dicetur, si fœmina duodecim, masculus quatuordecim annos peregerit. *Insti. qui mo. tu. fi. §. & ideo. & in ca. fi. de delic. pue.* Maiores † verò dicuntur, qui vigesimum quintum [111] ætatis annum expleuerunt. *Insti. de cura. in prin. & in ca. qui generaliter. ea. fi. de procura. lib. vj.* ¶ Sed vbi † agitur de [112] commodo infantium, puberum vel minorum: tunc iura prouiderunt de anticipatione ætatis: *vt in l. omnes. C. de ijs qui ve. æta. impetra. & Instit in quib. cau. manumit. licet. §. & qui. & §. fi. & Insti. de inuti stipu. in d. §. pupillus. ver. sed in proximus.* & in pluribus aliis iuribus, in quibus eorum fauore certa tempora iura detraxerunt, quæ appellauerunt proximas ætates: s. infantiæ pubertatis & maioritatis. ¶ Et vt vnica & grossa non † tamen omnino vera regula co- [113] gnoscas, quæ dicantur tempora proxima diuide ætatem, cuius proximitatem attingere voles, per numerū quinariuum: qua diuisione facta, tempus finis quartæ partis vel circa, dicitur tempus proximum. Et hęc diuisio colligitur ex dictis iuribus, licet aliqua parua sit secundum iura differentia: puta, de tribus vel quatuor mensibus: sed hoc parum est. quia in practica non ita minutatim excutitur tēpus. Et ita diuidendo iudex errare non poterit: quia de † [114] modico non curat lex. *Glo. in l scio. ff. de in integ. rest.* ¶ Et est sciendum, quòd regulariter curator † ad litem datus, [115] non tenetur conficere inuentariū: quia non est sibi commissa administratio bonorū. *vt vult Glo super verb. conscripto. in l de creationibus. C. de epi. audien.* licet tex. & glo. sint in oppositum *in l. & si ad species. ff. rem pupil. sal. fore.* Quicquid tamen sit, communiter practicatur, quòd de munimentis & documētis causę, si illa sibi pro lite prosequenda tradantur, tenetur inuentariū facere: & hoc est, quòd sentit lex *ad protegendum, in fi. C. de in litem dādo tu. & l. vlt. ff. de bon. aucto. iudi. pos.* quæ ita cōmuniter practicantur & bene. Nā possent talia documēta tradi in manibus curatorū litis, quod esset melius pupillo vel adulto perdere omnia sua bona immobilia, quā priuari illis documētis: putà, quia fortè iura sua consistūt in cēsibus, redditib9, & vsaticis, quæ nō possēt exigi, nisi mediātibus instrumētis, recognitionib9, ac documētis, vt quotidie videmus. Curatores verò dati puberib. ad litē, nō dātur cū tāta solēnitate:

quia dantur ad petitionẽ & perfectionem adulti: & forma
116 quæ seruatur, satis est vulgata. ¶ Vnum tamen est † notandum; quòd homini curator ad lites datur inuitus & inuito. *l.fi.in prin.C.de admi.tu.* Et pariter etiam, quando datur pupillo tutorem habenti. de quo sup. visum est *vt in*
117 *d.l.fi.* ¶ Sed qui † dantur valitudinariis, & morbo impeditis, dãtur cum ea solennitate, qua dantur tutores dari per inquisitionem, de qua suprà visum est. cùm nihil, vel parum distent ab infante. *in §.furiosus, Inst.de inuti.stip.* Et pariter isti curatores dantur inuiti & inuito. *per d.l.fi.* & funguntur quasi officio tutorum: cùm non solum bonis, sed personæ dantur. *l.consilio.in prin.ff.de cura.fu.* Et sic in isto
118 casu curator datur personæ. ¶ Et etiã † notandum, quòd in casibus, in quibus prouidetur furiosis, morbosis, vel valitudinariis, iudex vel magistratus præferre debet parentes. *l.fi.in prin.C.de cura.fu.* illis verò cessantibus, fratres &
119 propinquos. *l.ne lucrum, eo.tit.* De eo † autem, qui datur ad bona, in casibus, de quibus *per glo. super rub.ff.de cu.bo.dam.* & *ff.ex quib cau.in pos.eu.l.Fulcinius.§.adeo.* & *l. cuius.ff.de*
120 *cur.fu.* Curator † bonorum; qualis seruetur cautela videndum est: quia quotidie in practica apud nos agitur in causis excussionum seu discutionum prioritatum, & cessionum bonorum, in quibus dantur curatores bonis etiã præsentis secundum theoricam. *l.fi.ff.de cur.bonis dando.* in quo dando, oportet interuenire consensum saltem ma
121 ioris partis creditorum. *l.ij.C.de cura.bo.dam.* ¶ Et iste † curator, qui bonis datur, non tenetur regulariter cauere. *l.ij.ff.de cur.bo.dan.j.respon.* inuentarium tamen facere tenetur: quia bonorum administratio est sibi concessa. & aliquando cauere tenetur, vt suprà de tutore dictum est: saluo, quòd de persona non cauet vel satisdat. releuatur tamen a satisdatione in tribus casibus. Primo, quando datur cum inquisitione. *vt in authent.vt liceat matri & auiæ, col.viij.Nouel.117.* & *l.bonorum.ff.de cur.fur.* Secundo, quando est datus à patre in testamento, *l.testamentũ, in princ.ff. de testa.tut.* Tertio, cum est opulentus. *ff.de ven.in pos mit. l.j.§.eligitur.* quia quando est locuples remittitur satisdatio. *C.de epis.audi.de creationib.* & *fa.d.t.l.testamento, circa fi.*
122 ¶ Sed quæritur, An † iste curator possit dari inuitus? Et dic, quòd non: nisi ex necessitate, vt quia nemo voluntarius inuenitur, & bona interim dissipantur, *vt vult glo.su-*
per

per verb. Necessitate, in §. quæritur. l. ij. C. de cur. bon. dam. ¶ Et nota, quòd † iste talis curator bonis datus, potest inten- 123 tare actiones perituras. *ff. de cura. bo. dam. l. ij. j. resp.* ¶ Quæsitum etiam suprà fuit † de tuto. & cura. quantum duret 124 eorum officiũ? Et dic, quòd durat donec expiret. quod † 125 duobus modis contingit: scilicet tempore vel causa. Tempore, videlicet † adueniente, pubertate, vel maioritate. 126 & hoc est vulgatum *Causa finita.* Veruntamen † causæ, 127 quibus expirant curæ, non sunt regulatę tempore. Sed incipiamus ab inferioritate. Suprà visum est, quòd pupillus potest habere litem cum tutore, & tunc ei prouidetur de curatore: cuius officium durabit quantum lis & non vltra. *Insti. de auth. tut. §. fi.* Idem si dentur prodigo, vel furioso, vel alias morbo impedito. quia tantum durabit, quantum morbus, vel mali mores. *l. 1. ff. de cura. furio. vel prodigo. dam.* Attendendum tamen est, An impedimenta, vt sunt morbi, sint perpetui aut tẽporales: quia si perpetui, perpetuum erit officium: si autem temporales, tempore finitur. *l. cum alijs. C. de cura. fur.* Et ideò dixi, quòd isti casus expirationis curæ non sunt limitati tempore. nam poterit lis durare cum tutore vsque post pubertatem, vt si tutor est absens per xij. vel xiij. annos: vel si pubes furere, aut alio morbo laborare, vsque ad senium vel decrepitum, vel per totum tempus vitæ suæ. ¶ Veruntamen † 128 sunt aliæ causæ, quibus maturius finiuntur tutelæ & curæ, etiam in casibus præmissis: scilicet quando quis remouetur vt suspectus: in cuius quidẽ articuli tractatu, quærimus Quis possit accusari. Secundò, à quibus. Tertiò, Coram quo. Quartò, Ex quibus causis. Et quintò, quæ sit pœna suspecti. Et quidem † omnes tutores siue testamen- 129 tarij, siue datiui, siue legitimi cuiuslibet generis accusari possunt. quare & legitimus tutor accusari poterit: dum tamen famæ parentum & patronorum parcatur. *l. si tutor. ff. de suspe. tuto. l. j. §. ostendimus. ff. de suspec. tuto.* Et dicitur † 130 suspectus, qui moribus talis est vt suspectus sit. quia paupertas † non est sufficiens causa suspicionis: dum tamen 131 fidelis & diligens sit *Instit. de suspec. tut. §. fi. & ff. eo. l. suspectum.* sic ergo. tutorem suspectum non facultatum defectus, sed fraudulenta vel callida conuersatio in rebus pupillaribus facit. debet enim † fraus vel negligentia à pu- 132 pillis probari. *l. pietatis. C. de suspec. tu.* ¶ Releuatur ta-

133 men † pupillus onere probandi in casibus seq. propter præsumptionem, quæ pro pupillo facit. Primò, si alias in tutelis malè versatus tutor fuerit. *ff. de suspec. tut. l. iiij. §. au tem ipse tutor.* Secundò, si tutor sit inimicus pupilli, vel parentum suorum. *d. l. iij. §. si tutor inimicus.* Tertiò, si mendosæ asseruerit non posse decerni alimenta pupillo: & tamē de eo conuictus est, *d. l. iij. §. tutor qui alimenta.* Quartò, si non fecerit inuentarium. *l. vlti. § fi. c. arbi. tu. in d. l. iij. §. tutor qui repertorium.* vel si pecunias superfluas non conuertat in emptionem prædiorum *vt in d. §. tutores. & in l. si ita autem. in prin. ff. de admini. tut.* Quintò, si omittat defensionem impuberum. *l. impuberibus. §. fi. ff. de suspec. tu.* Sextò, si vocatus in ius non compareat, vel copiam sui faciat. *d. l. impuberibus, §. fi. & in l. de creationibus. §. sed si quis. c. de admi. tu. cum multis simil.* ¶ Secundo loco quæsitum fuit, à 134 quibus † possint tutores accusari suspecti. Et dic, à parentibus, agnatis, cognatis, & à mulieribus etiam: dum tamē pietatis & non vindictæ zelo considerato procedant. *vt in l. j. §. consequens. ff. de suspec. tuto.* immo etiam ipsi tutores possunt se inuicem vnus alterum accusare. *ff. eod. l. iij. in prin.* Et credo, quòd tam mares quàm fœminæ, quicūque & vndecunque fuerint, possunt suspectum tutorem accusare: quia actio quasi popularis est. *d. §. consequens.*

135 ¶ Quia † vidimus, qui possint accusare tutores: nunc videamus, qui possint accusare curatores? Et dic, Quòd ij qui tutores: quia ea quæ dicta sunt de tutoribus, procedunt in curatoribus, ex coniunctione rubricarum, quæ simul de tutoribus & curatoribus loquuntur. Et vltra personas, quæ possunt de suspecto tutores accusare, possunt adulti suos curatores accusare, quod pupilli non possunt de suis tutoribus: *vt Inst. de suspectis tutoribus. § consequens. & versic. impuberes, & in d. l. iij.* ¶ Et quod dictū est, 136 Tutores † posse accusari, intellige de omnibus, siue sint testamentarij. siue legitimi, siue datiui. *Insti. §. ostendimus. de suspec. tu.* Et idem procedit in tutoribus & curatoribus minorum, furiosorum, prodigorum, vētris, & bonorum, *d. l. iij. §. non tantum.* Et notandum est, quòd accusatio suspecti, locum habet in tutoribus & curatoribus qui gesserunt. Nam si non gesserint, non possunt vt suspecti accusari, sed remouendi sunt. *l. hac enim. §. fi. ff. eo. & Insti. eo. §. sed ante.*

¶ Tertiò

¶ Tertio suprà quæsitum fuerat principaliter, Corá † 137 quo possunt tutores & curatores accusari? Et dic breuiter omissis argumentationibus, quæ fieri possent, quòd coram illis iudicibus vel magistratibus à quibus dantur, de quibus suprà visum est. Quia ad eum pertinet destitutio, ad quem pertinet institutio. *vt in ca. admonet. & in ca. quod in dubijs. de renun. & in authent. de defen. ciui. §. interim. col. iij. Nouell. xv. ff. de ori. iuris. l. ij. §. & cum placuisset. & fac. ad id l. nihil tam naturale. ff. de reg. iur. ca. vnico. de rerum permu. lib. vj.* Et durat † accusatio suspecti, quantum tem- 138 pus tutelæ: quia finito tempore tutelę, cessat accusatio: sed agēdum est actione tutelæ. *d. l. ij. de suspe. tu. §. queri. & Insti. e. §. sed si suspectus. & c. eo. l. ij.* Proceditur autē † in ac- 139 cusatione suspecti tuto. vel curato. quia adeuntur iudices vel magistratus, quorum cognitio est. Et facta delatione ac propositis causis suspicionis, inquiritur veritas per magistratum vel iudicem, qua comperta, fit remotio. ¶ Sed si tutor † aliquo vinculo necessitudinis, vel affini- 140 tatis pupillo attinet, non remouetur, sed curator ei adiungitur. *ff. de suspe. tut. l. si tutor.* & vltra hoc punitur *per l. fi. de suspec. tu.* Sed quia pœna † non est ibi taxata per text. 141 Glo. Summistas, neque Doct. sic nec specificè taxari potest: quia multis modis potest maleuersari tutor, in quibus diuersificaretur pœna: ideo relinquenda est arbitrio iudicis. *ff. de per. l. ij. & faciunt quæ notantur in l. nisi. C. de admi. tut. & in ca. de causis. de offi. deleg.* ¶ Effectus † au- 142 tem accusationis suspecti, sunt, quòd remouetur, vel si sit cognatus, affinis, vel patronus, adiungitur ei curator, vt dictum est. Alius effectus est, quia probata causa suspicionis, ille in officio non reponitur, etiam oblata satisdatione *per l. suspectus, & seq. ff. de suspec. tut.* Tertius verò est, quia si ob dolum remoueatur, efficitur infamis. *Insti. eo. §. suspectus.* Est & quartus, quia punitur arbitrio iudicis vt suprà dictum est. Est pariter & quintus, quia ex propria eius substantia omne detrimentum pupillis & adultis, quòd malè gesta vel indebitè omissa administratione, sustinuerunt, resarcitur. *l. fi. in prin. C. de admi. tu. & in rubro & nigro. C. si tutor non gesserit.* ¶ An † au- 143 tem accusatores se subscribere teneantur inspiciendum esset? Et distinguēdū est, An pro leuibus, vel atrocioribus

causis: & An sint personæ coniunctæ, vel remotæ secundum distinctionem Glo. & Doc. *in ca. super his de accu.* De 144 quo dicetur *inf. in ti. de accu.* ¶ Fuit † etiam suprà octauo loco quæsitum, Quæ sint tutoris potestates ac auctoritates? Et quidem tutorum vel curatorum potestas, est præbere gerendis ad vtilitatem pupilli auctoritatem. Vbi dicitur *ad vtilitatem*, quia si pupillus cum auctoritate tutorum lædatur, restituitur. *l. minoribus. & l. etiam. C. si tutor* 145 *vel curator interuenerit.* Est ergo regulare, Primò, quod † Vtiliter gesta per pupillum vel adultum sine auctoritate tutoris vel curatoris, non retractantur *Insti. de aucto. tuto. §. nam placuit. & C. de procura. l. non eo minus.* Secundò, 146 quòd † inutiliter gesta per pupillos vel adultos sine tutorum vel curatorum auctoritate, nullius sunt efficaciæ. *Insti. quibus alie. licet vel non. §. nunc admonendi, & in l. si curatorem haben. C. de in integrum resti. minorum. & in l. obligari, in prin. ff. de aucto. tutorum.* ¶ Sed pro limitatione harũ dua-147 rum regularum, sciendum est Primo, quòd † auctoritas tutorum vel curatorum debet esse spontanea & non coacta: alias non valet. *l. j. in fi. de aucto. tuto. ff.* Secundò requi-148 ritur, quòd in ipso † actu interueniat dicta auctoritas & non ex interuallo *Insti. de aucto. tuto. §. tutor.* Tertiò requi-149 ritur, quòd purè † interponatur & non sub conditione, 150 *ff. de auct. tut. l. & si conditionalis.* Quartò, quòd conditio † sua fiat melior: alias non obligaretur etiam naturaliter. *l.* 151 *pupillus, in princ. ff. de auct. tut.* ¶ In adultis † verò, non habentibus curatorem, dicimus quòd obligantur naturaliter & ciuiliter, siue fiant locupletiores, siue non. *ff. de ver.* 152 *ob. puberes, cum sua materia.* ¶ In † actibus verò iudiciariis, requiritur auctoritas tutorum vel curatorũ in ipso processu. *C. si aduer. rem iudi. l. cum & minores. & C. qui legitimam personam l. momentaneæ.* Qui si etiam lædantur in illo iudicio, restituuntur *d. l. cum & minores.* Sed si auctoritas non interuenerit in iudicio: & tunc aut fertur sententia pro eis, aut contra eos. Et si pro eis, valet etiam sine auctoritate. *per d. l. non eo minus, de procura. C.* Si verò contra eos: Aut diffinitiuè, aut interlocutoriè. Si diffinitiuè, sententia est ipso iure nulla. *per d. l. cum & minores.* Sed si interlocutoriè, valet. *l. si minor. ff. de bonis auct. iudi. pos.* Sed restituitur *vt in dictis iuribus, & c. si aduer. vendi. pignorum.* 153 In aliis † autem actibus extra iudiciariis; putà in adeũda vel

vel repunienda hæreditate,& petenda bonorum possessione,nihil agunt sine tutoribus & curatoribus. *ff. de auflo.tuto.l.obligari.§.hæreditatem, & l.ad pupillum,eod.tit.& Insti.eo. §.neque.* Adultus † verò non habens curatorem adeundo ciuiliter & naturaliter obligatur:sed restituitur. *ff.de acquir.hæredi.l impuberibus. & de tutorib.& curatorib. datis ab his. §.j.* Et in eodem differt adultus à pupillo. ¶ Vnum generale † non omitto:quòd Vbicunque pupillus maior infante sit locupletior in contractu, etiam sine tutoris auctoritate facto, obligatur, non tantum naturaliter, sed etiam ciuiliter, & competunt actiones ciuiles contra eum,etiam ex illo contractũ descidentes.*l.sed mihi in prin.ff.commoda.* Si verò † sit minor infante:tunc non dantur actiones ciuiles ex illo contractu descendentes contra eum:sed aliæ generales rei vendicationes ad recuperandum ea quæ penes illum existunt *l.j.§.si.cum l.se ff. commo. & facit ad hoc optime.l.si me.& Titium.in fi.ff.si cer. petatur.* ¶ Et quod † dictũ est,in iudiciis requiri auctoritatem tutorum:non solùm procedit in ciuilibus,sed etiã in criminalibus.*vt in l.clarum. c.de aucto.præstan.* ¶ Item nota, quòd † Pupillus contrahere potest cum tutore auctorisante alio contutore.*l.pupillus.in princ.ff.de aucl.tuto. l.fi.c.aucl.præstan.* ¶ Quæro, Si † tutor sit præsens in actu vel contractu pupilli & tacens, Vtrum videatur auctorisare taliter quòd sufficiat?Glo *in l.etiam de aucl.tutor.* post plura concludit, quòd oportet quòd loquatur, aliàs non videretur auctorisare &c. ¶ Quæsitum † pariter fuerat, An quæ ad tutorum spectant officium,& ad officium etiã curatorum spectent quæ illa sint? Et dic, quòd tenetur tutor siue curator primùm inuentarium de bonis pupilli vel adulti conficere,nisi fuerit prohibitus vt suprà visum est. Et illud mox, quod ordinatum est debet conficere:*l. tut vel curatores. c.de administrat.tut.* Et sub præsentia publicarum personarum:puta notarij. *c.de epi.& cle.l.orpha notrophos.* & coram iudice vel magistratu. *ar ff.de administra.tut.l.chyrographis.& c.de cura.furio.l.vlt.* Item iurare tenentur tutor vel curator de bene gerendo, & pariter satisdare vt suprà visum est in sexto quæsito: Nec debet gerere,nisi præstito iuramento & facto inuentario.*l.fi.c. arbi.tute.* Item debent tuto.vel curato.gerere illicò,quando nouerint se datos legitimè *d.l.tutores. c. de admin.tut.*

154 155 156 157 158 159 160

verùm interdum ipsis datur quadrimestre ad deliberandum *arg. aut presbyteros. C. de episc. aud.* & ita etiam ex causa iustissima *l. tutor qui repertorium. ff. eod tit. de administ. tut.* Quod si non legitimæ dati sint: tunc non imputaretur, si non gererent *C. qui dare tu. l. neque.* Quod si proponant excusationem, & in ea obtineant, euitant periculum non gestionis. Sed si succumbant, tenentur, *ff. de admini. tu. qui iussus.* Sed si plures sint tutores testamento dati, aut testator disposuerit: Quis gerere debeat, aut non: & si non disposuerit, omnes gerant, & omnes tenebuntur. Si verò de vno cauerit. ille geret, & principaliter tenebitur. Ex custode verò illo, & eius bonis, agetur contra cæteros. Quia licet non gerant honorarij tutores seu curatores, nihilominus tamen cùm essent obseruatores & custodes tutorum gerentium, imputabitur eis si permiserint gerere malè gerentē, & cur non exigerint ab eo rationē assiduè, & cur non curauerūt qualiter

151 versatus sit ille. ¶ Sed si plures tutores † velint gestiones regionibus vel negotiationibus diuidere, vel quod vnus vice omnium inter se conuenire prætor permittet, & liberabuntur quilibet pro sua gestione. Idémque iuris obtinet in curatoribus. *ff. de administ tu. l. si plures. §. j. Insti.*

152 *de satis. tut §. quod si nemo cū seqq. duobus.* ¶ Pertinet † etiam ad officium tutoris, pupillum moribus bonis informare & instruere. *ff. de administra. tu. l. cum plures. §. cum tutor.* Item corpus pupilli & salutē eius debet tueri. *ff. de cura furio. l. consilio. j. respōso.* Item debet defendere impuberem, si ab alio conueniatur. *l. tutor. ff. de administra. tut.* Alioquin remouetur vt suspectus vt suprà visum est, & facit. *l. eum qui. C. de procura.* Item debet pro minore promittere soluere, & in iudicio contra debitorem pupilli pro recuperando debita intendere. *ff. d. t. de admini. tu. si tutor. & C. eo. l. debitoribus.* Quod si non fecerit, tenetur ad interesse pupillo *per d. l. si tutor.* quia eam diligentiam adhibere debet in rebus pupilli, qualem in propriis *ff. de admini. tu. l. generaliter.* Et non solum debet exigere debita ab aliis, sed etiam a seipso: alias perpetuatur actio in eius præiudiciū. *l. quotiens. §. item si temporali. ff. de admini. tu.* ¶ Et sufficit,

153 quod ipsi † tutores vel curatores nomine pupillorum & adultorum, vel ipsi pupilli & adulti auctoribus tutoribus & curatoribus agant vel deffendant, *ff. de admini. tut.*

l. j.

l.j.§ *sufficit* ¶ Item pertinet ad eorum † officium alimẽta pupillis dare.*ff.de suspect.tutorib l.iij.§.tutor.* Item pariter pertinet patrimonium pupilli tueri & gubernare.*l. consilio,ff.de cura furio.* Item reficere bona immobilia, & secundum qualitatem operis taxabuntur expensæ. *l.lex quæ tutores.§.ergo.c.de admini.tut.* Item pecunias pupilli in emptionem prædiorum conuertere: alias puniuntur. *l nisi C.de admini.tu.& l.tutor.qui repertorium,§.fi. Exponi ff.eo.* Et quandiu pecuniã indebitẽ detinet sine conuertendo ad vtilitatem pupilli,tenetur ad interesse pupillo *d.l. tutor qui repertorium,§.vsuræ,& l.non existimo.eo.ti. cum concor.* ¶ Et sicut † tenetur exigere debita:ita etiam soluere credita.Et ideo,si non soluerit vectigal predij emphyteuticarij,& ob non solutionem prædium amissum fuerit,tenetur ad interesse pupillo. *l.si tutoris.C.de admini.tu.* iniquas tamen causas pro pupillo instituere nõ debet: alias tenetur ad interesse.*l.Polla.ff.de his quibus vt indig. l quotiens.§.sicut.ff.de admini. tu.& l.non est.C.eo.* ¶ Et est notandum,quòd si † debitor debitum suum proprium repetat,confitebitur se recepisse.Item si mutuo pro se de pecuniis pupilli recipiat, poterit se auctore pro pecunia à se recepta erga pupillum obligare pro simili pecunia *per.§.non tantum,in d.l.quotiens.* Item ad officium tutoris pertinet res minorum non alienare. *eo.tit. C.de prædi.minor.* Item nec cum decreto, ex titulo lucratiuo potest transferre res minorum. *l.fi.§.cum autem. C.si maior factus sine decre.alie fac.ra.ha.* quod si ita alienauerit reuocare potest *per l.tutor ad vtilitatem.ff.de admini.tu. & C. de administra. tu.l.non omnium.* ¶ Sed tutores † magnatum & potentum, possunt aliqua pauca donare.Quia liberalitas decet principes, & tutor ea quæ decent pupillum facere potest. Et quia indecens esset principi pupillo remittere ambasiatas aliorum magnatum & principum sine aliqua premiatione,& sine aliquibus donis:meritò permittitur tutoribus talium principũ & magnatum,aliqua donaria tẽperata facere:*vt volunt Docto.in dict:s iuribus & Canonistæ.in c.sedes,de rescrip & faciũt quæ habẽtur in l ius alimentorũ.ff.vbi pupillus edu.debeat,& l.qui filiũ,eo.ti.* Itẽ dotẽ dare potest sorori pupilli ab eodẽ patre natæ.*ff.de admini.tu. l.cũ plures.§ cũ tu.* ¶ Et quia † sup.visæ sũt causæ,in quibus

164 165 166 167 168

tutor potest de pecuniis pupillaribus disponere: Ponamus,quòd non habet pecunias pupillares pro satisfaciendo creditoribus,maritanda sorore, soluendis salariis magistrorum pupilli,emendis sibi libris vel equis: & si magno opus fuerit pro faciendo donaria ambasiatoribus & aliis necessariis, Quæritur, An, & Quomodo prouidebit? Et dic, quòd si stant mobilia, quæ seruando seruari non possunt: vti fructus,vestes & similia:illa vendere poterit,etiam sine decreto.*c.de admi.tu.l.lex,quæ tutores.* Immobilia verò, deficientibus mobilius cum decreto alienare potest:ob æs alienum soluendum propter dotes vel donationes propter nuptias. *d.l.lex quæ tutores.& ibi glo. & in l.fi.§ fi. C.si maior factus. & in l. ob æs alienum. C. de prædijs minorum.* ¶ In quibus † autem casibus permissæ sunt alienationes rerum minorum,à minus damnosis est incipiendum, minúsve vtilibus ipsis minoribus. *d.l.lex, quæ tutores. §.nec verò. & in l.si in emptione.ff.de minori.* Et ideo communiter obseruatur, quòd fit de iis inquisitio coram magistratu per modum summariè informationis seu (vt vulgò) aprisiæ,quòd scil. prædium hoc vel illud sit minus damnosum pupillo: & iudex vel magistratus constito sibi, quòd in patrimonio pupilli non sunt pecuniæ numeratæ, pariter nec mobilia, nec quod suppetunt vsusfructus rerum immobilium:& sic,quòd necessarium est venire ad fundorum alienationem: permittit tutori vendere prædium,quod ex ipsa inquisitione reperit minus damnosum minori. Et idem fieri & obseruari consueuit in alienatione rerum ecclesiasticarum, *vt in authent.hoc ius porrectum. C.de sacrosanc.eccle.* Et in dicta rerum minorum venditione sic legitimè celebrata, ad cautelam & securitatem emptoris ac tutoris vendentis, interponitur decretum. ¶Postremò † restat videre, Quæ veniunt in eius iudiciũ: Et quædam veniunt ex iudicio siue arbitrio directo competente tutori contra pupillum: quædam verò ex iudicio siue arbitrio contrario competente pupillo contra tutorem. Et de hoc sunt rubricæ expressæ. *C.arbitrium tutelæ* & alia rub.mixta. *ff. de tut.& ra.distrahend.* quæ posterior rub.vtrumque iudiciũ complectitur ex eius discursu apparet. Causatur † quidem hæc actio ex parte tutelæ. Sed non competit, nisi finita ipsa tutela.& hoc probat. *l.si tutor.§.fi. in verbo competant,&*

169 170 171

petant. & *l.sequen.ff.de tute.* & *rati.distra.* ¶ Et datur hæc † [172] actio pupillo & hæredi eius: sed ipsi pupillo cum priuilegio potioritatis. *l.idem est ff. qui pot.in pig.hab.* Datur † [173] etiam & in tutorem & hæredem eius. *C.arbi. tute.l.pen.* Cauti tamen † tutores sint, vt euitent ne teneantur a- [174] ctione tute.pro his quæ administrant, & in quibus inde male succedit, qui conuocare tenentur dum talia geruntur parentes, agnatos, & amicos pupilli, nam horũ præsentia releuat eos à mala administratione *per glo. singularem in l.Polla. C.de his quib.vt indig.* ¶ Qualiter † autem [175] detur contra hæredem? Dic, quòd licèt hæredes tutorum non sint tutores, tenentur tamen in quibusdam quasi tutores: puta in inchoatis contra defunctum. quod procedit in hæredes, si sint masculi & legitimæ ætatis: in quibus dolus eorum potest admitti. Itẽ in inchoatis & perfectis per quendam tutorem tenentur hæredes: sicut tenebantur tutores tempore motæ litis contra eum. Nam tale iudicium transit ad hæredem, quale fuit contra tutorem. *ff.de fide.* & *nominat.* & *hæredib.tut.l.fi.§.Paulus.* & *l.cum ostendimus.eo.ti.* & *C.de hæredib. tuto.l.j.* & *fi.* Cæterùm de proprio dolo & lata culpa tenentur hæredes, *vt in dictis iurib.* ¶ Reuertor † ad actionem competentem [176] contra ipsum tutorem, & quæro quæ veniant in ea? Et dic, primo venire res minorum. Item res comparatas pecunia minorum. *l.curator.C.arbi.tute.* Item veniunt reliqua, id est, debita ex administratione. *ff. de administra. tuto.l.tutorem.* & *l.Lucius.* Verumtamẽ, in dubio † præsu- [177] mitur res non empta pecunia minorum, sed ex laboribus ipsorum tutorum. *l.si defunctus quæ ad hoc est notabilis. C. ar. tute.* Sed † licet præsumptio faciat pro tutore: admit- [178] titur tamen pupillus vel adultus per probationes quæ tollunt præsumptionem: puta, per confessionem tutorũ, vel per scripturam inuentarij. quibus statur in præiudicium tutorum. *l.fi §.j.* & *ij.C.arbitr tute.* Item veniunt acquirenda, quæ iustè acquirere potuit tutor, & non fecit. *l.eum,* & *l.quicquid eo.ti.* quod procedit, si talis acquisitio expediret pupillo *per l.pupillorum.ff.de administra.tuto.* quæ tamen in donatione loquitur: & ideo tenetur pupillo ad interesse. Et pariter cum ex rebus pupilli maiores fructus vel vsuras, vel quid simile potuit percipere. *ff. de admi.tut.l.fine.§.Modestinus.* & *§.item.* Item veniunt gesta

durante & finita tutela. ¶ Præterea sciendum est, Tutorem † & hæredes eius, pupillo & hæredibus eius teneri actione de rationibus distrahen. *vt ff. de contra. iudi. tu. l. ij.* quæ locum habent, cùm in Tutela gerenda rem ex bonis pupilli abstulit; quod si furandi animo fecerit, etiã furti tenetur, & vtraque obligatur: nec altera alteram tollit. ¶ Et intentatur † hæc actio tempore quo actio tutelæ, hoc est tempore administrationis aut ea finita. *ff. de tut. & ratio. distr. l. j. §. & rationibus. & § considerandum.*

179 · 180

De Contractu feudali, siue de Feudis.

RVB. XIII. al. XVI.

Argumenta.

1. Feudalis materiæ diuisio
2. Feudum quid { De iure communi Feudorum.
3. De iure canonico. }
4. Feudum quotuplex, & vt feudum rectum qualificetur tribus qualificationibus.
5. Vassallus vt sine culpa feudo spoliari non possit.
6. Feudum accipiens, vt teneatur ad fidelitatem domino.
7. Feudum vnde dicatur, & vt fidelitas veniat de natura feudi.
8. in Feudi recti purè & absolutè dati successione, vt non veniant nisi masculi.
9. Feudi qualificatè dati natura & vis.
10. Feudales contractus, vt feudorum qualitates diuersificent seu varient.
11. Feudum seculare, vt secundùm personarum dignitates diuersificetur.
12. Feudum { Honoratum seu Nobile } quod.
13. { Non honoratũ seu nõ Nobile }
14. Feudorum species seu differentiæ, vt ex personis accipientium assignentur: & vt aliud sit

    Feudum { Masculinum / aliud / Fœmininum.

15. Feudum masculinum, vt multiplex.

ibid. Feudum { Paternum, } quale.
16. { Nouum, }
17. { Honorificum seu Francum. }
18. { Ignobile. }

19. Feu-

iuramentum seu potius beneficium, nisi certior factus sit & summatus; & vt contra quemlibet, dominum suum iuuare teneatur in bello iusto.

47. Vassalli impuberes, vt à seruitio personali excusentur.
48. Vassallus pupillus, vt à fidelitatis iuramento excusetur donec pubescat.
49. Vassalli pupilli an teneatur seruire domino per substitutum aut per interpositam personam.
50. Feudales domini ad quæ teneantur vassallis.
51. Vassallus inuestitus, quid iuris in se habeat.
52. Vassallus inuestitus, vt non solum efficiatur feudi sibi infeudati dominus: sed & incrementorum, meliorationum ac fructuum.
53. Feudum an & quando alienari possit.
54. Feudi alienatio, vt sit vtroque iure interdicta: & in quibus casibus fallat nu. 55.
56. Feudum, vt in quibusdam casibus in totum alienari possit.
57. Feudum, an nolente aut inuito domino alienari possit.
58. Feudi alienatio { An in omnes personas censeatur interdicta
59. Vt & cur prohibeatur in ecclesiasticis personis, &
60. Quatenus in secularibus personis licita.
61. Feudorum & emphyteusis alienationes vt sint licitæ in Gallia Narbonensi etiam ecclesiasticis.
62. Vassallus domini voluntate alienans feudum, & postea ab eo in quem alienauerit recuperans, quomodo & qualiter vterque feudi domino teneatur.
63. Feudi alienatione facta sine domini voluntate, quod postea vassallus recuperauerit, an illa recuperatio apertionis vitium purgabit.
64. Vassallus an irrequisito domino permutarè possit.
65. Domino alienante castrum, vel curiam ad causam quorum plura habeat feuda: an ex dicta alienatione censantur feuda alienata.
ibid. in Vassalli generali alienatione, vt non contineatur feudum, nisi dictum sit nominatim.
66. in Allodii alienatione, vt non veniat iurisdictio domini sub qua ipsum allodium consistit.
67. Feudum an possit in dotem dari.
68. Feudi dominus, an poterit alii quàm ei in cuius fauorem refutatio seu renunciatio facta est, conferre.
69. Feudi dominus an irrequisito vassallo id ipsum alienari possit.
70. Vassallus, vt possit infeudare.

71. Feu-

aliquid faciens, vt feudo priuetur: & quomodo contra honestatem facere dicatur.

97. Vtile, } verbum, vt in feudali contractus accipiatur.
98. Facile,
99. Possibile.

100. Vasallus, si consilium domino deneget, vt committat.

101. Vasallus, si non iuuet dominum in recuperatione rerum amissarum, vt feudum perdat.

102. Vasallus, religionis habitum assumens, vt feudum perdat.

103. Vasallus, vt propter inhabilitatem feudo priuetur.

104. Vasallus, vt propter denegatum feudum, aut feudi partem etiam denegatam, aut etiam feudi conditionem, ipso priuetur.

105. Vasallus, alienans, feudum sine domini permissu, vt ipso priuetur.

106. Dominus feudi vt non submoueatur præscriptione x. vel xx. annorum, si eius vasallus feudum in totum aut pro parte alienauerit sine eius permissu.

107. Vasallus contrauenïens sacramento fidelitatis, vt feudo priuetur.

108. Vasallus, si negans feudum conuincatur, vt ipso priuetur.

109. Vasallis inferioribus, vt non liceat hodie feudum auferre.

110. Iudex quomodo de feudo cognoscere debeat.

111. Iudices vt non semper ad textuum rigores inclinare debeant.

112. Vasallus, si debito tempore inuestituram non petat, vt feudo priuetur.

113. Dominus, si commisso sibi feudo, à vasallo seruitium iterum recipiat sine protestatione, vt apertionis siue commissi ius remisisse dicatur.

114. Vasallus, recognoscere requisitus, si fidelitatis iuramentum præstare recuset, vt feudum amittat.

115. Vasalli recognitio quando fieri debeat.

116. *Diu* aduerbium, quantum temporis inferat in contractibus siue materiis feudalibus.

117. Vasallus ætatis legitimæ, si cum domino non fuerit in expeditione, vt feudum amittat.

118. Feudalis stipendii quantitas, quæ dicatur.

119. Vasallus vt contractus vitio feudo priuetur.

120. Contractus libellaris in feudis quis.

121. Feudi priuatio vt competat ex omnibus causis ex quibus competit exhæredatio vel matrimonii contracti dissolutio.

122. Feudorum vsus vt pro locorum varietate varius sit & incertus.

123. Feudi

CONueniens est postquam suprà vidimus de contractu emphyteotico in rub. *de loca. & conduc.* vt aliquid de feudali subnotemus. Et quia diffusa est materia, ea quæ frequentius in practica occurrunt adducam. ¶ Pro cuius euidentia deduco xiiij. quæsita & responsiones ad ea, per quæ patebit materia satis euacuata. † Quæro ergo Primo, Quid est feudum. Secundò, Quottuplex est. Tertio, Quibus modis quæritur. Quarto, In quibus rebus cōstituitur. Quinto, A quibus detur. Sexto, Quibus detur. Septimo, Per quos fiat inuestitura. Octauo, Qualiter fiat. Nono, de iuramento & forma fidelitatis. Decimo, Quid iuris habeat in re vassallus. Vndecimo, An & quando possit alienari. Duodecimo, De feudi euictione. Tertiodecimo, De feudi amissione. Decimoquarto, Ad quem defera[illegible]r amissum. ¶ Ad primum † respondetur quòd secundum summam & glossas legales & ciuiles, Feudum est beniuola actio, gaudium tribuens capienti, cum seruitij retributione. Hæc diffinitio colligitur *ex c. vnico. §. in primis, in quibus caus. feud. amittatur.* quia feudū amore & honore domini acquiritur & datur, nō autē pecuniæ prætext. *de feu. da mi. vassal. ca. vnico. & melius de feu. da. vi. leg. commi. c. j.* Sed de iure † canonico dicitur feudum, concessio rei pro homagio facta. item colligitur *in ex diligenti, de simo.* Sed quia hoc scire, est modici effectus in practica, transeo ad secundum, qua quæsitum fuit, Quotuplex † est feudum? Ad quod ex mente iurium & Doctorum, dicere possumus, quod tot sunt feuda siue species feudorum, quot sunt qua-

1 2 3 4

litates personarum & modi dandi, quos prosequor sic; nam quoddam datur purè, liberè, & absolutè: expressè, vel tacitè. Expressè, putà, quia inuestitura fit simpliciter & purè, vel tacitè, quia sciente domino vassallus possedit, faciendo ea quæ pertinent ad vassallum *vt in c. vnico, de consue.recti.feudi.* & tunc tale feudum censetur qualificatum qualificationibus, quæ veniunt de natura recti feudi, quæ sunt tres principaliter. Prima, respectu dantis. Secunda, respectu recipientis. Et tertia, respectu successionis. Prima inquam, respectu † dantis: quia dans non potest disuestire vassallum, nisi interueniente culpa vassalli. *vt in ca. vnico de natura feudi.* Secunda, respectu accipientis: † quia accipiens tenetur ad fidelitatem domino: cùm feudum † à fidelitate seu à fide dicatur. *ca. nulla. per quos fiat inuestitura.* Nam fidelitas de natura feudi venit: quia vassallus tenetur domino ad fidelitatem *vt in c. vnico. qualiter vassall. iurare debet domi. fide in illis verbis: Sicut debet esse vassallus domino.* in qua fidelitate veniunt aliqua in faciendo & aliqua in omittendo, de quibus *in ca. vnico quib. mod. feu. amit. Et in quibus causis feu. amittatur. & quæ fuit prima causa benefi. amit.* Tertia erat † respectu successorum, in cuius successione de natura recti feudi purè & absolutè (vt dictum est) dati, non veniunt, nisi masculi *vt in rub. de suc. feu. cum suis concor.* Alia plura possent deduci, quæ possunt sub his tribus membris comprehendi, de quibus per discursum aliorum quæsitorum infra apparebit. ¶ Quoddam verò † non datur purè, sed qualificatè per adiectiones pactorum, quæ cadunt in omnibus membris prædictis. Nam primo potest pacisci, quòd vassallus non teneatur domino ad fidelitatem. *vt in d. ca. vnic. §. nulla.* potest etiam pacisci, vt etiam sine culpa liceat auferre feudum: putà, per lapsum temporis. *vt in ca. vnico, de controuer. inuesti. §. Item si vassallus. & de conten. inter do. & vassal. §. fi.* Pariter etiam potest pacisci circa tertium membrũ, quòd fœminę succedant. *vt in d. ca. vnico. de succes. feu. §. filia. cum concor.* Aliud verò datur sub alijs conditionibus, qualificationibus, & à diuersis qualificationibus qualificatis, quæ & secundum † qualitates personarum, & qualificationes contractuum feudalium diuersificantur qualitates feudorum. Nam primùm si ab imperatore, imperiale. Si à rege, regale dicitur. *vt in ca.*

5 6 7 8 9 10

in cap. j. *de feud.mar.* & *duca.* & *in cap.j. quis dicatur dux mar. vel eo.* Si a personis ecclesiasticis detur, ecclesiasticum dicitur. Si à temporibus, seculare. vt colligitur *in titulis de his qui feud. da.pos.* & *in tit. episcopum vel abbatem,* & *in pluribus alijs titulis feudorum.* ¶ Et seculare † pariter diuersificatur secundum dignitates 11 personárum: & iterum cùm feudum datur ab aliis inferioribus imperatore vel rege: putà, duce, marchione, vel committe. Et tunc dicitur liberum feudum cum dignitate *vt de alie.feud.in fine.* & *de feu.mar.* Et tale † feu- 12 dum apud vulgus, appellatur Honoratum seu Nobile. ¶ Quoddam autem est non † nobile seu non honora- 13 tum, quod est, quãdo percipitur à minoribus vassallis seu valuasoribus. *vt de his qui feu.da.po.circa prin.* & *de natura feudi ca.*j. Hodie tamen per quendam communem vsum omnia sunt in nomine quasi æquata. Et istæ sunt species, quæ proueniunt ex parte dantium in feudum. ¶ Assignantur † etiam aliæ species seu differentiæ ex parte 14 personarum accipientium. Nam quandoque feudum datur masculis, aliquoties fœminis: & sic quando datur masculis, dicitur masculum. Et quãdo datur fœminis dicitur femininum. *vt de lege Conra. cap.* j. *§. profecto.* & *de feu.fœminæ. ca.* j. Et ita in pluribus iuribus probatur passus prædictus.

¶ Et iterum masculinum † subdistinguitur. nam 15 quoddam datum est patri, & aliis masculis descendentibus, & tale appellatur feudum paternum, quod transit ad descendentes masculos. *vt in d. §.profecto.* & *qui feu. dare possunt. §.cum vero. in pluribus alijs iuribus, colla. x.* Aliud verò † datur filiis: & illud vocatur Feudum nouum: quia 16 de nouo datur *vt in ti. qui testes sunt necess. ad proba.no.inuesti.ca* j. Et istæ differentiæ accipiuntur ex parte capientium. ¶ Alio modo & vltimo diuersificantur istæ species secundum diuersos modos & formas infeudandi. Nam primo † aliquotiens datur sine aliquo seruitio, & tunc 17 dicitur Honorificiũ seu francum & liberum intelligendum tamen est, quòd non est adeo liberum, quin ad fidelitatem & ad capitula iuramenti fidelitatis. de quibus *in ca.j.de no.fidelita.for.* teneatur, quia (vt dictum est) de natura feudorum venit fidelitas. ¶ Aliud verò, quòd † da- 18 tur cum retentione seruitij, quod fieri potest *vt in ca.fi.*

de capi qui curiã vendi. Et tale nõ est nobile: nec per consequẽs nobilitat assumentẽ *vt in c. vnico. §. cæteri. quis dicatur*
19 *dux mar. vel comes.* ¶ Datur etiã † aliquotiẽs ad perpetuũ, & aliquotiẽs ad vitã: & tũc dicitur perpetuũ, vel tẽporale. *vt de feu. mar. in prin. de alie. feu. in fi & de feu. gar. & castal.* ¶ Et de temporali possent subiici excẽpla in materia vsufructuum & in materia seruitutum, de quibus potest quisque exemplificare. ¶ Aliud † datur sine conditione: Aliud datur cum conditione. Quod datur sine conditione appellatur simplex, quod verò datur cum conditione, appellatur Conditionatum. Quæ distinctio colligitur *ex ti. quib. causis amitta. feudum in fi. & tit. quid sit inuesti. §. penul.*
20
21 *& fi. & tit. si de feu. contro. fue. ca. vassallus.* ¶ Aliud † verò datur cum sacramento fidelitatis: Aliud verò non. *vt tit. per quos fiat inuestitura, cap. alias est. § fi. & de capitulis Conra. in princ. & qualiter dominus à proprietate. ca. vnico. in fi.* Quicquid tamen sit, etiam si per pactum iuramentũ remittatur, adhuc tamen tenetur ex natura contractus vassallus fidelitatem tenere domino *vt in ca. de forma. xxij. q v.* Et si committat vassallus in fidelitatem domino, ma
22 lefidus censetur. *vt in d. ca. vnic. §. nulla.* Et illi † tales, qui non præstant iuramentum, vel seruitium, habẽt vnum pro se, aliud contra se. Primùm contra se: quia non habentur pro paribus. *vt de contro. feud. inter pares termi. ca. j.* Et aliud pro se: quia possunt dimittere feudũ quando volunt. *vt de vassallo qui contra consti. lotha. cap. j. Gl. in ca. fi. de capita. qui curiam vend.* Vnum tamen singulare est, quòd vassallus dimittẽdo feudum, nõ tenetur ad seruitia, quæ sunt in omittendo: scil. non offendere ipsum dominum,
23 vel eius familiam. *vt in d. c. vnico. in fi.* ¶ Aliud † verò, quod importat homagium simplex, quod tamen homàgium includit fidelitatem. *vt in ca. indignum. de re. iu. in antiquis,*
24 *& in d. ca. de forma.* ¶ Aliud est † homagium ligium, in quo etiam si non exprimatur, intelligitur tamen auctoritas principis reseruata *de iureiu. ca. veniens, & est gl. no. in cle. pastoralis, super verbo homóque ligius. de iu.* Et dicitur †
25 ligium quasi ligatum tenẽs iurantem, ita quòd nõ potest sine voluntate eius, cuius ligius est, homagiũ facere. Attamen ex quodam cõmuni vsu, siue abusu, plures faciunt homagium ligiũ dominis etiam subalternis, cum in istis feudalibus magis stetur cõsuetudini, quàm iuri, eo quòd collatio

collatio ex consuetudine feudorum detur *vt vult glo.sup. verb. de nouo. in ca. vnico de noua feudali forma. seu de noua forma fidelit.* & continet collatio x. consuetudines,& ita etiam inscribitur. Et istę sunt differentię in modo & forma dandi in feudum. ¶ Aliæ verò sunt differentiæ, quæ insurgunt ex qualitate intrinseca contractuum feudaliū. Nam quoddam † est diuisibile:quoddā indiuisibile. Regulariter tamen, omne feudum est diuisibile. *vt si de feu. fue.contro.ca.omnes.& de natura succe.feu.cap.vnico.* Sed hoc fallit in † ducatu, marchionatu, & comitatu,ac baronia, & similibus feudis dignitatem habentibus.*ca.imperialem. §.præterea ducatus.de prohi.alie.feu.per Fred.* ¶ Est † & alia natura feudorum. Nam quædam sunt realia, quædam personalia. Et in idem recidit ista differentia cum alia, quam supra posui de perpetuo & tēporali. Nam quemadmodum perpetuum transit ad hæredes, sic & reale: & quemadmodum temporale non transit ad hæredes, nec etiam transit personale. Quod † autem reale transeat ad hæredes, probatur *de Feudi succes.in prin. & tit.si de feu.fu. contro.ca.omnes.* Fallit tamen in aliquibus dignitatibus de consuetudine:vt † in regno Frāciæ, quod transit ad filiū, in quo sunt iura primogenituræ. ¶Superesset videndum, quia multa sunt prædia, quæ non comprehenduntur sub qualitatibus prædictis,cuius qualitatis erunt? Et dic breuiter,vt omnia comprehendas, quòd † aut prædium recognoscitur ab aliquo,aut à nemine. Si † recognoscitur, cadit sub feudo vel emphyteosi.& sub aliquo membrorū prædictorum.Si verò à nemine † recognoscitur:tunc dicitur allodiale:quia à nemine recognoscitur. Et propriè dicitur *Allodiū*,res quæ est libera:vt habetur *tit.si de feu. fue.contro.ca.ij.& inf de pace iura.fir.in fi.*de quo allodio loquitur glo.*in l & si quis in §.sed interdū.ff.de relig.& sump. fune.& in l.penul.C.de ingenu.manu.* ¶ Nunc redeamus ad tertium quæsitum,quo quærebatur,Quibus † modis feudum quæritur. Pro quo præmitto supradictas species & differētias:ex quibus apparet,per quos dari potest feudū. & potest quis latius videre in primo *in principio ti qui feu. da.po.& in c. Itē tit.si episcopus vel abbas §.itē iuris est.& in ca.si dominus.quib.mod.feud.consti.po. & in ca.si quis inuestitus.qui succe. tene. & in clerico. de cleri. qui fa. inuesti. & in cap. qui à principe quis dicatur dux, & in ca.si quis inuestiue-*

26 27 28 29 30 31 32 33 34

rit.de feu.da.vi.la.commit. & in ca.moribus si de feu.fue. contro. & in c. inuestitura,per quos fi. inuesti. In quibus iuribus & eorum concordantiis potest colligi per quos feudum dari potest. Sed omnibus calculatis secundum tempora nostra,hoc quærere modici est effectus: ex eo,quòd intantum est generalis feudalis materia,quòd plures sunt, qui multa habent feuda,qui tenent & dant,& ab aliis recipiunt:ita vt hodie sint redacti contractus feudales,quasi ad instar communium contractuum, vt inter dantes & recipientes paucus fiat defectus. Nec aliud inspicitur nisi si dans habeat ad dandum,vendendum,permutandũ, vel infeudandum:& accipiens,ad soluendum. ¶ Quibus præsuppositis,ad quæsitum in forma respondendo, quo quærebatur quibus modis feudum quæritur? Et dicendum est,quòd multis modis. Sed præsupponendum est,

35 quod feudum † siue beneficium, quod idem est *vt in c. Obertus.§.sciendum est.de cogni.feu.* non constituitur,nisi in rebus soli:veluti rebus immobilibus vel solo coherentibus,aut quæ inter immobilia computantur *vt in d.c. Obertus.in fine.* Quibus scitis dicere possumus, quòd feu-

36 dum †quæri potest quatuor modis.Primò,pactis.Secundò,patientia.Tertiò,successione,Et quartò,præscriptione.Primùm probatur*in.c.si quis quo tempore miles.& in c.1. qui.mo.feu.consti.po.& in c.vnico. per quos fiat inuesti.* Secundum probatur*in c.j.vbi glo super verb.illius notabilis.de consue.reg.feu.* Tertium probatur *in c. vnico.in fi.de cogni. feu.& in c.vnico.de gradi.succe.in feu.* Quartum verò probatur *in c.si quis per triginta, si de feu.fu. contro. & ibi vide.*

37 ¶ Ad quartum,quo quærebatur,In † quibus rebus constituitur? Et respondetur,quòd constituitur in rebus soli,aut solo coherentibus,aut in iis, quæ inter immobilia computanrur *vt in c. vnico. §.sciendum.de cognit.feu. & de no.feu.c.vnico.in prin. & quæ sunt regalis c.vnico.*vbi numerantur res soli & solo coherentes,& aliqua quæ inter immobilia computantur. ¶ Quinto verò & sexto quæsitis satis per præmissa responsum est,saltem quatenus tangit

38 quæsitum,A quibus detur.Quatenus†verò tangit quæsitum, quibus detur? Latiùs responderi potest. Et dicimus,quòd dari potest patri *vt in c.j.de succe.feu.§.filia. ibi feudo paterno.* Secundo filiis *c.1. §.sed cum hoc iure qui feu. da.po.*Tertio nepotibus ex filiis *vt in d.c 1.§.cum verò Conradus.*

ridus. Quarto fratribus.*vt in eo.§.cū verò.ver.frater.*& de iis etiā habetur *in c.vnico de gradi.in succe.feu. & de succe.ca. vnico.*Quod autē dictū est de filiis,intelligitur de naturalibus & legitimis:nō autē de naturalib.tantū,aut legitimis tantū. Nō primū de naturalibus.*vt in c.naturales.si de feu. defun.fue.controuer.*Nec de legitimis tantùm:vt in adoptiuis *eo.ti.ca.similiter.*nec legitimatis.*vt in d.ca.naturales.*Itē nec ad filios,de quibus pactum erat inter cōiuges vt succederent. *vt in ca.filij nati.eo.ti.& in cap.j. de filijs natis ex matrimonio. ad morga.cōtracto.* ¶Ad fœminas † verò filias 39 neptes & similes feudum regulariter non transit.*ca.j.qui feudum da.po.§.hoc autem notandum. & in ca.si fœmina,in c. an maritus.c.vnico.§.ad filias de gra.succe.l.feud.*licet ex pacto hoc fieri possit. *vt in ca.vnico. de beneficio fœminæ cum suis concordantijs. & in ca. vnico. quemadmodum feudum ad filiam pertinet.* Et iterum,quòd dictum est de filiis,intelligitur de aptis & idoneis.*vt in ca.vnico.an mutus vel aliter imperfec.reti.feu.* Et iterū,quod dictum est de filiabus succedentibus, intelligitur si ex filia extarent filij & filiæ: tunc masculi excludunt filias. *vt in ca.vnico. de eo qui sibi vel hæredibus suis.* An autem hoc de consuetudine regni nostri procedat,infra videbitur. Et quod dictū est de fratribus & nepotibus, ex his intelligitur, quando de feudi paterni successione quæritur.quia ad collaterales ascendentium non pertinet,*vt in ca.vnico.§.is verò,de gradi succe.in feu.*nec etiam in fratrem accipientis,nisi hoc specialiter sit cautum in inuestitura,vel nisi de cōmunibus bonis fuerit emptū vtriusque nomine. Item si frater est inuestitus vtriusque nomine domino sciēte. Item si frater acquisiuit in hostē regis *vt in ca.vnico.de bene.fra.*Sed colterales descendentium benè, nisi feudum esset nouū. *vt in ti.imperator. Lotharius.ca.venire.* quia tunc collaterales succedunt vsque ad gradum personæ ascendentis,in quę facta est infeudatio:in aliis verò collateralibus descēdentium,non est limitatus gradus. *vt in ca.vnico. §.hoc quoque.de suc.feu.da.po.& in ca.vnico. §.hoc quoque.de successio. feudi.* ¶ Quæsitum septimo † fuerat, Per quos fiat inuestitura. ¶ Et dic.quòd per omnes illos, per quos feudum 40 dari potest. *vt in ca. vnico.per quos fiat inuestitura.* Et potest fieri per se,vel procuratorem seu nuncium. *vt in ca. vnico.de not.feu.§.item inuestitura.*

41 ¶ Octauum quæsitum † erat, Qualiter fiat inuestitura? Super quò si velimus competentēr respondere, oportet quòd theoricam à practica quæramus, quæ habetur aut saltem colligitur *ex ca. vnico. quid sit inuesti. & ex ca. j. per quos fiat inuestitura.* In praxi verò, seu practica, non potest colligi certus modus propter diuersitatem stilorum notariorū: attamen substantialia & requisita de natura contractus vbique obseruātur. de quibus *in ca. de forma. xxij. q. vlti. & in ca. vnico. de noua fideli. forma.* Et in effectu †
42 hæc continere debet: scilicet quòd Sempronius dat Titio pro se & suis filiis, nepotibus, & pronepotibus omnibus in perpetuūm descendētibus masculis: videlicet naturalibus & legitimis &c. Talē rem &c. in tali loco &c. sic confron. &c. Et in inde inferantur generalia cum constitutione precarij, & clausulis solitis apponi, secundum vulgarum stilum notariorum cum iuramento fidelitatis: aut alio iuramento, secundum qualitatem feudi. Et finaliter, adiiciatur inuestitura, cum iuramentis & clausulis apponi solitis, quæ iam satis in stilo inoleuerunt, quæ colligi possūnt in dictis iuribus. *& in cap. j. de noua forma fideli. & quemadmodum feudum ad fil. pertinet ca. vnico. & de concess. feudi. §. filia. & Ext. de iureiur. ca. ego.* Et quia satis apud tabelliones hoc stilatum est, superfluum esset hic subnectere exempla. vnde hæc remittuntur stilo & praxi notariorum, consuetudini prouinciarum & pactis cōtra-
43 hentium. ¶ Nonū quæsitum, erat de † iuramento & forma fidelitatis: hoc est, ad quæ, quantā & qualia tenetur vassallus suo domino. de quo habetur *in ca. vnico. de forma fidel. & in ca. vnico. de noua forma, vt & in preallег. ca. de forma.* Et sciendum est, quod in dicto iuramento debet auctoritas imperatoris vel alterius supremi principis, vti domini nostri Francorum regis, excipi. *vt in ca. vnico. §.*
44 *fi. de prohi. feu. alie. per Frede.* ¶ Verumtamen † quamquam ex iuramento fidelitatis vassallus teneatur seruire domino in guerra seu bello: hoc verum, nisi bellum sit notorie iniustum, aut guerra manifestè irrationabilis. quia tūc, si non seruit ei in guerra, non tamen perdit feudum. *vt in ca. domino guerram. in prin. in ti. hic finitur lex.* Non tene-
45 tur † etiam ad seruitium vassallus domino suo, si dominus est excommunicatus vel bannitus, donec absolutio-
46 ne obtenta. Et est notandum etiam, quòd † antequam feudum

feudum propter seruitium non præstitum perdatur, oportet quòd vassallus fuerit certificatus & summatus per dominum. Et vbi dubium est, An fuerit, vel non certificatus, præsumendum est pro vassallo. *vt d.ca.domino guerram.§.ad hoc quandocunque.* Et si hęc contra dominum faciant, aliud est quod pro domino facit: videlicet, quòd in bello iusto vassallus tenetur iuuare dominũ contra quẽcumque alium non dominum vassalli, etiam contra patrem, fratrem, & filium *vt in d. ca. domino guerram. in fi.* ¶ Pariter etiam † excusatur à seruitio personali impuberes, *vt in ca.si quis decesserit.si de feu.defuncti.* Similiter & pupillus † excusatur, non solum à seruitio personali: immo etiam à iuramento fidelitatis donec pubescat. *vt in ca.si minori.eo.ti.* ¶ Sed quæritur, An † cum excusetur à seruitio personali & iuramento fidelitatis pro eo, quòd non est in ætate iurandi & seruiendi, & sic censeatur suspensa seruitus vsque ad tempus pubertatis: An inquam, saltem tenebitur, pupillus seruire per substitutum? Et videretur quòd non teneatur. *per ca. si minori præallegatum:* quòd releuat eum à fidelitate, & per consequens à capitulis fidelitatis, in quibus cadit seruitium personale. In oppositum tamen facit. *ca. inde proximè sequens, quod incipit si quis decesserit, in vltimis verbis vbi dum dicit: Alius tamen pro eo seruitium facies admittetur.* Pro horum concordia distinguerem: An pater impuberis decesserit in seruitio in bello seu guerra præstito domino suo, in bello inquam iusto vt illud est quod suscipitur pro republica: an verò aliter decesserit infirmitate humana in domo sua sine exercitio belli vel guerrę. In primo casu procedat. *c si minori,* scilicet vt nec per se, nec interpositã personã teneatur seruire intra pupillaritaté. Quia eius pater, qui in acie decessit, adhuc seruire per gloriã intelligitur, vt præsumitur *Insti.de excu.tuto.§.sed si in bello.ff.ad leg. Aquil.l.qua actiõe.§.si quis in colluctatione.* Si verò nõ decesserit in acie, vel expeditione, sed morte naturali in domo sua: tũc deseruiat per substitutũ iuxta menté dicti. *c.si quis decesserit in fi.* Et hæc sunt quæ faciũt pro dominis cõtra vassallos. ¶ Nunc verò videndum est, ad † quæ tenentur domini vassallis? Et clarũ est in primis, quòd tenẽtur reddere vices mutuæ fidelitatis. *vt in ca. vnico. de for. fideli.§.fi.* Tenetur secundo dominus vassallo, facta inuestitura indu-

47 48 49 50

cere & mittere vassallum in vacuam possessionem. quod si faceret recuset, tenetur vassallo ad interesse: & interim vassallus ad fidelitatem seruandam non tenetur. *ca. vnico. §. fi. & ibi glo. de noua fideli. for.* Tertiò, quòd si dominus facta inuestitura & recepto iuramento fidelitatis, nolit in possessionem mittere vassallum ex eo, quòd dicat se pœnitere inuestituræ, non tamen liberabitur præstando interesse. Sed compellitur ad tradendum possessionem. *vt in ca. si facta. si de feu. defunct. controuer. fue.* Habet etiam vassallus aliud pro se: quia licèt vassallus feudum alienare prohibeatur inuito domino, infeudare tamen potest æquali. *ca. si inter. §. similiter. de lege Conra.* ¶ Decimo quæsito respondendo, dicere † possumus, quòd vassallus in primis per inuestituram efficitur vtilis dominus, competítque sibi rei vendicatio contra occupantem, & contra ab eo vendicantem exceptio, oppositio, & defensio: potestque intentare confessoriam & negatoriam, ratione seruitij debiti, siue seruitutum rei debitarum. *ca. vnico. §. rei autem. de inuesti. de re. alie. fac.* Item, quòd per inuestituram † non solùm efficitur dominus feudi sibi infeudari, sed etiam incrementorum superuenientium ad feudum. *ca. vnico. de controuer. in inuesti. §. fina.* ¶ Itē non solùm efficitur dominus incrementorum, quinimmò etiam emponematum siue meliorationū, taliter quòd si feudū propter non existentiam liberorum vassalli, redeat ad dominum, dominus tenetur hæredibus vassalli ad meliorationes, aut quidem tenetur permittere tolli: *ca. domino guerram. §. si vassallus in feudo. in tit. hic finitur lex.* Quartò, quia omnes fructus rei feudalis vassallo post kalendas Martij decedente, pertinent hæredibus vassalli vsque ad Augustum. *d. ca. domino guerram. §. his consequenter.* ¶ Quærebatur vndecimo, An & quando feudum possit alienari? Et dic, quòd regulariter † feudum est inalienabile de iure antiquo. *vt in ca. vnico. in prin. qual. olim poter.* siue de iure nouo *vt in ca. imperialis. §. per multas, de prohi. feu. alie. per Frede glo. in verb. partem de succe. feu.* Et ratio quare † feudi alienatio fuit, & est vtroque iure regulariter interdicta, clarè assignatur *in dict. ca. imperialis, & ca. imperialem.* quia omnibus per alienationes exhaustis, possent seruitia subtrahi, & vires exercituum principum attenuari, & proinde respublica ob non defensionem lædi. & hec

51

52

53

54

est regula quare feudorum alienatio interdicitur. ¶ Plures † tamen assignari solent exceptiones seu casus excepti; in quibus procedit etiam de iure alienatio feudi. Quarum primæ possunt præmitti ex parte: aliæ verò ex toto. Et ex parte videretur tolerabiliter de iure permissa alienatio *per §. j. in ca. vnico. qualit. olim feudum.* vbi videbatur fuisse permissa alienatio pro parte: in oppositum facit noua constitutio Frederici alle. *in ca. imperialem. in prin. in verb. vel partem.* Sed illa ratio antiqua, nunquam fuit, nec est adhuc bona: quia ratio prohibitiua alienationis, quæ de toto vtroque iure veteri & nouo procedebat, locum habuit, & habet in parte. Quia quemadmodum per alienationem totius cessat seruitium vassallationum in totum: ita etiam per diuisiones alienationis feudi, in tantum posset deteriorari feudum, & tanta diminutio per venditiones & alienationes occurrere, quod nullus vassallorum haberet, de quo posset se vestire duntaxat. Et hoc satis patet ad sensum. nam si permitteretur, feudum centum librarum pro parte vendi, remaneret feudum quinquaginta. & si iterum permitteretur vendi feudum quinquaginta, remaneret feudum viginti quinque: & si de viginti quinque, remaneret feudum duodecim cum dimidia: & si de duodecim & dimidia, remanerent sex & quinque solidi: & si de sex & quinque solidis, remanerent tres & duo solidi cum dimidio. de quibus non esset possibile solum se vestire vestimentis quotidianis. Cum ergo mens iurium, de quibus supra in nono quæsito, sit, quod vassallus teneatur seruire domino in his, quæ veniunt de natura feudi & forma fidelitatis; & dictas particulares diuisiones, vassallus redigeretur ad impossibilitatem præstandi, conuenientissimo infertur argumento: quemadmodum in toto, sic & in parte alienationem interdici, accedente ratione legis, quod in iure est validissimum argumentum: *l. adigere. §. quamuis, de iure patro. & l. cum mulier. ff solu. ma.* Et cum per præmissas alienationes cessaret ratio infeudationis, quæ est, vt vassallus ea quæ sunt fidelitatis præstet: meritò intelligendum est, interdictam esse omnem alienationem, per quam ab effectu fidelitatis receditur. de quo *in ca. quæ in ecclesiarum, de constitutio.* & hoc probatur *ex d. ca. imperialis. §. hortatu. & ibi Gl. super verbo. vtilitas, de prohi. feu. alie. per Lotha.*

56 ¶ Sed videndum † est, An sint aliqui casus permissi, in quibus in totum feudum alienari possit? Et videretur, quòd non *per d.ca imperialem, in prin.in his verb. sanximus vt nulli liceat &c.de probi. alie.feu.per Freder.* per quæ verba censetur interdictus omnis modus alienandi ex eorũ tenore. Attamen per eadem etiam verba elicitur prima exceptio à regula prædicta, quòd liceat alienare: scil.domino consentiente.Et hoc probãt illa verba *sine permissione domini ad quẽ feudum dignoscitur spectare,* per quæ verba apparet, quòd volente domino vassallus possit alienare. Et hoc satis clarum est *per §.sed si clientulus, ver.si verò. in ca.vnico.de alie.feu.* Quod si nolente domino alienatio facta fuerit, reuocatur. *per ca.si.apud quem.vel quos contro.de benef.diffi.* etiam præscriptione longi temporis non obstante, *ca.vnico.§.præterea,d.c.Conradi.* ¶ Sed superest quæ-

57 stio, An † etiam nolente domino possit alienare? Et dic, quòd Aut loquimur de alienatione, prout domino est à se ipso, scil.vassallo abdicata: & tunc potest domino refutare seu remittere feudũ *vt in ca.j.in fi.de vassallo.qui contra cõsti.Lotha.* & remanet quittus à seruitijs, quæ cõsistũt in faciendo: sed non ab his, quæ cõsistunt in non faciẽdo, vt ibidem aperit text. vt sup. dictum est. potest etiã se in totum exonerare vassallus alteri sub infeudando. *vt in ca. imperialem, de probi.feu alie.per Frede.§.illud quoque. & ibi*

58 *glo.super verbo Alium.* ¶ Sed quæri potest, An † in omnes personas censeatur esse interdicta alienatio? Et distingue

59 inter ecclesiasticas & seculares. Nam in † ecclesiasticas prohibetur: siue alienatio fiat in contractu. *vt in ca. vnico. § inde potest de alie.feu.* & ratio ibi assignatur. quia tale feudum nunquam reuersurũ esset ad dominum, siue in vltima volũtate *vt in d.ca.imperialem. de probi.feu.alienan. per*

60 *Frede.in prin.in illis verb, Pro anima iudicare.* ¶ In † secularibus verò personis distinguendum est, in quos fiat alienatio: scilicet An in coniunctos, qui ab intestato successuri essent, & tunc in tales valet: & tenet alienatio *secundum glo.super verb. Facta, ita intelligentem tex.in d.ca.vnico.de alie feu §. & sic clientulus.in fi. in ver.fratri verò.* Et clarius probatur *in ca.j. de alie.feu pater.* Si verò extraneus: quia iura præalle.prohibentia alienationem non corriguntur in hoc per exceptionem, regula firma manet. *l.nam quod*

61 *liquidè. §.fi.ff. de pen.lega.* ¶ Hodie tamen † in ista nostra

 prouin-

prouincia Occitana fiunt alienationes feudorum & emphyteusis etiam irrequisitis dominis:cũ protestatione tamen in instrumentis solita apponi:scil.*retento beneplacito & iure* &c. Et maximè attento,quòd infeudationes fiunt vassallis pro se suis hæredibus & successoribus quibuscũque. Quo casu:quia data est facultas vassallo habendi successoré,censetur datá facultas vendendi;vel donandi, vel alienandi in personas permissas *per ea quæ le. & notan. in ca.vnico.de feu.non habente propriã naturã feu.* Et in tantũ hodie inoleuit iste modus infeudãdi apud nos, quòd feu da deducũtur in omnem spéciẽ cõtractus inter personas permissas. Cui consuetudini & vsui standũ est *per §.fi.in c.vnico.de alie feu.* ¶Sed pone,quòd vassallus † voluntate domini alienat purè & simpliciter,vel per libellũ,hoc est, cũ intentione alicuius seruitij annui:accidit postea,quòd ipse vassallus recuperat feudũ ab eo; in quẽ alienauerat. Quæritur; quomodo & qualiter tenebitur vassallus post recuperationẽ feudi?Et dic.quòd si vassallus gratuitè sine retentione seruitij alienauit cũ volunrate domini, inde recuperando iure proprio habebit. sed si cum retentione seruitij vassallus alienat feudũ, de voluntate domini: & inde recuperat:non retinebit iure proprio,vel pro beneficio:sed ad libellum,hoc est,sub qualitate,sub qua transtulerat. *vt in c.vnico.quid iuris sit si post aliena.feu.va.id recuperet.& clarius in c.vnico.in fi.de inuesti.de re.alie.fa.* ¶No tandũ tamẽ,quòd si † alienatio facta fuisset sine volũtate domini,& postea vassallus pœnitentia ductus recuperasset,per hoc nõ purgaretur vitiũ apertionis *per d.c.vnicum, quid iuris sit.in pr.* Quod verũ est,si vassallus scienter alienat:secus si ignoranter. quia tũnc nõ aperitur *per c.vnicũ, de contro.inter do.& em.* Similiter nec purgatur vitiũ:immò ingrauatur per simulationẽ cõtractus,si vassallus sub colore infeudationis vendat vel permutet,fingẽs preciũ vẽditionis esse preciũ inuestituræ. *vt in §.callidis.de prohi. feu.alie.per Fre.* ¶Sed quæritur,An † vassallus irrequisito domino possit permutare: Et dic, quòd non. *per c.si quis, quo tẽpore miles.* ¶Sed iterũ quæritur,An † si dominus alienet castrũ,vel curiã ad causam, quoru habeat plura feuda,An ex dicta alienatione censeãtur alienata feuda, vel beneficia,si specialiter dictum non fuerit?Dic,quòd non. *vt in ti.si de feu. defunc.cap.in generali.& de eá.qui tum cap.j.*

Xi iiij

61 62 63 64 65

66 ¶ Notandũ etiam est, quòd in † alienatione allodij, non venit distractus & iurisdictio domini, sub cuius distractu & iurisdictione allodium consistit. *ca. vnico. de pa. iura fir.*
67 *§. ad hoc qui allodium.* ¶ Dubitatur etiã, † An possit in dotem dari? Et varij varia dicunt: communis tamen opinio videtur, quòd quando vassallus accipit feudum pro se & suis, vt communiter fit: tunc potest in dotem dari *vt in ca. j. de inuesti. quam Titius accepit à Sempro. & in ca. j. de eo qui sibi & hære. suis: & nota in ca. quæ in ecclesiarum, de consti.*
68 ¶ Sed nunc ponamus, quòd † aliquis prohibitus alienare vult refutare feudum in manũ domini, ad finem, quòd dominus de illo inuestiat eum, in cuius renunciat fauorem seu refutat: An dominus poterit alteri, quàm ei in cuius fauorem renunciatio seu refutatio facta est, conferre? Et dic, quòd si renunciatio facta est in fauorem ab intestato succedere debentium, non potest alteri conferre: & non nocet infeudatario alteri facta. Si verò facta sit in fauorem non debenti succedere, puta extraneis: tunc in optione domini est retinere, vel cui voluerit conferre: nisi tamen renunciatio fuerit conditionaliter facta: quia tunc non posset, obstante conditione renunciationis. *arg. eorum quæ habentur in ca. vnico. de rer. permutatione, in sexto.* ¶ Et
69 quia diximus, quòd vassallus † feudum irrequisito domino alienare non potest: quæritur, An econtra? Et dic, quòd non: nisi alienet inæqualem vel in potentiorem. quia alienando in minorem, fit præiudicium vassallo. *per ea quæ leguntur. & not. in ca. si inter. §. ex eadem, de lege Conradi. & in ca. beneficium si de feu. defunc.* ¶ Similiter vbi di-
70 ctum est, quòd vassallus † possit infeudare: intelligitur dum tamen inæqualem vel maiorem. quia alienando in minorem, præiudicaret domino. *d. cap. si inter. §. similiter.*
71 ¶ Duodecimo, quærebatur, de † feudi euictiõe. Et prima facie videretur ista quæstio superflua, quia in feudo est quædã donatio. *§. in primis. in c. vnico. in quib. cau. amittatur.* Sed ex donatione, quæ incipit à traditione, donator non tenetur de euictione. *l. Aristo. §. fi. ff. de donat.* Ergo idẽ in feudo. In oppositũ facit principiũ. *d. l. Aristo.* quòd ex donatione causata donator tenetur de euictione: quia habet mixtũ negociũ. Et cũ hoc moriuo trãseunt iura feudalia, disponẽtia, dominũ teneri de euictione vassallo. Sed est videndũ de quali euictione? Pro quo distinguẽdũ est, An

domi-

dominus ignorās rē posse euinci tradiderit:& vassallus pariter ignorās rē euincibilē acceperit. Et tūc cadit euictio simplex seu simplicis valoris rei feudalis. Si verò vterque sciuerit rē posse euinci: Nūc nō tenetur de euictione, nisi specialiter sit cautū. Si verò dominus sciuerit, & vassallus ignorauerit, tenetur dominus. *vt in c. vnico. in prin. de inuesti. de re alie. fac.* ¶ Sed quæritur: cùm † regulariter de iure 72 emptor teneatur denunciare venditori euictionem, antequam venditor teneatur *l. si rem quam mihi, §. fi. ff de euic.* An idem sit in feudis? Et dic speciale, in feudis, licere vassallo agere & conueniri etiam non certificato domino *c. si vassallus. si de feudo defunc. & c. vnico, de contro. inter vassallum & alium de beneficio.* ¶ Sed ponamus, quòd † 73 dominus fuerit vocatus ad defendendum causam euictionis per vassallum, & inde succubuit vassallus: tunc dominus tenetur vassallo ad æstimationem rei feudalis, habita consideratione temporum rei iudicatæ: & si non possit dare simile feudum, tenetur dare tantas pecunias conuertendas in emptionem feudorum feudalium similis valoris: prout hæc probantur *in c. vnico. si de feud. vassallus ab aliquo interpella. fuerit, & dominus eum defendere noluerit, cum ibi glos.* ¶ Hodie tamen † communiter prouidetur 74 in ipsis contractibus per stipulationem expressam, & quasi superfluæ relinquuntur istæ iuris communis speculationes. ¶ Quæsitum decimotertio fuerat, de feudi † 75 amissione, hoc est quærere, Quibus modis & causis feudum amittitur: Præmitto igitur, quòd regulariter feudū sine culpa non amittitur. *c. j. in prin. de natura feud. & de feu. sine culpa non amit. c. j. & quo tempore mil. c. 3.* Dictum est *regulariter*: quia aliqua feuda reuocantur ad nutum, vt suprà dictum est. in aliis verò restat quæsitum. Et dic, quòd tot, quot sunt modi conueniendi formæ iuramenti fidelitatis nouæ siue veteris, comprehensæ in duobus capitulis & titulis contiguis: vno, de forma fidelitatis: & altero, de noua forma fidelitatis: resolutis in illo vers. *in d. ca. j.* posito scilicet *incolume, tutum, honestum, vtile, facile, & possibile.* qui text. ibidem exponitur hoc modo. *Incolumem,* hoc est, ne † sit in damnum domino de corpore suo. Et 76 ideo vassallus deserēdo dominum in bello indefensum, & nō prouidendo eius incolumitati, priuatur feudo *in c. vnico, in prin. quibus mod. feudum amittat. & in c. vnico. §.*

Item quæsitum, quæ fuit prima causa bene amit. Item si po-
77 tuit † liberare dominum à morte, & non liberauit, feu-
78 do carebit.*c.fi.de aliena.feu.pater.* Item si personam † do-
mini assaliuerit, vel castrum eius, vel vicinum, etiam a-
lienum, sciens dominum vel dominam ibi esse, *vt in d.c.*
vnico. qui. mo.feu. §.similiter. & in c.vnico. §.porro.quæ fuit
79 *prima causa* vel impias manus in personam domini vbi-
cunque iniecerit: vel morti eius veneno, gladio, vel ali-
ter insidiatus fuerit.*in c.vnico,quæ fuit prima causa.§.porro.*
Et intellige hæc cum effectu: scilicet quòd sequatur ef-
fectus. Quia per solas insidias affectans, non punitur. *c.si*
80 *voluerit de capitaneo qui.cur.vendi.* Et idem, si † proditoriè
occidat familiares domini simul cum eo habitantes, vti,
si fratrem domini, aut nepotem ex filio: *vt in d.c. vnico.*
qui mo.§.si fratrem. Et ad *c.si quis in ti. An ille qui interfecit*
fratrem,&c. Respondetur, quòd ibi frater non erat de fa-
milia? Vel secundò, non fuit occisus proditoriè: vel ter-
tiò, non perdit vt applicetur domino, sed vt perueniat
81 ad agnatos. Item idem † de quacunque persona coniun-
cta domino, in qua parricidij crimē occurrit. *vt in d.c.vni*
co.quæ fuit prima causa.§.si vero nō in dominū. ¶ Et sunt illæ
82 personę † in quibus parricidiū incurritur in ascendētibus
& descēdentibus in infinitū. In collateralibus verò, in fra-
tre, sorore, patruo, auūculo, amita, cōsobrino, cōsobrina,
& in quibusdā affinibus, vti vxore, nuru, genero, socru, vi
trico, priuigno, priuigna: & in legitimis parētibus, vti pa-
trono & patrona: de quo *in l. j. & l.frater. & l.sed sciendū.*
83 *& l.cū patre.de parricid.* Et quod dictum est † de offensa in
persona domini, non solū procedit, si ex persona vassalli
ingeratur iniuria facti, imo etiā, si per filiū, vel alium do-
mesticum vassalli dominus offendatur. *c.imperialē.§.insu*
84 *per.de prohibi.feu.per Frede.* ¶ Verùm liberatur † vassallus
adducendo offensorē ad dominū: quia per hoc disfauora-
re seu improbare, hoc est ratū cōmissum offensum non
85 habere videtur. Similiter, si † vassallus vassalli dominum
offenderit, & vassallus requisitus à primo vassallo vt do-
mino offenso satisfaciat, si non fecerit, priuatur feudo: sed
non reuertitur ad primum dominum, sed ad vassallum:
quia per requisitionem, inquantum est in se, purgauit vi
ciū *vt in d.c.imperialē.§.illud quoque.* pariter amittitur, re-
pēto themate prædicto, si ille primus vassallus offēdit dō

minum,

minū,& euocatur à secūdo vassallo ad ipsum dominum: quia resoluto iure datoris resoluitur ius acceptoris *d. c. vnico.quib.mod.feu.§.rursus.*¶Itē si † dominū accusauit,vel in causa accusationis testimoniū contra eum dixit, priuā dus est feudo:*vt in c.sacramentū.§.similiter de cōsuet.reg.feu.* Itē si † delator domini fuerit *d. c.vnico. quæ fuit prima cau sa.§.sed & qui delator.in c.grauē. de excess.prela.* Item & si pro delatore fideiussit,vel suo testimonio eū iuuit spōte, vel fuit spōtaneus aduocatus contra dominū, vel si sententiā contra dominū tulit,quæ fuit reparata in casu appel.quòd vide limitatū *vt in gl.mag.in d.§.sed & qui dela tor quæ fuit j.causa.*Itē si † potuit dominū inclusum liberare,& non liberauit:*vt in d.§.sed & qua delator.*¶ Sequitur illud verb.*tutū.*Et dic,quod super eo cadunt aliæ causæ beneficij amittendi,cōcernentes defectus circa tuitionē personæ. & exponitur *in c.de for.fidelitatis.* Illud autē verbū † *tutum*: hoc est,ne sit ei in dāno de secreto suo,vel de munitionibus suis, per quas tutus esse potest. Super quo cadunt casus sequentes,in quibus beneficiū amittitur.Primus,si † cū inimicis sui domini amicitias copulauerit.*c.vnico.§.præterea.quæ fuit j.cau.* A cōtrario sēsit:quia cùm teneatur reuelare inimicos domino : ergo faciendo pacē cū eis , tenet eos secretos, contra formā fidelitatis: pro hoc etiā est glo.ordinaria *in l.j.§ cū patronus.super ver bo cum inimicus.ff.de offi.præf.videtur.* Item sub hoc membro cadit.Si † vassallus secreta domini reuelet.*vt in c.vnico de no.for.fidelita.& ibi glo. super verb.dandā.* quę limitat de secreto reuelato in dānum domini. Itē & sub † hoc membro cadit:quid iuris si vassallus præsciuit contra dominū aliquem assaltū,vel mortē,vel captionem,vel eius patrimonij iacturā:& dominū non certiorauit,quàm citius potuit,vt dominus posset periculū euitare.*d.ca.vnico.§.præterea. quæ fuit prima causa bene amit.* Item si † dominus guerrā facit, eum nō adiuuet, vel defendat.*sup.d.ca. domino guerram.* cū distinctione tamen , de qua *in tex.s.* si iustum fuerit bellum,debet eum adiuuare aggrediendo & defendendo. Si verò iniustum,debet eū adiuuare defendendo.sed in primo perdit , in secundo non propter tacitam præd.exceptionem. At in bello iusto,tenetur dominum adiuuare etiam contra patrem , filium,& fratrē: sed non contra superiorē dominū.*d.ca.domino guerrā.in fi.*

86 87 88 89 90 91 92 93

94 ¶ Honestum, quòd † verbum exponitur *per text. vbi supra. de forma fidelitatis.* hoc est, ne sit domino in damno, de sua iusticia, vel aliis causis, quæ ad honestatem eius pertinere videntur. De quo faciamus duo membra. Primum, quatenus concernit iusticiam: sub quo membro

95 cadunt casus sequentes: scilicet quando † vassallus denéget domino suo iusticiam facere *d.c. vni. quæ fuit prima causa. §. Item qui domino.* Et possent hic applicari alij casus, de quibus suprà diximus: scilicet quando dominum

96 accusat, denunciat, testificatur, vel iudicat: Secundum † membrum præmissum est, quando scil. vassallus facit aliquid contra honorem domini & eius honestatem qui continet casus sequentes. Primò, si dominum cucurbitauerit, vel per eum non steterit. Item si cum vxore domini concubuerit, aut cum ea turpiter luserit. Item si cum filiis domini, aut nuru, aut nepte ex filio, aut cum sorore domini habitantibus in domo domini, concubuerit, prout hæc colliguntur *in d.c. vnico. qui. mo feu. amit. § item si fidelis.* Idem iuris est, si vxorem domini conatus est tradere adulterandam inimicis domini: vt colligitur *ex gl. super verbo concubuerit in d. §. item si fidelis.* Et idem generaliter: si quascunque graues & inhonestas iniurias bonorum, hominis, & famæ domini denigratorias intulerit, *c. vnico, quæ fuit prima causa. §. porro. vel alias.* Vtile hoc ver

97 bū † exponit tex. *supra de for. fidel. vtile:* hoc est nescit dominum in damno de suis possessionibus. Et sub isto articulo comprehenduntur casus præmissi de accusatione & denunciatione: quia non possunt fieri sine damno bonorum. Item quando præstat aduocationem in causa contra dominum. *vt in præalle. gl. in §. sed & qui delator, quæ fuit prima causa.* Et de aliis inf. exempla subnotabimus.

98 ¶ Facile: hoc † verbum etiam exponitur vbi suprà *in c. de forma fidelitatis.* vt scilicet quod facile est, & leuiter

99 expleri potest, non reddat difficile. ¶ Et idem † de verbo possibile, quod etiam exponitur: ne id quod est possibile impleri & expleri, domino reddat impossibile, de quo fa-

100 cile est exempla subnotari. ¶ Adiiciendum: quòd † non sufficit, quòd vassallus abstineat à dando consilium, auxilium, aut iuuamen contra dominum, quia vltra hæc, quòd requisitus de dando consilium domino illud det alioquin, si dare recuset, committit: *vt in d. c. vnico. de forma*

ma fideli.§.sed quia. ¶ Item nec sufficit, quòd vassallus † 102 abstineat ne damnificet dominum in bonis, quæ habet: immò oportet, quòd iuuet dominum ad recuperandum iam amissa: & recuperata defendat, ne iterum amittantur *vt in c. vnico. de no. fideli. forma.* qui vltimi casus comprehendi possunt sub verbo tutum. Vltra hæc † perdit beneficium seu feudum vassallus, qui habitum religionis assumit: *c. vnico. de milite vassallo, qui arg. bel. depo.* quia factus miles Dei, desinit esse miles seculi: nec pertinet beneficium ad eum, qui non debet gerere officium. Item idem si efficiatur clericus, *vt in c. qui clericus efficitur, si de feu. defun.* Item si † efficiatur mutus, surdus, cæcus, claudus, 103 vel aliàs inhabilis ad seruitium, priuatur *vt in tit. an mutus. ca mutus.* Item committitur, si vassallus † neget feu- 104 dum, vel feudi partem, vel conditionem feudi. *de lege Conra. c. ij. & c. vassallus, in vtroque, si de feu. defunc.* Item aperitur feudum † domino, si vassallus sine permissione domini feudum alienet *vt in tit. de probi. feu. alie. per Lotha. & per Frede.* Nec † submouetur dominus præscriptione 105 106 x. vel xx. annorum. *vt in c § præterea, & ibi Gl. super verbo præscriptione, de capit. Conradi.* Et procedit, siue in totum alienet *per iura prædicta*, siue in partem: quia pro parte priuatur. *vt not tit. quæ fuit prima causa. c. vnico. § illud enim certum. & in c. si vassallus. de vac. contra cōsti. Lotha.* ¶ Postremo † & generaliter, vassallus amittit feudum, si quomo- 107 docunque sacramēto fidelitatis & capitulis in eodē contentis, conuenit, *vt in c. vnico, de for. fideli. & in c. no. de for. fideli.* Et ideò, si † neget feudum & conuincatur, perdit 108 ius, quod in feudo habebat *per lec. & no. in auth. de trien. & semis. §. illud quoque in iudiciis. col. 3. Nouel.* 18. ¶ Illud † 109 autem sciri oportet, quòd licet olim permissum esset vassallis inferioribus, quando vellent auferre feudum: hoc tamen hodie correctum est *per c. j. de natura feu. in fi. & de feu. da. minimis valuaso. c. si minores.* quia feudum sine culpa amitti non debet: vt sup. dictum est. ¶ Et si † iudex pru 110 dens cognoscere velit: quando, & ex quibus causis vassallus priuari debeat beneficio, seu feudo: proponere debet istam considerationem & doctrinam, quam dat text. *in fi. hic finit lex. c. vnico. §. ad hoc quantumcunque.* qui quidē admonet iudices, promptiores esse debere ad soluendum vassallos, qui impetuntur de infidelitate & apertione,

proprietatem. *c. vnico. qualiter dominus proprietate priuetur.*

124 ¶Præterea quæsitum fuit, Ad † quem deferatur feudum amissum? Et distingue, Quia Aut quærimus de feudo amisso culpa vassalli: Aut de feudo amisso vitio contractus. quia aliter & aliter obseruatur deuolutio feudi, quãdo per culpam vassalli, vel quando per vitium contractus amittitur: prout per exempla apparebit. Et primò, si per culpam vassallus priuetur feudo per eum habito, priuatur ipse & filius eius, nisi de nouo acquirant à domino, & non stent alij successores: quia si starent alij submotis filiis, qui vocarentur ad feudum, postquam semel esset apertum in fauorem illorum venientium ad successionem: non posset gratificare, seu de nouo infeudare filiis, propter ius iam quæsitum, dictis ad successionem venientibus, *vt in c. vnico. si vassal. feu. priue. & in c. si vassallus. si de feu. defunc. fuerit contro. & ibi glo.* quod procedit de iure

125 Feudorum. Sed de iure † communi, filius qui non consensit feloniæ, non priuatur successione. *glo. fi. in l. adoptiuum. ff. de in ius voc.* Verum hoc non procedit in feudo ecclesiastico. Quia licet, vt præmissum est, in temporali

126 pater præiudicet filio perpetuo, secus † est in prælato ecclesiæ, quia per culpam per eum commissam non priuatur ecclesia, nisi durante vita episcopi, abbatis vel alterius personæ ecclesiasticæ feudũ tenentis in fidelitate. *vt not. de capitul. Conra. c. vnico. § fi.* Item si fuerunt duo fratres, & vnus inuestiturã feudi accepit; si postea feudum cum fratre diuiserit, & ille qui feudi partem accepit, postea plus medietate vendidit, & sine hærede legitimo decesserit, feudum ad dominum reuertitur *vt. in c. vnico. § item si fuerit, quibus mo. feudum amit.* ¶ Item aduertendũ

127 quòd vassallus † nõ priuatur feudo ex omni aliẽnatione, nisi ex ea, quã scienter facit. *vt in c. de probi. feu. alie. per Lotha. & in c. j. de probi. feu. alie. per Fred. & no. qui mo. feu. amit. § pe. & fi. & de feu. sine culpa nõ amitt. c. fi.* Quia si ignoráter, nõ priuatur *vt in c. si vassallus feudũ, si de feu. defunc. & in c. vnico. de cõtro. inter do. & empt.* Et hoc casu statur iuramẽto vassalli, si sciens vel ignorans. *vt in d. c. vnico. de cõtro. inter do. & empt.* Sed satisfacto interesse emptori, recuperat. *vt ibid. not.* & sic dominus in isto casu: scilicet in venditione erronea, non habet ius prælationis, seu retinendi iure prælationis, sed reuertitur ad vassallum, licet

ex

ex venditione facta scienter, competat domino ius prælationis & retentionis pro pretio, quo venditum fuit feudum. *ca. vnico. §. porro. qualiter olim feudum. & ibi glo. super verbo Retentio.* Et hoc iure vtuntur in ista prouincia. ¶Et † est sciendum, quod Vbi facta est alienatio feudi in extraneos, si alienans habeat filios, poterunt recuperare ab emptore, soluendo pretium venditionis. Sed si non habeat liberos, & agnati eius recuperare velint, recuperabunt sine solutione pretij, nisi filius vel agnatus expressè consenserint alienationi, vel etiã tacitè patiendo feudum alienatũ possideri per emptorem per annum. *vt in ca. Titius filios. si de feu. defunc.* ¶Et pro omni resolutione, ad † quem debeat deuolui feudum amissum per culpam? distingue, quia aut feudum est antiquum, aut est nouum. & si nouum, tunc felonia commissa in personam domini per vassallum, qui feudum nouum accepit, præiudicat omnibus aliàs succedere debentibus. *ca. vnico. §. denique. in fi. in illis verb. Si tamen fuerit paternũ. tit. quæ fuit prima causa bene amitten.* Si verò non deliquit in personam domini, sed alterius quàm domini, tunc repelluntur liberi qui beneficium accepturi erant ex persona patris: quia per maleficium paternum expelluntur. *vt in c. si vassallus culpam, si de feu. defunc.* & transmittitur ad agnatos in gradu proximiores. *vt vult Glos. super verbo vocabuntur. in d. ca si vassallus culpam.* Si verò feudum sit antiquum: iterũ subdistinguitur, Aut culpa, seu felonia, est commissa in personam domini per vassallum, aut in personam alterius. Et si in personam domini, tunc dic. *vt in §. denique. in ca. vnico. quæ fuit prima causa.* Si verò in non dominum, tunc reuertitur ad dominum & non ad proximos seu succedentes vassallo. vt hanc saltem habeat dominus suæ iniuriæ vltionem. Aut committitur in alterius personam quàm domini: & tunc dic, *vt in d. §. denique. ver. si verò. vsque in fin.* vbi clarè text. loquitur, quòd ad proximos deuoluitur. ¶In secundo verò membro † principali, quãdo scil. feudum amittitur propter vitium contractus, quæritur, ad quem deuoluatur? Et dic, quòd Aut feudum est antiquum: & iterum distingue: quia Aut vitium committitur circa substantiã: putà, quia de substantia contractus feudalis feudũ est inalienabile: *vt de prohi feu. alie. per Lothar. & per Frede.* Et tunc si vassallus, alienat feudum anti-

128

129

130

41 ¶ Octauum quæsitum † erat, Qualiter fiat inuestitura? Super quò si velimus competenter respondere, oportet quòd theoricam à practica quæramus, quæ habetur aut saltem colligitur *ex ca. vnico. quid sit inuesti. & ex ca. j. per quos fiat inuestitura.* In praxi verò, seu practica, non potest colligi certus modus propter diuersitatem stilorum notariorũ: attamen substantialia & requisita de natura contractus vbique obseruãtur. de quibus *in ca. de forma. xxij. q. vlti. & in ca. vnico. de noua fideli. forma.* Et in effectu †

42 hæc continere debet; scilicet quòd Sempronius dat Titio pro se & suis filiis, nepotibus, & pronepotibus omnibus in perpetuũm descendẽtibus masculis: videlicet naturalibus & legitimis &c. Talẽ rem &c. in tali loco &c, sic confron. &c. Et in inde inferantur generalia cum constitutione precarij, & clausulis solitis apponi, secundum vulgatum stilum notariorum cum iuramento fidelitatis: aut alio iuramento, secundum qualitatem feudi. Et finaliter, adiicitur inuestitura, cum iuramentis & clausulis apponi solitis, quæ iam satis in stilo inoleuerunt, quæ colligi possũnt in dictis iuribus. *& in cap. j. de noua forma fideli. & quemadmodum feudum ad fil. pertinet ca. vnico. & de concess. feudi. §. filia. & Ext. de iureiur. ca. ego.* Et quia satis apud tabelliones hoc stilatum est, superfluum esset hic subnectere exempla. vnde hæc remittuntur stilo & praxi notariorum, consuetudini prouinciarum & pactis cõtrahentium. ¶ Nonũ quæsitum, erat de † iuramento & for-

43 ma fidelitatis: hoc est, ad quæ, quanta, & qualia tenetur vassallus suo domino. de quo habetur *in ca. vnico. de forma fideli. & in ca. vnico. de noua forma, vt & in præalleg. ca. de forma.* Et sciendum est, quod in dicto iuramento debet auctoritas imperatoris vel alterius supremi principis, vti domini nostri Francorum regis, excipi. *vt in ca. vnico. §. fi. de prohi. feu. alie. per Frede.* ¶ Verumtamen † quamquam

44 ex iuramento fidelitatis vassallus teneatur seruire domino in guerra seu bello: hoc verum, nisi bellum sit notoriè iniustum, aut guerra manifestè irrationabilis. quia tũc, si non seruit ei in guerra, non tamen perdit feudum. *vt in ca. domino guerram. in prin. in ti. hic finitur lex.* Non tene-

45 tur † etiam ad seruitium vassallus domino suo, si dominus est excommunicatus vel bannitus, donec absolutio-

46 ne obtenta. Et est notandum etiam, quòd † antequam feudum

feudum propter seruitium non præstitum perdatur, oportet quòd vassallus fuerit certificatus & summatus per dominum. Et vbi dubium est, An fuerit, vel non certificatus, præsumendum est pro vassallo. *vt d.ca.domino guerram.§.ad hoc quandocunque.* Et si hęc contra dominum faciant, aliud est quod pro domino facit: videlicet, quòd in bello iusto vassallus tenetur iuuare dominũ contra quécumque alium non dominum vassalli, etiam contra patrem, fratrem, & filium *vt in d. ca. domino guerram. in fi.*

¶ Pariter etiam † excusatur à seruitio personali impuberes, *vt in ca. si quis decesserit. si de feu. defuncti.* Similiter & pupillus † excusatur, non solum à seruitio personali: immo etiam à iuramento fidelitatis donec pubescat. *vt in ca. si minori. eo. ti.* ¶ Sed quæritur, An † cum excusetur à seruitio personali & iuramento fidelitatis pro eo, quòd non est in ætate iurandi & seruiendi, & sic censeatur suspensa seruitus vsque ad tempus pubertatis: An inquam, saltem tenebitur, pupillus seruire per substitutum? Et videretur quòd non teneatur. *per ca. si minori præallegatum:* quòd releuat eum à fidelitate, & per consequens à capitulis fidelitatis, in quibus cadit seruitium personale. In oppositum tamen facit. *ca. inde proximè sequens, quod incipit si quis decesserit, in vltimis verbis vbi dum dicit: Alius tamen pro eo seruitium facies admittetur.* Pro horum concordia distinguerem: An pater impuberis decesserit in seruitio in bello seu guerra præstito domino suo, in bello inquam iusto vt illud est quod suscipitur pro republica: an verò aliter decesserit infirmitate humana in domo sua sine exercitio belli vel guerrę. In primo casu procedat. *c. si minori,* scilicet vt nec per se, nec interpositā personā teneatur seruire intra pupillaritatē. Quia eius pater, qui in acie decessit, adhuc seruire per gloriā intelligitur, vt præsumitur *Insti. de excu. tuto. § sed si in bello. ff. ad leg. Aquil. l. qua actiõe. §. si quis in colluctatione.* Si verò nõ decesserit in acie, vel expeditione, sed morte naturali in domo sua: tũc deseruiat per substitutũ iuxta mentē dicti. *c. si quis decesserit in fi.* Et hæc sunt quæ faciũt pro dominis cõtra vassallos.

¶ Nunc verò videndum est, ad † quæ tenentur domini vassallis? Et clarũ est in primis, quòd tenētur reddere vices mutuæ fidelitatis. *vt in ca. vnico. de for. fideli. §. fi.* Tenetur secundo dominus vassallo, facta inuestitura indu-

47 48 49 50

cere & mittere vassallum in vacuam possessionem. quod si facceret recuset, tenetur vassallo ad interesse: & interim vassallus ad fidelitatem seruandam non tenetur. *ca. vnico. §. fi. & ibi glo. de noua fideli. for.* Tertiò, quòd si dominus facta inuestitura & recepto iuramento fidelitatis, nolit in possessionem mittere vassallum ex eo, quòd dicat se pœnitere inuestituræ, non tamen liberabitur præstando interesse. Sed compellitur ad tradendum possessionem. *vt in ca. si facta. si de feu. defunct. controuer. fue.* Habet etiam vassallus aliud pro se: quia licèt vassallus feudum alienare prohibeatur inuito domino, infeudare tamen potest æquali. *ca. si inter. §. similiter. de lege Conra.* ¶ Decimo quæsito respondendo, dicere † possumus, quòd vassallus in

51

primis per inuestituram efficitur vtilis dominus, competitque sibi rei vendicatio contra occupantem, & contra ab eo vendicantem exceptio, oppositio, & defensio: potestque intentare confessoriam & negatoriam, ratione seruitij debiti, siue seruitutum rei debitarum. *ca. vnico. §. rei autem. de inuesti. de re. alie. fac.* Item, quòd per inuestituram † non solùm efficitur dominus feudi sibi infeudati,

52

sed etiam incrementorum superuenientium ad feudum. *ca. vnico. de controuer. in inuesti. §. fina.* ¶ Itē non solùm efficitur dominus incrementorum, quinimmò etiam emponematum siue meliorationū, taliter quòd si feudū propter non existentiam liberorum vassalli, redeat ad dominum, dominus tenetur hæredibus vassalli ad meliorationes, aut quidem tenetur permittere tolli: *ca. domino guerram. §. si vassallus in feudo. in tit. hic finitur lex.* Quartò, quia omnes fructus rei feudalis vassallo post kalendas Martij decedente, pertinent hæredibus vassalli vsque ad Augustum. *d. ca. domino guerram. §. his consequenter.* ¶ Quærebatur vndecimo, An & quando feudum possit alienari? Et

53

dic, quòd regulariter † feudum est inalienabile de iure antiquo. *vt in ca. vnico. in prin. qual. olim poter.* siue de iure nouo *vt in ca. imperialis. §. per multas, de probi. feu. alie. per.*

54

Frede glo. in verb. partem de succe. feu. Et ratio quare † feudi alienatio fuit, & est vtroque iure regulariter interdicta, clarè assignatur *in dict. ca. imperialis, & ca. imperialem.* quia omnibus per alienationes exhaustis, possent seruitia subtrahi, & vires exercituum principum attenuari, & proinde respublica ob non defensionem lædi. & hec

est re-

est regula quare feodorum alienatio interdicitur. ¶ Plures † tamen assignari solent exceptiones seu casus excepti; in quibus procedit etiam de iure alienatio feudi. Quarum primæ possunt præmitti ex parte: aliæ verò ex toto. Et ex parte videretur tolerabiliter de iure permissa alienatio *per §. j. in ca. vnico. qualit. olim feudum.* vbi videbatur fuisse permissa alienatio pro parte: in oppositum facit noua constitutio Frederici alle. *in ca. imperialem. in prin. in verb. vel partem.* Sed illa ratio antiqua, nunquam fuit, nec est adhuc bona: quia ratio prohibitiua alienationis, quæ de toto vtroque iure veteri & nouo procedebat, locum habuit, & habet in parte. Quia quemadmodum per alienationem totius cessat seruitium vassallationum in totum: ita etiam per diuisiones alienationis feudi, in tantum posset deteriorari feudum; & tanta diminutio per venditiones & alienationes occurrere, quod nullus vassallorum haberet, de quo posset se vestire duntaxat. Et hoc satis patet ad sensum. nam si permitteretur, feudum centum librarum pro parte vendi, remaneret feudum quinquaginta. & si iterum permitteretur vendi feudum quinquaginta, remaneret feudum viginti quinque: & si de viginti quinque, remaneret feudum duodecim cum dimidia: & si de duodecim & dimidia, remanerent sex & quinque solidi: & si de sex & quinque solidis, remanerent tres & duo solidi cum dimidio. de quibus non esset possibile solum se vestire vestimentis quotidianis. Cum ergo mens iurium, de quibus suprà in nono quæsito, sit quod vassallus teneatur seruire domino in his, quæ veniunt de natura feudi & forma fidelitatis, & dictas particulares diuisiones, vassallus redigeretur ad impossibilitatem præstandi, conuenientissimo infertur argumento: quemadmodum in toto, sic & in parte alienationem interdici, accedente ratione legis, quod in iure est validissimum argumentum: *l. adigere. §. quamuis, de iure patro. & l. cum mulier. ff solu. ma.* Et cum per præmissas alienationes cessaret ratio infeudationis, quæ est, vt vassallus ea quæ sunt fidelitatis præstet: meritò intelligendum est, interdictam esse omnem alienationem, per quam ab effectu fidelitatis receditur. de quo *in ca. quæ in ecclesiarum, de constitutio.* & hoc probatur *ex d. ca. imperialis. §. hortatu. & ibi Gl. super verbo. vtilitas, de prohi. feu. alie. per Lotha.*

56 ¶ Sed videndum † est, An sint aliqui casus permissi, in quibus in totum feudu in alienari possit? Et videretur, quòd non *per d.ca imperialem, in prin.in his verb. sanximus vt nulli liceat &c.de prohi. alie.feu.per Freder.* per quæ verba censetur interdictus omnis modus alienandi ex eorũ tenore. Attamen per eadem etiam verba elicitur prima exceptio à regula prædicta, quòd liceat alienare: scil.domino consentiente. Et hoc probãt illa verba *sine permissione domini ad quẽ feudum dignoscitur spectare*, per quæ verba apparet, quòd volente domino vassallus possit alienare. Et hoc satis clarum est *per §.sed si clientulus, ver.si verò. in ca.vnico.de alie.feu.* Quod si nolente domino, alienatio facta fuerit, reuocatur. *per ca.si.apud quem vel quos contro.de benef.diffi.* etiam præscriptione longi temporis non obstante, *ca.vnico.§.præterea,d.c.Conradi.* ¶ Sed superest quæ-

57 stio, An † etiam nolente domino possit alienare? Et dic, quòd Aut loquimur de alienatione, prout domino est à se ipso, scil.vassallo abdicata: & tunc potest domino refutare seu remittere feudũ *vt in ca.j.in fi.de vassallo.qui contra cõsti.Lotha.* & remanet quittus à seruitiis, quæ cõsistũt in faciendo: sed non ab his, quæ cõsistunt in non faciẽdo, vt ibidem aperit text. vt sup. dictum est. potest etiã se in totum exonerare vassallus alteri sub infeudando. *vt in ca. imperialem, de prohi.feu alie.per Frede.§ illud quoque. & ibi*

58 *glo.super verbo Alium.* ¶ Sed quæri potest, An † in omnes personas censeatur esse interdicta alienatio? Et distingue

59 inter ecclesiasticas & seculares. Nam in † ecclesiasticas prohibetur: siue alienatio fiat in contractu. *vt in ca. vnico. § inde potest de alie.feu.* & ratio ibi assignatur. quia tale feudum nunquam reuersurũ esset ad dominum, siue in vltima volũtate *vt in d.ca.imperialem. de prohi.feu.alienan. per*

60 *Frede.in prin.in illis verb, Pro anima iudicare.* ¶ In † secularibus verò personis distinguendum est, in quos fiat alienatio: scilicet An in coniunctos, qui ab intestato successuri essent, & tunc in tales valet: & tenet alienatio *secundum glo.super verb. Facta, ita intelligentem tex.in d.ca.vnico.de alie feu §. & sic clientulus.in fi. in ver.fratri verò.* Et clarius probatur *in ca.j. de alie.feu pater.* Si verò extraneus: quia iura præalle.prohibentia alienationem non corriguntur in hoc per exceptionem, regula firma manet. *l.nam quod*

61 *liquidè. §.fi.ff. de pen.lega.* ¶ Hodie tamen † in ista nostra

prouin-

prouincia Occitana fiunt alienationes feudorum & emphyteusis etiam irrequisitis dominis:cũ protestatione tamen in instrumentis solita apponi:scil.*retento beneplacito & iure* &c. Et maximè attento,quòd infeudationes fiunt vassallis pro se suis hæredibus & successoribus quibuscũque. Quo casu:quia data est facultas vassallo habendi successorẽ,censetur datã facultas vendendi,vel donandi, vel alienandi in personas permissas *per ea quæ le. & notan. in ca. vnico. de feu. non habente propriã naturã feu.* Et in tantũ hodie inoleuit iste modus infeudãdi apud nos, quòd feuda deducũtur in omnem speciẽ cõtractus inter personas permissas. Cui consuetudini & vsui standũ est *per §.fi.in c.vnico.de alie feu.* ¶ Sed pone,quòd vassallus † voluntate domini alienat purè & simpliciter,vel per libellũ,hoc est, cũ intentione alicuius seruitij annui:accidit postea,quòd ipse vassallus recuperat feudũ ab eo, in quẽ alienauerat. Quæritur, quomodo & qualiter tenebitur vassallus post recuperationẽ feudi? Et dic.quòd si vassallus gratuitè sine retentione seruitij alienauit cũ volunrate domini, inde recuperando iure proprio habebit. sed si cum retentione seruitij vassallus alienat feudũ, de voluntate domini: & inde recuperat:non retinebit iure proprio, vel pro beneficio:sed ad libellum,hoc est,sub qualitate,sub qua transtulerat. *vt in c. vnico. quid iuris sit si post aliena. feu. va. id recuperet. & clarius in c. vnico. in fi. de inuesti. de re. alie. fa.* ¶ Notandũ tamẽ,quòd si † alienatio facta fuisset sine volũtate domini,& postea vassallus pœnitentia ductus recuperasset,per hoc nõ purgaretur vitiũ apertionis *per d. c. vnicum, quid iuris sit. in pr.* Quod verũ est, si vassallus scienter alienauit:secus si ignoranter. quia tunc nõ aperitur *per c. vnicũ, de contro. inter do. & em.* Similiter nec purgatur vitiũ:immò ingrauatur per simulationẽ cõtractus, si vassallus sub colore infeudationis vendat vel permutet, fingẽs preciũ vẽditionis esse preciũ inuestituræ. *vt in §. callidis. de prohi. feu. alie. per Fre.* ¶ Sed quæritur, An † vassallus irrequisito domino possit permutare? Et dic, quòd non. *per c. si quis, quo tẽpore miles.* ¶ Sed iterũ quæritur, An † si dominus alienet castrũ, vel curiã ad causam, quorũ habeat plura feuda, An ex dicta alienatione censeãtur alienata feuda, vel beneficia, si specialiter dictum non fuerit? Dic, quòd non. *vt in ti. si de feu. defunc. cap. in generali. & de cu. qui cum cap. j.*

62

63

64

65

66 ¶ Notandũ etiam est, quòd in † alienatione allodij, non venit distractus & iurisdictio domini, sub cuius distractu & iurisdictione allodium consistit. *ca. vnico. de pa. iura fir.*
67 *§. ad hoc qui allodium.* ¶ Dubitatur etiã, † An possit in dotem dari? Et varij varia dicunt: communis tamen opinio videtur, quòd quando vassallus accipit feudum pro se & suis, vt communiter fit: tunc potest in dotem dari *vt in ca. j. de inuesti. quam Titius accepit à Sempro. & in ca. j. de eo qui sibi & hære. suis: & nota in ca. quæ in ecclesiarum, de consti.*
68 ¶ Sed nunc ponamus, quòd † aliquis prohibitus alienare vult refutare feudum in manũ domini, ad fines, quòd dominus de illo inuestiat eum, in cuius renunciat fauorem seu refutat: An dominus poterit alteri, quàm ei in cuius fauorem renunciatio seu refutatio facta est, conferre? Et dic, quòd si renunciatio facta est in fauorem ab intestato succedere debentium, non potest alteri conferre: & non nocet infeudatario alteri facta. Si verò facta sit in fauorem non debenti succedere, putà extraneis: tunc in optione domini est retinere, vel cui voluerit conferre: nisi tamen renunciatio fuerit conditionaliter facta: quia tunc non posset obstante conditione renunciationis. *arg. eorum quæ habentur in ca. vnico: de rer. permutatione, in sexto.* ¶ Et
69 quia diximus, quòd vassallus † feudum irrequisito domino alienare non potest: quæritur, An econtra? Et dic, quòd non: nisi alienet inæqualem vel in potentiorem. quia alienando in minorem, fit præiudicium vassallo. *per ea quæ leguntur. & not. in ca. si inter. § ex eadem, de lege Conradi. & in ca. beneficium si de feu. defunc.* ¶ Similiter vbi di-
70 ctum est, quòd vassallus † possit infeudare: intelligitur dum tamen inæqualem vel maiorem. quia alienando in minorem, præiudicaret domino. *d. cap. si inter. § similiter.*
71 ¶ Duodecimo, quærebatur, de † feudi euictiõe. Et prima facie videretur ista quæstio superflua, quia in feudo est quædã donatio. *§ in primis. in c. vnico. in quib. cau. amittatur.* Sed ex donatione, quæ incipit à traditione, donator non tenetur de euictione. *l. Aristo. § fi. ff. de donat.* Ergo idẽ in feudo. In oppositũ facit principiũ. *d. l. Aristo.* quòd ex donatione causata donator tenetur de euictione: quia habet mixtũ negociũ. Et cũ hoc motiuo trãseunt iura feudalia, disponẽtia, dominũ teneri de euictione vassallo. Sed est videndũ de quali euictione? Pro quo distinguẽdũ est, An domi-

dominus ignorās rē posse euinci tradiderit:& vassallus pariter ignorās rē euincibilē acceperit. Et tūc cadit euictio simplex seu simplicis valoris rei feudalis. Si verò vterque sciuerit rē posse euinci: Nūc nō tenetur de euictione, nisi specialiter sit cautū. Si verò dominus sciuerit, & vassallus ignorauerit, tenetur dominus. *vt in c. vnico. in prin. de inde sti. de re alie. fac.* ¶ Sed quæritur: cùm † regulariter de iure emptor teneatur denunciare venditori euictionem, antequam venditor teneatur *l. si rem quam mihi, §. fi. ff de euic.* An idem sit in feudis? Et dic speciale in feudis, licere vassallo agere & conueniri etiam non certificato domino *c. si vassallus. si de feudo defunc. & c. vnico, de contro. inter vassallum & alium de beneficio.* ¶ Sed ponamus, quòd † dominus fuerit vocatus ad defendendum causam euictionis per vassallum, & inde succubuit vassallus: tunc dominus tenetur vassallo ad æstimationem rei feudalis, habita consideratione temporum rei iudicatæ: & si non possit dare simile feudum, tenetur dare tantas pecunias conuertendas in emptionem feudorum feudalium similis valoris: prout hæc probantur *in c. vnico. si de feud. vassallus ab aliquo interpella. fuerit, & dominus eum defendere noluerit, cum ibi glos.* ¶ Hodie tamen † communiter prouidetur in ipsis contractibus per stipulationem expressam, & quasi superfluæ relinquuntur istæ iuris communis speculationes. ¶ Quæsitum decimotertio fuerat, de feudi † amissione, hoc est quærere, Quibus modis & causis feudum amittitur: Præmitto igitur, quòd regulariter feudū sine culpa non amittitur. *c. j. in prin. de natura feud. & de feu. sine culpa non amit. c. j. & quo tempore mil. c. 3.* Dictum est *regulariter*: quia aliqua feuda reuocantur ad nutum, vt suprà dictū est, in aliis verò restat quæsitum. Et dic, quòd tot, quot sunt modi conueniendi formæ iuramenti fidelitatis nouæ siue veteris, comprehensæ in duobus capitulis & titulis contiguis: vno, de forma fidelitatis: & altero, de noua forma fidelitatis: resolutis in illo vers. *in d. ca. j.* posito scilicet *incolumē tutum, honestum, vtile, facile, & possibile.* qui text. ibidem exponitur hoc modo. *Incolumem*, hoc est, ne † sit in damnum domino de corpore suo. Et ideo vassallus deserēdo dominum in bello indefensum, & nō prouidendo eius incolumitati, priuatur feudo *in c. vnico, in prin. quibus mod. feudum amittat. & in c. vnico. §.*

72

73

74

75

76

Item quæsitum, quæ fuit prima causa bene amit. Item si po-
77 tuit † liberare dominum à morte, & non liberauit, feu-
78 do carebit. *c. si. de aliena. feu. pater.* Item si personam † do-
mini assaliuerit, vel castrum eius, vel vicinum, etiam a-
lienum, sciens dominum vel dominam ibi esse, *vt in d. c.
vnico. qui. mo. feu. §. similiter. & in c. vnico. §. porro, quæ fuit*
79 *prima causa* vel impias manus in personam domini vbi-
cunque iniecerit: vel morti eius veneno, gladio, vel ali-
ter insidiatus fuerit. *in c. vnico, quæ fuit prima causa. §. porro.*
Et intellige hæc cum effectu: scilicet quòd sequatur ef-
fectus. Quia per solas insidias affectans, non punitur. *c. si*
80 *voluerit de capitaneo qui. cur. vendi.* Et idem, si † proditoriè
occidat familiares domini simul cum eo habitantes, vti,
si fratrem domini, aut nepotem ex filio: *vt in d. c. vnico.
qui mo. § si fratrem.* Et ad *c. si quis in ti. An ille qui interfecit
fratrem, &c.* Respondetur, quòd ibi frater non erat de fa-
milia? Vel secundò, non fuit occisus proditoriè: vel ter-
tiò, non perdit vt applicetur domino, sed vt perueniat
81 ad agnatos. Item idem † de quacunque persona coniun-
cta domino, in qua parricidij crimẽ occurrit. *vt in d. c. vni
co. quæ fuit prima causa. §. si vero nõ in dominũ.* ¶ Et sunt illæ
82 personę † in quibus parricidiũ incurritur, in ascendẽtibus
& descẽdentibus in infinitũ. In collateralibus verò, in fra-
tre, sorore, patruo, auũculo, amita, cõsobrino, cõsobrina,
& in quibusdã affinibus, vti vxore, nuru, genero, socru, vi
trico, priuigno, priuigna: & in legitimis parẽtibus, vti pa-
trono & patrona: de quo. *in l. j. & l. frater. & l. sed sciendũ.*
83 *& l. cũ patre. de parricid.* Et quod dictum est † de offensa in
persona domini, nõn solũ procedit, si ex persona vassalli
ingeratur iniuria facti, imo etiã, si per filiũ, vel alium do-
mesticum vassalli dominus offendatur. *c. imperialẽ. §. insu
per. de prohibi. feu. per Frede.* ¶ Verùm liberatur † vassallus
84 adducendo offensorẽ ad dominũ: quia per hoc disfauora-
re seu improbare, hoc est ratũ cõmissum offensum non
85 habere videtur. Similiter, si † vassallus vassalli dominum
offenderit, & vassallus requisitus à primo vassallo vt do-
mino offenso satisfaciat, si non fecerit, priuatur feudo: sed
non reuertitur ad primum dominum, sed ad vassallum:
quia per requisitionem, inquantum est in se, purgauit vi
ciũ *vt in d. c. imperialẽ. §. illud quoque.* pariter amittitur, re-
secto themate prædicto, si ille primus vassallus offẽdit dõ

minum,

minū,& euocatur à secūdò vassallo ad ipsum dominum: quia resoluto iure datoris resoluitur ius acceptoris *d. c. vnico.quib.mod.feu.§.rursus.*¶ Itē si † dominū accusauit,vel in causa accusationis testimoniū contra eum dixit, priuādus est feudo:*vt in c.sacramentū.§.similiter de cōsuet.reg.feu.* Itē si † delator domini fuerit *d c.vnico. quæ fuit prima causa.§.sed & qui delator.in c.grauē. de excess. prela.* Item & si pro delatore fideiussit,vel suo testimonio eū iuuit spōte, vel fuit spōtaneus aduocatus contra dominū, vel si sententiā contra dominū tulit,quæ fuit reparata in casu appel.quòd vide limitatū *vt in gl.mag.in d.§.sed & qui delator quæ fuit j.causa.*Itē si † potuit dominū inclusum liberare,& non liberauit:*vt in d.§ sed & quæ delator.*¶ Sequitur illud verb.*tutū.*Et dic,quod super eo cadunt aliæ causæ beneficij amittendi,cōcernentes defectus circa tuitionē personæ. & exponitur *in c.de for.fidelitatis.* Illud autē verbū † *tutum*: hoc est,ne sit ei in dāno de secreto suo,vel de munitionibus suis, per quas tutus esse potest. Super quo cadunt casus sequentes,in quibus beneficiū amittitur. Primus,si † cū inimicis sui domini amicitias copulauerit.*c.vnico.§.præterea.quæ fuit j.cau.* A cōtrario sēsu:quia cùm teneatur reuelare inimicos domino : ergo faciendo pacē cū eis , tenet eos secretos, contra formā fidelitatis: pro hoc etiā est glo.ordinaria *in l.j.§ cū patronus.super verbo cum inimicus.ff.de offi.præf.videtur.* Item sub hoc membro cadit. Si † vassallus secreta domini reuelet.*vt in c.vnico de no.for.fidelita.& ibi glo. super verb.dandā.* quę limitat de secreto reuelato in dānum domini. Itē & sub † hoc membro cadit:quid iuris si vassallus præsciuit contra dominū aliquem assaltū,vel mortē,vel captionem,vel eius patrimonij iacturā:& dominū non certiorauit,quàm citius potuit,vt dominus posset periculū euitare.*d.ca.vnico.§.præterea. quæ fuit prima causa bene amit.* Item si † dominus guerrā facit, eum nō adiuuet, vel defendat.*sup.d.ca. domino guerram.* cū distinctione tamen , de qua *in tex.*s. si iustum fuerit bellum,debet eum adiuuare aggrediendo & defendendo. Si verò iniustum,debet eū adiuuare defendendo.sed in primo perdit , in secundo non propter tacitam præd.exceptionem. At in bello iusto,tenetur dominum adiuuare etiam contra patrem , filium,& fratrē: sed non contra superiorē dominū.*d.ca.domino guerrā.in fi.*

86 87 88 89 90 91 92 93

94 ¶ Honestum, quòd † verbum exponitur *per text. vbi supra. de forma fidelitatis*: hoc est, ne sit domino in damno; de sua iusticia, vel aliis causis, quæ ad honestatem eius pertinere videntur. De quo faciamus duo membra. Primum, quatenus concernit iusticiam: sub quo membro
95 cadunt casus sequentes: scilicet quando † vassallus denegat domino suo iusticiam facere *d.c. vni: quæ fuit prima causa. §. Item qui domino.* Et possent hic applicari alij casus, de quibus suprà diximus: scilicet quando dominum
96 accusat, denunciat, testificatur, vel iudicat. Secundum † membrum præmissum est quando scil: vassallus facit aliquid contra honorem domini & eius honestatem qui continet casus sequentes. Primò, si dominum cucurbitauerit, vel per eum non steterit. Item si cum vxore domini concubuerit, aut cum ea turpiter luserit. Item si cum filiis domini, aut nuru, aut nepte ex filio, aut cum sorore domini habitantibus in domo domini, concubuerit, prout hæc colliguntur *in d.c. vnico. qui. mo feu. amit. § item si fidelis.* Idem iuris est, si vxorem domini conatus est tradere adulterandam inimicis domini: vt colligitur *ex gl. super verbo concubuerit in d. § item si fidelis.* Et idem generaliter: si quascunque graues & inhonestas iniurias bonorum, nominis, & famæ domini denigratorias intulerit; *c. vnico, quæ fuit prima causa. § porro. vel alias.* Vtile hoc ver-
97 bũ † exponit tex. *supra de for. fidel. vtile*: hoc est nescit dominum in damno de suis possessionibus. Et sub isto articulo comprehenduntur casus præmissi de accusatione & denunciatione: quia non possunt fieri sine damno bonorum. Item quando præstat aduocationem in causa contra dominum. *vt in præalle. gl. in §. sed & qui delator, quæ fuit prima causa.* Et de aliis inf. exempla subnotabimus.
98 ¶ Facile: hoc † verbum etiam exponitur vbi suprà *in c. de forma fidelitatis.* vt scilicet quod facile est, & leuiter
99 expleri potest, non reddat difficile. ¶ Et idem † de verbo possibile, quod etiam exponitur: ne id quod est possibile impleri & expleri, domino reddat impossibile. de quo fa-
100 cile est exempla subnotari. ¶ Adiiciendum: quòd † non sufficit, quòd vassallus abstineat à dando consilium, auxilium, aut iuuamen contra dominum, quia vltra hæc, quòd requisitus de dando consilium domino illud det alioquin, si dare recuset, committit: *vt in d. c. vnico. de forma*

ma fideli.§.sed quia. ¶ Item nec sufficit, quòd vassallus † 101 abstineat ne damnificet dominum in bonis, quæ habet: immò oportet, quòd iuuet dominum ad recuperandum iam amissa: & recuperata defendat, ne iterum amittantur *vt in c.vnico.de no.fideli.forma.* qui vltimi casus comprehendi possunt sub verbo tutum. Vltra hæc † perdit beneficium seu feudum vassallus, qui habitum religionis assumit: *c.vnico.de milite vassallo, qui arg.bel.depo.* quia factus miles Dei, desinit esse miles seculi: nec pertinet beneficium ad eum, qui non debet gerere officium. Item idem si efficiatur clericus. *vt in c.qui clericus efficitur.si de feu.defun.* Item si † efficiatur mutus, surdus, cæcus, claudus, 103 vel aliàs inhabilis ad seruitium, priuatur *vt in tit.an mutus.ca mutus.* Item committitur, si vassallus † neget feu- 104 dum, vel feudi partem, vel conditionem feudi. *de lege Conra.c.ij.& c.vassallus, in vtroque, si de feu.defunc.* Item aperitur feudum † domino, si vassallus sine permissione do- 105 mini feudum alienet *vt in tit. de probi.feu. alie. per Lotha. & per Frede.* Nec † submouetur dominus præscriptione 106 x. vel xx. annorum. *vt in c.§ præterea, & ibi Gl. super verbo præscriptione, de capit. Conradi.* Et procedit, siue in totum alienet *per iura prædicta*, siue in partem: quia pro parte priuatur. *vt not tit. quæ fuit prima causa.c.vnico.§.illud enim certum.& in c.si vassallus.de vac.contra cōsti. Lotha.* ¶ Postremo † & generaliter, vassallus amittit feudum, si quomo- 107 docunque sacramēto fidelitatis & capitulis in eodē contentis, conuenit, *vt in c.vnico, de for.fideli. & in c.no.de for. fideli.* Et ideò, si † neget feudum & conuincatur, perdit 108 ius, quod in feudo habebat *per lec. & no. in auth. de trien, & semis.§.illud quoque in iudiciis.col.3.Nouel.18.* ¶ Illud † 109 autem sciri oportet, quòd licet olim permissum esset vassallis inferioribus, quando vellent auferre feudum: hoc tamen hodie correctum est *per c.j.de natura feu.in fi. & de feu.da.minimis valuaso. c.si minores.* quia feudum sine culpa amitti non debet: vt sup. dictum est. ¶ Et si † iudex pru 110 dens cognoscere velit: quando, & ex quibus causis vassallus priuari debeat beneficio, seu feudo: proponere debet istam considerationem & doctrinam, quam dat text. *in fi. hic finit lex. c. vnico.§. ad hoc quantumcunque.* qui quidē admonet iudices, promptiores esse debere ad soluendum vassallos, qui impetuntur de infidelitate & apertione,

quam ad condemnandum. Secundò, considerare debet magnitudines ingratitudinũ ex parte vassalli.quomodo enim vassallus quã humiliter,quã deuotè,quàm benignè, quàm fideliter erga dominũ suum debeat se habere:potius ex naturali & bonis curiarũ consuetudinibus poterit percipi,quàm aliqua lege aut scripto aliquo possit cõprehendi.*c.vnico,§.si quis enim dixerit, in qui. cau.feu.amit.* & habito temperamento horũ sermentorũ, cum prudentia iudicantis iusta & æqua pro die sententia, quia non 111 semper† oportet iudices ad textuũ rigores inclinari, vbi aliqua æquitate scripta possunt iuuari. ¶ Amittit etiam 112 feudum † vassallus,quo tempore debito non petit inuestiturã à domino feudi:s.infra annũ & mensem in successore.*c.vnico,quo tempore miles &c.*Aut infra annum & diẽ in emptore vel acquirẽte.*vt in §.præterea.c.imperialem,de prohi.feu.alie.de Frede.* vel intellige.*§.præterea.*in non milite,& dictum.*c.vnicum de mili.vas.*in milite: quod procedit tã in successore accipientis,quàm dantis:nisi iusta causa interuenerit,veluti mortis,& inimicitiarum capitaliũ *vt in c.vnico. quo tẽpore miles.* Vel infantia vel pupillaritas *c.si quis.si de feu.defun.*Vel si dominus sit tali crimine notatus,quòd vassallus ad eũ honestè & salua conscientia accedere non possit.*d.c.j. quo tempore mil.& ibi glo.super verbo Infamia.* vel iusta abscentia absens.*d.c.j.in fi.* ¶ Scien-113 dum tamen est,quòd † si dominus post elapsum tempus prædictum,recipit seruitiũ vassalli,sine protestatione:remittere videtur ius apertionis & cõmissi glo. *in d.c.j.quo 114 tempore miles.*¶ Priuatur † etiã feudo vassallus,qui requisitus recognoscere,& fidelitatis iuramentũ præstare, recusat.*vt in c.vnico,quæ fuit prima causa.§.est alia causa.*quę causa præcedit in feudis sub fidelitate traditis. *vt ibid. not.* Quæ causa etiã temperamentũ recipit, dũ tamen dominus recognitionẽ & fidelitatem recognosci temporibus debitis petat. Quia si omni anno peteretur,per hoc non priuaretur vassallus feudo *ca pit. & si vassal.si de feu.defun.* 115 Nã † quantocũque tempore steterit vassallus:dũ tamen domino petẽti recognoscat: & fidelitatẽ ac seruitiũ pręstet,nõ priuatur.*c.licet vassallus.e.ti.*& melius *in c.dominus guerrã.in tit.hic finitur lex.*qui tex.remittit omnia arbitrio iudicãtis:s.& ex petitione vt responsione arguat,an sit cõ-116 tumacia,vel nõ.¶ Et nota verbũ diu † in dicto tex.positũ,

per

per quod importatur tempus decem vel viginti annorū. *vt no.in l.ij.in glo.diu.C.de acq.pos.* Vel remittitur arbitrio iudicātis:*vt ibi gl.* quā glos.sequitur hodie consuetudo & cōmunis obseruantia dominorū habentium emphyteusim & feudū, qui non faciunt recognosci per emphyteutas vel vassallos, nisi decennio in decenniū. quæ consuetudo est tenenda. Nā si passim possent emphyteutæ, vel vassalli, arctari ad recognoscendū: & non recognoscentes priuari, multi, certe pauperes, rudes, & indocti emphyteutæ & vassalli, credentes nō male agere, sine culpa suis emphyteusibus & feudis, quod non licet, priuarentur. Item aperitur † feudū, si vassallus ætatis legitimæ nō fuerit cū domino in expeditione, vel alium pro se miserit domino acceptabilē, vel domino pro quantitate feudi stipēdia militiæ persoluerit requisitus cōuictus feudum perdet. *de pace iura.fir.§.fi.* ¶ Et dicitur † quantitas debita stipendij feudi, quādo vassallus, qui nō vadit, vel mittit acceptabilem ad expeditionem dimidiā partem redditus feudi vnius anni domino subministrat *vt in c.imperialem. §.firmiter, de probi.feu.alie.per Frede.* ¶ Item priuatur † feudo non culpa sui, sed vitio cōtractus: vt quando in fraudem domini dat ad longū tempus, per modū contractus libellaris: hoc † est cum retentione certæ pensionis, vel partis fructuū. *vt in §.rursus qui mo.feu.amit.* ¶ Adde quod generaliter † priuatur vassallus feudo ex omnibus causis, ex quibus potest quis exhæredari, vel matrimonia cōtracta dissolui, vel donationes reuocari, quę satis sūt in iure diffusę: quę quilibet curiosus lector per se poterit perquirere. ¶ Finaliter, aduertendum est, quòd † quia vsus & obseruantia feudorū variatur secundum consuetudines & ritus prouinciarum & locorum: ita vt vix in ipsa materia certa regula possit dari. *vt in ca.vnico. de cog.feu.* ideo compilatores vsuum feudorū voluerunt, quod pro causis & casibus non comprehensis *in x.colla.vsuum feudorum* recurratur ad scripta de iure communi. *vt in d. ca. vnico. de cog feu.* ¶ Vltimo quæritur, vtrū † dominus priuetur proprietate feudi aliquo casu? Et dic, quòd sic, quia quēadmodū vassall[us] tenetur domino fidelitatē seruare, sic & dominus vicē suo vassallo reddere debet, alioquin malefidus cēsetur. *§.fi.in c.vnico de for.fidel.* & dicitur cōmittere quasi feloniā, *vt in c.domino.si de feu.defun.* & ideò amittit

117 118 119 120 121 122 123

proprietatem. *c. vnico. qualiter dominus proprietate priuetur.*

124 ¶ Præterea quæsitum fuit, Ad † quem deferatur feudum amissum? Et distingue, Quia Aut quærimus de feudo amisso culpa vassalli: Aut de feudo amisso vitio contractus. quia aliter & aliter obseruatur deuolutio feudi, quādo per culpam vassalli, vel quando per vitium contractus amittitur: prout per exempla apparebit. Et primò, si per culpam vassallus priuetur feudo per eum habito, priuatur ipse & filius eius, nisi de nouo acquirant à domino, & non stent alij successores: quia si starent alij submotis filiis, qui vocarentur ad feudum, postquam semel esset apertum in fauorem illorum venientium ad successionem: non posset gratificare, seu de nouo infeudare filiis, propter ius iam quæsitum, dictis ad successionem venientibus, *vt in c. vnico. si vassal. feu. priue. & in c. si vassallus. si de feu. defunc. fuerit contro. & ibi glo.* quod procedit de iure

125 Feudorum. Sed de iure † communi, filius qui non consensit feloniæ, non priuatur successione. *glo. fi. in l. adoptiuum. ff. de in ius voc.* Verum hoc non procedit in feudo ecclesiastico. Quia licet, vt præmissum est, in temporali

126 pater præiudicet filio perpetuo, secus † est in prælato ecclesiæ, quia per culpam per eum commissam non priuatur ecclesia, nisi durante vita episcopi, abbatis vel alterius personæ ecclesiasticæ feudū tenentis in fidelitate. *vt not. de capitul. Conra. c. vnico. § fi.* Item si fuerunt duo fratres, & vnus inuestiturā feudi accepit; si postea feudum cum fratre diuiserit, & ille qui feudi partem accepit, postea plus medietate vendidit, & sine hærede legitimo decesserit, feudum ad dominum reuertitur *vt. in c. vnico. § item si fuerit, quibus mo. feudum amit.* ¶ Item aduertendū

127 quòd vassallus † nō priuatur feudo ex omni aliēnatione, nisi ex ea, quā scienter facit. *vt in c. de probi. feu. alie. per Lotha. & in c. j. de prohi. feu. alie. per Fred. & no. qui mo. feu. amit. § pe. & fi. & de feu. sine culpa nō amitt. c. fi.* Quia si ignorāter, nō priuatur *vt in c. si vassallus feudū, si de feu. defunc. & in c. vnico. de cōtro. inter do. & empt.* Et hoc casu stabitur iuramēto vassalli, si sciens vel ignorans. *vt in d. c. vnico. de cōtro. inter docto. & empt.* Sed satisfacto interesse emptori, recuperat. *vt ibid. not.* & sic dominus in isto casu: scilicet in venditione erronea, non habet ius prælationis, seu retinendi iure prælationis, sed reuertitur ad vassallum, licet

ex venditione facta scienter, competat domino ius prælationis & retentionis pro precio, quo venditum fuit feudum. *ca. vnico. §. porro. qualiter olim feudum. & ibi glo. super verbo Retentio.* Et hoc iure vtuntur in ista prouincia. ¶ Et † est sciendum, quod Vbi facta est alienatio feudi in 128 extraneos, si alienans habeat filios, poterunt recuperare ab emptore, soluendo pretium venditionis. Sed si non habeat liberos, & agnati eius recuperare velint, recuperabunt sine solutione pretij, nisi filius vel agnatus expresse consenserint alienationi, vel etiã tacite patiendo feudum alienatũ possideri per emptorem per annum. *vt in ca. Titius filios. si de feu. defunc.* ¶ Et pro omni resolutione, ad † quem debeat deuolui feudum amissum per culpam? 129 distingue, quia aut feudum est antiquum, aut est nouum. & si nouum, tunc felonia commissa in personam domini per vassallum, qui feudum nouum accepit, præiudicat omnibus alias succedere debentibus. *ca. vnico. §. denique. in fi. in illis verb. Si tamen fuerit paternũ. tit. quæ fuit prima causa bene amitten.* Si verò non deliquit in personam domini, sed alterius quàm domini, tunc repelluntur liberi qui beneficium accepturi erant ex persona patris: quia per maleficium paternum expelluntur. *vt in c. si vassallus culpam, si de feu. defunc.* & transmittitur ad agnatos in gradu proximiores. *vt vult Glos. super verbo vocabuntur. in d. ca. si vassallus culpam.* Si verò feudum sit antiquum: iterũ subdistinguitur, Aut culpa, seu felonia, est commissa in personam domini per vassallum, aut in personam alterius. Et si in personam domini, tunc dic. *vt in §. denique. in ca. vnico. quæ fuit prima causa.* Si verò in non dominum, tunc reuertitur ad dominum & non ad proximos seu succedentes vassallo. vt hanc saltem habeat dominus suæ iniuriæ vltionem. Aut committitur in alterius personam quàm domini: & tunc dic, *vt in d. §. denique. ver. si verò. vsque in fin.* vbi clarè text. loquitur, quòd ad proximos deuoluitur. ¶ In secundo verò membro † principali, quãdo scil. 130 feudum amittitur propter vitium contractus, quæritur, ad quem deuoluatur? Et dic, quòd Aut feudum est antiquum: & iterum distingue: quia Aut vitium committitur circa substantiã: puta, quia de substantia contractus feudalis feudũ est inalienabile: *vt de prohi. feu. alie. per Lotha. & per Frede.* Et tunc si vassallus, alienat feudum anti-

quum, non reuertitur ad dominum *per ea quæ habentur in ca.j.de alie.feu.patr.* Sed si feudum sit nouum, tunc reuertitur ad domidum *vt in ti. quæ fuit prima causa benefi. amitten.§.fi.de probi.feu.alie.per Lotha.ca.j.in fi.* Si verò vitium sit commissum qualitate, putà quòd etiam consentiente domino vassallus vendit: sed tamen fraude participata cum emptore in precio & minoritate precij: vel quia fingens se dare in feudum, vendit. & tunc iterũ distinguendum est; An feudum sit antiquum. quia tunc præferũtur succedentes agnati domino in redimendo feudo. *ca.vnico.qualiter olim feu. §.porro.in verb.in prohibendo.* ¶ Et ratio est: quia hoc vicium originatur in personam vassalli vendentis, ex cuius persona agnati non succedũt: sed ex persona antiqua vassalli, cui fuit datum antiquitus feudum: filij tamẽ hoc casu repelluntur per rationes dictas suprà in beneficio amisso per culpam. & hic est sensus dictorũ verborum *in prohibendo* vbi nulla fit de liberis mentio. Si autem feudum sit nouum, in cuius alienatione fraus est participata per vassallum: tunc omnibus exclusis successoribus, ad dominum reuertitur. *vt in §. callidis. de probi. feu.alie. per Frede. cum suis concor.* ¶ Sed posset vltimo † quæri: quia suprà vidimus, quòd dominus in aliquibus priuatur proprietate feudi, quemadmodum vassallus iure, quòd habet: quæritur Ad quem deuoluetur ista proprietas feudi? Et dic, quòd ad vassallum. Et est casus in quo directum dominium consolidatur cum vtili. Nec distinguitur, An culpa commissa per vassallum, sit commissa in personam domini, aut alterius. Pro quo vide *ca.domino, si de feu.defun.contro.fue.*

131

IOAN.

IOAN. BERBERII VIATORII IVRIS VTRIVSQVE PARS III. IN QVA DE VLTIMIS VOLVNtatibus, seu potius De successionibus tam ex testamento, quàm ab intestato agitur.

***

De Successionibus ab intestato.

RVB. I.

Argumenta.

1. Voluntates decedentium vt dupliciter considerentur.
2. in Graduum computatione vt fiat ascensus ad personã per cuius medium personæ coniunguntur.
3. Graduum consanguinitatis computatio.
4. Succesionis ab intestato regula generalis.
5. Fratres & sorores vt succedant cum ascendentibus.
6. Descendentes qualiter ascendentibus succedant.
7. { Descendentium species, & Liberorum procreandorum modi } quot.
8. Liberi naturales & legitimi vt succedant secundum prioritatem & potioritatem gradus.
9. Liberi legitimi quomodo patri succedant: & vt legitimi dicti tam Arrogati quam Adoptati seu adoptiuũ quidque iuris in vtrisque.
10. Liberi naturales { vt patri
11. vt matri } succedant.
12. Legitimi tantum, an naturales tantum excludant.
13. Pater an semper vnam vnciam relinqueré possit naturalibus existentibus legitimis.
14. Pater naturalis licet possit in nonnullis casibus relinquere naturalibus, vt non tamen cogatur de necessitate.

15. Naturales filii in quibus casibus vocātur ad successionem parentum, vt in eisdem parentes filiis naturalibus succedant.
16. Liberi ex seruo & libera nati, quomodo parentibus succedant.
17. Liberi ex damnato coitu nati, quomodo parentibus succedant.
18. Ascendentes qualiter descendentibus succedant.
19. Ascendentes qualiter succedant naturalibus.
20. Pater legitimus vt in bonis virorum filiorum legitimorum habeat vsumfructum.
21. Mater adoptare cùm non possit, nec filiis etiam legitimis succedere potest.
22. Successio qualis sit natorum ex coitu damnato.
23. Castitatis effectus.
24. Collateralium inter se successio qualis.
25. Repræsentationis ius quatenus locum habeat in filiis fratrum.
26. Collaterales qualiter descendentibus succedant.
27. Collaterales qualiter ascendentibus succedant.
28. Ascendentes & descendentes quomodo cum collateralibus veniant.
29. Fratrum inter se successio qualis.
30. Fratrum legitimatorum & legitimorum tantum: itémque spuriorum, incestuosorum & nefariorum successio qualis.

QVæ, & quales sint supremæ hominum voluntates, 1 tertiò dixi, quòd insinuarem. Et quia † decedentiū voluntates dupliciter considerantur: ex tacita scil. vel expressa voluntate defunctorum. De tacita præmittam tractatum, quem iura coniecturantur in successione ab intestato decedentium. Ad quorum successionem, iura naturæ affectionis & charitatis ordine seruatis, succedentes vocant. Secundo verò loco & ordine, de expressa & scripta testatorum decedentium voluntate subiiciemus tractatum. Quæ quidem voluntates in scriptis redactæ: & si, vt plurimum expressam contineant testātium voluntatem: Sunt tamen plura, ad quæ propter sensus ambi-2 guitatē recurri oportet: quòd † fiat ascensus ad personā, per cuius medium collaterales coniunguntur ei, de cuius 3 successio tractatur. Si tamen † quæreres quomodo inuicē distant: oportet facere truncum de patre Gaij. Et tunc frater & soror patris Gaij essent in secundo, filij eorū in quarto: & sic de aliis si velis excedere figurā infrascriptā. Et idē dic de linea sinistra fœmina trāsuersali. Nūc verò

de non

de non directis lineis tranſuerſalibus,quæ ſunt duæ dica mus: quarum vna eſt ad dexteram aſcendendo, altera ad ſiniſtram ſimiliter aſcendendo , & in collaterali dextera aſcendendo,locabimus maſculos:& in collaterali ſiniſtra aſcendendo,fœminas. Et in primo loco & tertio gradu, retenta ſemper ſucceſſione Gaij, ad dexterā,ponuntur patruus & auunculus : ad ſiniſtram , amita & matertera: ſecundo loco & quarto gradu.ſup.ad dexterā, patruus magnus,& auunculus magnus.Et ad ſiniſtrā, amita magna & matertera magna. & hoc gradu poſſunt locari in aliis cellulis collateralibus filij patrui & auunculi,& filij amitæ & materteræ. In lineis verò deſcēdentibus collateraliter, retenta quoque ſemper ſucceſſione Gaij non poſſunt aliæ aſſignari lineæ tranſuerſales.quia ſufficienti diuiſione, Aut Gaius habet deſcendentes,aut nō:& ſi habeat deſcendentes,ceſſat quæſtio tranſuerſaliū,cū omnes ſint deſcendentes ex Gaio ex rectā linea.

Hic locanda eſſet affinitatis arbor.

Quamquā præmiſſa figura quartum nō excedat ſucceſſionis gradū,tamen iura aſcendentes & deſcendentes in infinitū.*vt in authent.de here.ab inteſta.veniē.col.vij.No.118.*Collaterales verò vſque ad decimū vocent.*§ pe.Inſt. de ſucceſ.agna.cū conco.*Potuiſſet figura magis protēdi.Sed quia hodiernis tēporibus rarò reperimus excedere quartū gradum in ſucceſſionibus, & vt figura clarior appareret,quartū nos quoq; gradum non exceſſimus. ¶ Et hîc facere poſſemus vnā regulam generalē cū vna exceptione per modū ſummarij figurę, per quas clara remaneret notitia contentorū in figura qualiter.ſ.proximi ſuccedere debent.Et eſſet regula talis. Deſcendentes † excludunt aſcendentes:& aſcendentes collaterales, etiā gradu proximiores:exceptis tamen fratribus † & ſororibus vtroq; lateri coniunctis & eorū earúmq; filiis & filiabus:qui & quæ licèt ſint patre,auo,proauo,vel abauo remotiores in gradu:iura tamē cū aſcendentibus proximioribus, videlicet fratres & ſorores per capita : filios verò & filias per ſtirpes ad ſucceſſionem vocāt. In aliis verò ſcil.patruis, auunculis, amitis materteris, patruelibus & cōſobrinis, aliiſq; collateralibus,cū aſcēdētibus de ſucceſſione contendentibus,qui prior eſt gradu potior eſt in ſucceſſione.

4

5

Et hoc habet in summa ipsa figura. Veruntamen vt clarior noticia habeatur, possumus magis aliquantulum dilatare successiones ab intestato ex intellectu iurium, & quærere primo qualiter descendentes succedant ascendentibus: & qualiter econtrà, videlicet ascendentes descendentibus. tertio, qualiter collaterales collateralibus: quarto, qualiter collaterales ascendentibus vel descendentibus. & quinto, qualiter ascendentes vel descendentes collateralibus. Et his quæsitis declaratis, satis remanebit liquida successionum ab intestato materia. ¶ Ad 6 primum igitur redeamus, † quo quærebatur, qualiter succedant descendentes ascendentibus. Pro quo præmit 7 tendum est, quot † sint species descendentium? Et dic, quòd tot, quòd sunt filiorũ seu liberorum procreãdorum modi. Nam quidã procreantur ex legitimo matrimonio: & tales appellantur Naturales & legitimi: quia secũdum ordinem iuris & naturæ procreati sunt. Quidã verò non generantur secundum ordinẽ naturæ, sed adoptantur vel arrogantur secundũ ordinem iuris: & tales dicuntur legitimi. Sunt & alij, qui licet secundum ordinem naturæ generantur, non tamen secũdum ordinẽ iuris: & isti sunt in duplici differentia: quia quidã nõ generantur secundũ ordinem iuris præceptiuum, sed permissum: vt ex côcubinatu geniti, & tales dicuntur Naturales. Quidã etiã generantur secundum ordinem naturę & permissionẽ iuris: sed contra vetitã qualitatẽ, vt est ex coitu serui & liberę: & tales dicuntur Spurij. Quidã verò procreantur secundum ordinem naturæ, sed nõ iuris: immo contra prohibitionem iuris, vt sunt illi qui procreantur ex coitu legibus damnato, cuiusmodi sunt adulterini, incestuosi & nepha-8 rij. ¶ Primi: scil. † naturales & legitimi, indubiè succedũt, & ad hæreditates vocantur secundũ prioritatẽ & potioritatẽ gradus *vt in authen. de hære. ab intesta. in prin. col. viij. d. Nouel. 118. & in authen. in successione, ab eadẽ authent sumpta. C. de suis & leg. hære.* Et nota, quòd dictum est copulatiuè gradu priores & potiores: quia nõ sufficeret esse gradu priorẽ ex eo, quòd quãquã pater sit in primo & filius fratris in secũdo: nõ tamẽ per hoc filius est gradu potior. quia iurisfictione seu repręsẽtatione, nepos ex filio succedit in gradũ patris sui. *vt in dictis iuribus. & in auth. vt fratrum filij per totum. col. ix. No. 127.* & hoc est de iure clarum.

¶ Secundi

Secundi verò,qui † legitimi vocātur,hoc est arrogati 9 & adoptiui,succedūt hoc modo.Primò arrogatus succedit sicut naturalis & legitimus: & si pater eū exhæredet iniustè,restituuntur arrogato bona sua.Et vltra hęc assequitur de bonis arrogātis quartā partē eius partis,quā habiturus fuerat ab intestato.& si iniustè eū emancipet, restituit omnia habita ab arrogato,& in illa quarta non pōt arrogator ei substituere,nisi pupillariter.*l.si arrogator.ff.de adopti.& Insti.de adop.§.Itē.& C.e.l.cū in adoptiuis.* ¶Adoptiuo verò,qui adoptatus est per suū ascendentē, & eum qui est sui iuris,ei succedit ad instar naturaliū & legitimorū.Si autē per extraneum,in cuius non transit potestatē. tunc distingue: quia aut pater adoptiui decedit testatus aut intestatus.& si intestatus,succedit vt naturales & legitimi.Si verò decedat testatus,tantū assequitur quātum ei relinquitur: & si nihil relinquatur, nil quærere habet: prout omnia ista probātur.*Insti.de adop.& in l.cum in adoptiuis.§.sed ne articulum.C.de adop.*Et quia hæc parum sunt apud nos in vsu,prædicta sufficiēt. ¶Alios dicimus † naturales.& isti qualiter succedant,distingue:quia aut succedunt ex testamento,aut ab intestato.si ex testamēto, si pater habet filios naturales & legitimos,vel parentes,vel vxorem,vel agnatos: potest tunc relinquere naturalibus vnā vnciam tantū,& in hoc concordant iura.*C.& auth.l.matre,cum limitatione.auth.seq.C.de naturali.libe.& in auth.de trien.& semis.§.consideremus.col.iij. Nouel.18.& in auth.qui mo natu.effi.sui.§.discretis.col.vij.No.89.* Vide etiam & nota pro hac materia proprios tex.*in l humanitatis intuitu, & singularium in auth.licet patri.C.de natu.lib.* Nec videre parui pendas Pet.de Ferra. *in libel.pro heredi.ab intest.debi. in gl. nullisque superstitibus ver. nunc venio ad filios naturales.* Si verò non habuerit naturales & legitimos liberos, aut alios ascendētes,quibus necessitatur necessitate legis relinquere partem aliquā propriè substantiæ, potest totum naturalibus tantum superstitibus relinquere *vt in d.auth. licet C.de natu liber.& in §.si verò filios,in d.auth.qui mo.na. effi.sui.*Si verò stent parentes,tunc potest naturalibus relinquere totam hæreditatē,excepta legitima, quā relinquere tenetur dictis parētibus *vt in d.auth.licet.& ibi Docto.vide & Abbat.in ca.item,Ext.qui fil.sint legit.vbi plura de hac naturaliū successibus.* Si autem habeat vxorē vel co-

gnatos, iterum potest relinquere eis, etiam omissis co gnatis & vxore, *vt in princ. d. authent. licet.* Sed fallit quo ad vxorem pauperem, in casu. *l. j. & aut. propterea, C. vnde vir. & vxor.* Si verò ab intestato decedat pater: iterum distingue, quia aut habet liberos naturales & legitimos cùm naturalibus, aut solos naturales: si habeat naturales & legitimos, tunc naturales in nullo succedūt *vt in d. authent. licet.* Sed alimentantur arbitrio boni viri iuxta substantiam paternam. *vt ibi dicitur & in corpore vnde sumitur. & in §. si quis igitur habens in d. authent. quib. mo. natu. effi. sui.* Et veniūt agnati & cognati exclusa vxore *vt in d. l. j. C. vnde vir. & vxor.* Si verò non stent liberi naturales & legitimi: tunc succedunt in duabus vnciis, vnà cū matre partiendis siue diuidendis, quanticunque fuerint naturales filij *vt in dicta authent. qui mo. nat. effi sui. §. si quis autem defunctus.* quod intellige, si omnes illi naturales liberi ex eadem sint concubina nati. quia si ex pluribus concubinis essent procreati, tunc in odium effusæ libidinis nihil percipiunt. *vt in d. authent. qui mo. na. effi. sui. §. si verò effusa, authent. & in preall. §. præsideremus. sup. de trien. & semi.* Et quod dictum est, procedit in successione patris. ¶ In 11 successione verò † matris, si mater habeat filios naturales & legitimos, idem dicitur, quod in patre *per iura prædicta.* Sed si non habet legitimos, tunc succedunt naturales ex testamento, vel ab intestato matri. *vt ff. vnde cog. l. hac parte. & l. si spurius. & l. plura. C. ad orphi.* Et quod dictum est, de liberis procedit in nepotibus ex filiis *vt in preall. §. discretus. & in l. vlt. C. de natu. libe.* ¶ Sed quæri-12 tur, An quemadmodum † naturales & legitimi filij excludunt naturales tantum, idem sit de legitimis tantum: purà arrogatis & adoptatis? Et dico, quòd sic. quia dictus. *§. si quis igitur habens filios, in d. authent. qui mo. na. effi. sui.* loquitur indistinctè. & facit per hoc. quia filij legitimi tantum: vt adoptiui, æquiparentur in successionibus naturalibus & legitimis. *l. j. §. fi. ff. de suis & legi.* Et ideo seruandum est in eis, quod in naturalibus seruatur. *ar. l. illud. ff. ad leg. Aqui.*

13 ¶ Sed iterum quæritur, An semper † pater possit relinquere vnam vnciā naturalibus existentibus legitimis? Et dic, quòd nō: quia fallit in casu: s. si pater minus vna vncia reliquerit filio legitimo, quia tūc non pōt plus relinquere

naturali,

naturali,quàm legitimo. ¶ Vnum tamen eſt notandum, quòd licet † pater naturalis volens in caſibus præmiſſis, 14 poſſit filiis naturalibus relinquere:non tamen neceſſitatur *per d.l.fi. C.de natu.libe.* ¶ Vltimò notandum eſt, quòd in caſibus,in quibus † naturales filij vocantur ad ſucceſ 15 ſionem parentum, in eiſdem parentes filiis naturalibus ſuccedunt,*vt in d.§.ſi quis igitur habens filios, ver. in quibus verò caſibus.in d.authen.qui.mo.natu.effi.ſui.* ¶ Dictum erat ſupra,quòd quidam † generantur iuxta ordinem natu- 16 ræ & permiſſionem iuris. Sed contra vetitam qualitatis ſiue contra vetitum qualitatis.vt quia ex ſeruo & libera: Et dic quod in his ceſſat propter conditionem ſeruilem ſucceſſio in bonis paternis.Quia ſeruus bona habere nō poteſt.*l.paterfamil.ff.de ver.ſigni.*ſuccedunt tamen matri, ſi non ſit illuſtris,vel ſoli,vel cum aliis legitimis. *vt Inſti. ad orphi.§.nouiſſimè.& l.modeſtinus.ff.vnde cogna.* ¶ Vltimò verò dictum erat,quòd † quidam procreantur ſecun 17 dum ordinem naturæ,licet non ſecundum ordinem iuris:immò contra prohibitionem iuris.Et tales nullo mo do ſuccedunt parentibus.*vt in §.vlt.in d.authent. qui. mo. na.effic.ſui.* Nec poſſunt tales legitimari ad ſucceſſiones. *vt vult ibi gloſ. ſuper verbo parricidium*, paritérque etiam eis à parentibus non ſucceditur *per dictum. §.ſi quis igitur habens,ver.in quibus verò*,nec coguntur parentes alere ta les liberos *vt in d.§.vltimo* Plura alia poſſent deduci: ſed quia diffuſè tractantur *per tex.& gloſ.in locis præalleg.* ideò ibi remittitur. ¶ Et redeamus ad ſecundum principale quæſitum, quo quærebatur qualiter † aſcendentes ſuc- 18 cedant deſcendentibus? Et iterum præmittendum eſt, quot tot ſunt ſpecies aſcendentium, quot ſunt deſcendentium:cum patre & filius,auus & nepos, ſint correlatiua.Et præſuppoſito, quòd non ſint aliqui collaterales aſcendentium:ſed ſolum ipſi aſcendentes in recta linea: vti pater,mater,auus,auia. proauus,proauia, & ſic de aliis.Dic quod tunc ſuccedunt filiis ſalua gradus prærogatiua:vt de filiis diximus.veluti ſi ſolus eſt pater,ſolus ſuccedit:ſi ſola mater,ſimiliter & ipſa ſola:Si pater & mater quilibet in dimidia. Si quidem pater & auus maternus, ſolus pater ſuccedit.Item ſi mater eſt ſola, & auus maternus ſolus,ſola mater ſuccedit:ſi non ſit mater, ſed alij aſcendentes:puta auus paternus,& auia.tunc auus mater-

nus & auia, tantum habebit auus paternus vel alia, quantum auus paternus vel auia. Et contra tantum habebit auus vel auia materna; quantum auus vel auia paterna. Et ita dicas de omnibus ascendentibus, *vt in auth. de herè di. ab intest. §. consequens. quæ est signata. C. ad Tertul. authent. defuncto.* Et hæc procedunt in successione naturalium & legitimorum parentum. ¶ In naturalibus † verò liberis, ascendentes eis succedūt, modis, formis & qualitatibus, quibus liberi naturales suis parentibus *in authent. qui. mo. natu. effi. sui. in §. si quis igitur habens filios, in ver. in quibus verò casibus.* & hæc clara sunt. ¶ Pater verò legitimus † viuo filio habet vsumfructum in bonis filiorum legitimorum *vt Instit. de acqui. per arrogata §. j.* & succedit tanquam legitimo & naturali: secus † in matre quæ adoptare non potest. sed cùm mater adoptare non possit *vt Instit. de adop. §. fœminæ.* non oportet quærere, An possit succedere, cùm non possit mater effici adoptiua. Et quod dictū est de patre arrogante; procedit quando arrogatus est de suis: putà; quia pater arrogauit nepotem ex filio: nam tūc concurrunt naturalia & ciuilia iura, & procedit inter eos successio vt in cæteris: Sed si adoptatus esset extraneus, ei non succederet *per ea quæ leguntur & not. in l. cum in. adoptiuis. §. sed ne articulum. C. de adopt.* ¶ De natis verò † ex dānato coitu, non est necessariū quęrere: quia inter vltro citróque successio est prohibita, idque ad tollendum occasionem delinquendi. *l. fi. in fi. C. de natu. libe. & in §. si verò effusa. in fi. q. ni. mo. na. effi. sui. coll. vij. Nouel. 89. vbi text. Et nos non damus luxuriantibus, sed pudicis legen. & in authent. de trien. & semis. §. autem confusa. d Nouel. 18. in fi.* honestè fuit introductum ad cohibendum peccata. circa Quod etiam versatur intentio omnium legum. & diffusè per iura probatur. *iiij. dist. ca. causa verò. c. factæ. & c. erit.* Castitas enim †, Deo grata est, & potest merito Christi cum fiducia hominum animas præsentare posse dicitur *in authen. de leno. §. scimus. authent. de voto. & vo redemp. cap. j. & ibi glo. & in proœmio Decretal. tex. super verbo Pudicos.* ¶ Tertius † ordo succedendi positus erat collateralium ad inuicem. Et dic semper vt in themate, ac proposito retento: videlicet, quòd si non sint ascendentes, nec descendentes: quod tunc, si stant fratres defuncti, aut vno tantùm latere, aut mixtim. Si vtroque sunt latere coniuncti

iuncti: aut sunt soli, aut cum nepotibus. Et si soli, non est dubium quòd illi vocantur. Et si non sunt soli, sed cum nepotibus ex fratre vtroque latere coniuncto, vocantur nepotes ad successionem fratrum: scilicet fratres in capita & nepotes in stirpes. *per authent. vt fratrum filij. coll. ix. Nouell.* 127. Et si cum vtroque latere coniuncti, stent fratres vno latere coniuncti, excludunt fratres vno latere tantum coniunctos. *vt in authent. defunct. C. ad Tertul. & in cor. vnde sumitur.* Non stantibus verò fratribus vtrinque coniunctis, succedunt fratres vno latere coniuncti ad fratres alio latere coniunctos & defuncti filij cum fratribus superstitibus alio latere coniunctis *vt in §. reliquum. & se. in authent. de hare. ab intesta. Nouell.* 118. *& in authent. cessante. & authent. post fratres. C. de legi. hæredi.* Et post illos veniunt agnati & cognati ad successionem defuncti secundum prærogatiuam *vt in §. si verò neque, in d. authent. de hare ab intest.* ¶ Quod autem dictum est, Fratrum † filios admitti cum fratribus per ius repræsentationis, locum habet cùm tractatur de successione ascendentium, non autem descendentium vel collateralium seu transuersalium post fratres & fratrũ filios: quia in istis successionibus non habet locum ius repræsentationis *per. d. §. reliquum. in authen. de hare. ab intesta.* ita quòd patruus Gaij in supradicta figura pro trunco positi, excluderet sororis aut fratris Gaij nepotes: quod non faceret, si ius repræsentationis extenderetur ad sororis fratrísque nepotes. Et similiter retenta successione Gaij, patruus excludit filium amitæ: & econtrà amita filium patrui. quia ius repræsentationis in eis locum non habet expressum *l. auunculo. C. cõmunia de successio.* ¶ Quarto loco, quæsitum fuerat, Qualiter collaterales succedũt ascendẽtibus, vel descendentibus: & hoc semper retenta successione Gaij? Et primò vt de descendentibus quid iuris si ostendamus. Ponamus nepotem ex filio Gaij defunctum sine liberis, non stante linea ascendenti: sed omnibus collateralibus, ad successionem eius. Quis collateralium præferetur? Et dic, quòd quia faciendo truncum de nepote prædicto Gaij, de cuius successione quæritur: frater Gaij erit patruus magnus dicti nepotis ex Gaio: & hoc quarto gradu. Ideóque si starent filij

25

26

sororis Gaij, excluderentur per regulam quam dictum est, Ius repræsentationis non habere locum in collatera-
27 libus ascendentibus. & hoc ita clarum est. ¶ Si verò de † successione ascendentium quæramus, Qualiter eis scil. succedant collaterales. Et iterum à sufficienti diuisione: Aut illi collaterales sunt in recta linea transuersali eius ascendentis, de cuius successione quæritur. Et sic pone, quòd quæritur de successione pâtris Gaij siue ascendentibus defuncti. tunc patruus & amita Gaij vocabuntur ad successionem dicti patris Gaij: quia sunt frater & soror. Et si stent filij patrui & amitæ Gaij, succedent cum eis, si sunt filij fratrum patris Gaij. Illis verò deficientibus, veniret patruus magnus Gaij, qui esset patruus primus ipsius Gaij. Et sic non mutatur successio seu forma succedendi, licet mutentur stipites. ¶ Vltimo quæsitum
28 erat, qualiter alij ascendentes † vel descendentes Gaij collaterales veniunt. Certum est, quòd pater Gaij veniet cum filio Gaij per ius repræsentationis: quia faciendo stipitem successionis de fratre Gaij, pater Gaij est etiam pater fratris Gaij: & filius Gaij, qui erat in recta linea descendentium in primo gradu, nunc mutando stipitem de Gaio in fratrem eius, efficitur collateralis: quia filius fratris: per repræsentationem venit ad successionem cum ascendentibus. Et prout suprà diximus in mutatione stipitis descendentium, ita etiam dicere possumus in mutatione stipitis ascendentium. quòd illa mutatio, licet mutet gradum figuræ, non tamen mutat modum vel formam succedendi, cùm maneat eadem graduum compu
29 tatio. ¶ Postremò, quia † suprà legimus, qualiter fratres succedant, & diuersos assignauimus modos. Restat nunc videre, præsupposito, quòd sint tres fratres succedere volentes fratri defuncto, quorum vnus esset cõiunctus defuncto ex vtroque parente, alter verò ex parte patris tantum, & alter ex parte matris tantum: quæritur Quis illorum potior erit in successione? Et dic, quòd vtrinque coniunctus & eius liberi excludunt paternos tantum *per auth. itaque. C. cum. de success. & in corp. vnde sumitur.* Si verò non sint vtrinque coniuncti, sed vno tantum latere. Iterum distingue: quia aut sunt omnes ex vno latere, putà, ex parte patris vel ex parte matris, Aut sunt aliqui cõiuncti ex parte patris, & essent aliqui coniũcti ex parte ma-

te matris: Primo caſu, ſuccedunt æqualiter in omnibus bonis vndecunque quæſitis *per authent. ceſſante. C. de legit. here.* In ſecundo verò caſu, quando ſunt mixti ex altero latere: ſcilicet, ex parte patris aliqui, & ex parte matris reliqui. Et tunc diſtiguendum eſt, de bonis defuncti vnde fuerunt quæſita. Nam in quæſitis ex liena paterna, ſuccedit coniunctus per lineam paternam: & quæſitis ex linea materna ſuccedit cõiunctus per lineam maternam *per l. de emancipatis. prope. fin. in ver. Exceptis, de legi. here. C.* quæ non eſt correcta ſecundum communem ſentẽtiam Glo. & Doc. *in d. authent. itaque.* in bonis verò aliũde quęſitis, quam ex linea paterna vel materna, ſublata eſt differentia agnationis & cognationis: ideóque ſuccedunt æqualiter conſanguinei & vterini *per dicta iura.* ¶ De † 30 fratribus verò legitimatis. De legitimis tantũ & ſpuriis, qualiter inuicem ſuccedant, nõ tango: quia parũ eſt apud nos in vſu eorum ſucceſſio. Sed videatis de naturalibus legitimatis *in authent. quibus modis natura. efficiuntur ſui. §. filiũ verò. d. Nou. 89* Et de naturalibus nõ legitimatis, vide *ff. vnde liberi. l. ij. & in d. §. filium verò.* De legitimis verò tantum, videatis *in d. l. cum in adoptiuis. §. ſed ne articulum. C. de adop.* De ſpuriis verò *in l. ij. vnde cogna. & in l. ſi ſpuriis. & Inſtit. de legi. agna. ſucceſſ. §. vulgo.* ¶ De inceſtuoſis denique nephariis: dic, quòd nullo modo ſuccedunt *vt in d. §. vl. in d. authent. qui mo. na eff. ſui.* Et hæc ſufficiant quoad ea quæ communiter in practica accidunt in parte de ſucceſſionibus ab inteſtato & c. De quibus tamen ſi quis plura requirat videat ipſe loca à nobis ſuprà paſſ. allegata.

De Succeſſionibus ex teſtamento.

RVB. II.

Argumenta.

1. Viatorum cur inſcriptum hoc volumen.
2. Inſtitutiones vt præſupponant inſtitutiones.
3. Subſtitui vt poſſit in teſtamento omnibus modis at in codicillis non directè, ſed per fideicommiſſum.
4. Teſtamenta vt ſint in duplici differentia.
5. Teſtamenta ſolennia vt conſiderentur tam primo quã ſecundo modo. vid. & nu. 8. & ſeq.

38. Teſtamenta

DVm rem grandem intellectum meum excedentem trepidus aggredior: quod non attemptassem, nisi füisset, quòd lectores mites spero habere censores: & licet hîc congruè veniret plenè tractanda testamentorum materia, in qua essent plura examinanda: videlicet, qui possunt testari, de quibus bonis, & quot modis: qui item possint hæredes institui: qualiter, & in quantum: quibus potest legari, & qualiter: & plures, immò possunt quasi infinitæ quæstiones in materia legatorum, & in materia quartarum moueri. Quæ † omnia cum vix vnum volumen caperet ideo ne diffusio operis nomen mutet opusculi, quod VIATORIVM intitulaui, tanquam per viam & viando portabile, aliqua pauca & magis singularia, hîc summatim communiter in practica accidentia de testamētorum, substitutionum, & legatorum materia, tractare proposui, in quo tractabo substātialiter & summatim de testamentis, & de effectibus substitutionum, & qui per eas veniunt ad successiones, aut qui expellūtur à successionibus testatorum. Veruntamen, ne per ignota procedamus: quia † substitutiones præsupponunt institutiones quæ fiunt per testamenta, seu alias dispositiones: præmittam modos per quos disponitur & substituitur per modū vltimæ voluntatis. ¶Pro quo sciendum est, quòd † In testamentis omnibus modis substitui potest: dum tamen substitutiones conueniant personis & rebus. *vt in titulis ff. lib. 28. & C. lib. 6.* In codicillis verò directè non substituitur, sed bonæfidei committitur. *vt in l. hereditatem. C. de codicill.* & in mortis causa donationibus. *l. vnica. §.*

*cum autem in superiore.in fi.C.de cadu.tollen.*Et quia suprà in secunda parte huius operis, vbi de contractibus actum est: vidimus de donationibus causa mortis: ideo hîc non tractatur, sed remittitur eò. Hîc videamus de testamentis & codicillis: qualiter scil. fiant & qualiter in eis substituatur: & postea videbimus tractatum substitutionum.
4 ¶Et quidem testamenta sunt in† dupliei differẽtia. Nam quædam fiunt solenniter: quædam nuncupatiuè. Quæ
5 verò† fiunt solenniter, Aut fiunt coram tabellione & testibus, & in scriptis rediguntur ab ipso tabellione coram testibus: Aut fiunt sine tabellione, sed tum coram testibus, quæ tunc non rediguntur in scriptis, sed postea coram magistratu ipsis testibus conuocatis seruata solennitate, de qua subdicetur, à magistratus publico amanuensi in scriptis rediguntur ex testium depositione. Sic
6 etiam † codicilli in scriptis fiunt, aut sine scriptis, prout infra de vno quolibet suo loco sigillatim dicemus. ¶Ad
7 primum de ipso † testamẽto solenni, qualiter fiat, & quæ requirantur in eo, satis aperit lex Cod. *hac consultissima, C.de testam.* Verùm, vt rem propriùs cõsideremus, adhuc
8 dicimus ipsa† testamenta solennia dupliciter considerari. Vno modo, quia fiant aliquando coram Principe, cuius quidem præsentia omnem supplet solennitatem. *L.*
9 *omnium, C.d.t.de testa.* ¶Sed dubitatur, An† solius præsentia principis sufficiat? Doct.*in d.l.omnium,* dicunt, quòd quantum ad essentiam & perfectionem testamenti, sufficit præsentia solius principis, in tantùm, quòd eius sola præsentia testamento crederetur. Et si pars aduersa esset ita fatua, quòd confiteretur testamentum factum in præsentia principis, negaret tamen aliquos testes interuenisse. certè succumberet: quia ad validitatem & publicationem testamenti sufficit præsentia solius Imperatoris vt cõstat *ex d.l.omnium.* Verùm, si imperator esset mortuus, vel non recordaretur testamenti, & dubitaret an fuerit præsens vel non: tunc necessarij sunt duo testes ad probandum præsentiam imperatoris. & ita intelligitur finis.*d.l.omnium.* Sed quia iste modus testandi non est in vsu, vel parum. hæc dicta sufficiant. ¶Et venio ad aliam
10 formam † testamentorum solennium, quæ aliquàliter licet paucum est in vsu apud nos. Pro cuius confectione, aptatione & valore multa requiruntur: quia non sufficeret ob-

ret obſeruari duntaxat expreſſa *in d.l.hac conſultiſsima.* niſi ſeruarentur etiam alia. ¶ Primum ergo requiſitum eſt, quòd is † qui teſtatur ſit de perſonis cum quibus teſtaméti factio actiua eſt *Inſti.qui teſta.fac.poſſunt per tot.* quoniam multi † ſunt, qui teſtari non poſſunt: veluti impubes, furioſus, prodigus, interdictus bonis, mutus & ſurdus: item captiuus, & ſimiles, ſicut ſeruus. *ff.qui teſta.fa.poſſunt.l.filius.* Religioſus *Ext.de teſta.quaſi per totum.& authent.Ingreßi,de ſacroſan.eccle.* quia tales non habent liberum arbitrium propriæ voluntatis. Item hæreticus malè credens & fautor *Ext.de here. ca.excommunicamus,lo.j.& ca.vergentis.* Item incertus de ſtatu ſuo. *ff.qui teſt.fa.poſ.l.de ſtatu.* Item condemnatus ad mortem ciuilem, vel naturalem. *ff.qui teſta.fa.poſ.l.eius qui.* ¶ Itē perpetuò † banniti noſtri temporis, qui banniuntur propter crimina & maleficia, pro quibus antiquitus deportabantur. Et quemadmodum antiquitus deportati teſtari non poterant. *d.l.eius qui.§.qui inſulam.* ſic nec hodie perpetuò banniti. ſecus in bannitis ad tempus, qui relegatorum loco habentur *d.l.eius qui.§.ſed relegati.* Et iterum de iſtis bannitis ad tempus, hoc intellige, ſi bona eorum non fuerint confiſcata ſeu publicata: quia tunc nō poſſent teſtari, eo quòd non haberent arbitrium teſtandi de bonis ſuis. *Inſtit.qui mo.ius pa.po.ſol.§.relegati.& ibi Gl.* ¶ De excommunicato, in † teſtari poſſit. vide gl. ordinariam *in ca.decreuimus.de ſen.excom.lib.vj.* quia nolo decidere, pro eo quòd apud nos non impugnantur teſtamenta excommunicatorum: licèt fortè poſſent, maximè eorum qui indurati ſunt in contemptum eccleſiæ, quod quaſi hæreſim ſapiat talis induratio. vnde & eorum teſtamenta poſſent impugnari. *per d.ca.excommunicamus.§.credentes.de here.* Item obſides. *ff.de teſta.l.obſides.* Item ob crimen famoſum damnatus *l.is cui.§.fi.ff.de teſta.* De pluribus aliis perſonis poſſet hic tractari & quæri, ſed omnes aliæ qualitates perſonarum ſunt reducibiles ad iſtas. ¶ Secundò principaliter † requiritur, quòd is, qui inſtituitur ſit de perſonis, cū quibus teſtaméti factio paſſiua eſt. quia primò deportatus † non poſſet hæres inſtitui. Item nec damnatus in metallum. *ff.de his qui pro non ſcrip.habētur,l.in metallum.* & idem poſſet in perpetuo bannito dici, cum ipſe & deportatus loco mortuorum habentur. Item ſeruus de adulterio cū

11 12 13 14 15 16

domina maculatus §. *est tamen Instit.de hæred. Instit.* Item publicationem bonorum passus *l.actione,§.publicatione.ff. pro soc.*& tunc succedit fiscus in locum institutorum *l.fin. C.de bon. proscript.* Item illicitum collegium. *l.collegium. C.de here.insti.* Item incestuosi & ex damnato coitu nati, *vt in authent.qui mo.na.effi.sui.§.fi.Nouel.89.* Item hæretici. *C.de here.l.manicheos.* Et idem in latronum receptatoribus & fautoribus, nisi tamen infra annum se correxerint. *vt ca.excommunicamus.lo.j.§.credentes de heretic.* Item apostata *C.de apost. l.hij qui fidem.* Item mulier infra annum luctus nubens, & cum ea contrahens *in authent. de nup §.j.Nouel.22.* Quod tamen limita, *vt in ca.penul.& fi. de secundis nup.* Item & generaliter quilibet indignus. *ff. & C. de his quibus vt indig.per totum.* ¶ Tertio requirun-

17 tur † solennitates formales, de quibus *in d.l. hac consultis-*

18 *sima.*& etiam aliæ, de quibus subdicetur. Et primo † requiritur, quòd si testator scribere sciat: subscribat aut si possit de integro scribat propria manu: & si non potest scribere, saltem se subscribat. Et si nesciat scribere, quòd per alium extranumerarium testem vice sui scribere &

19 subscribere faciat. *vt in d.l.hac consultissima.* Secundò † requiritur præsentia septem testium, præter extranumerariū, qui loco testatoris scribere nescientis scribit. *d. l. hac consultissima.& in l.heredes palam.in fi.ff.de testa.* ¶ Sed

20 quæritur, An † sufficiat testes adesse tempore testamenti, licèt non supersint tempore mortis testatoris? Quæstio est multum dubia inter Doct. sed communis consuetudo,(quæ ambigua legum interpretatur,) habet pro expedito, sufficere, quòd tempore testamenti supersint & adsint: dum tamen postea possint verificari signa & sigilla defunctorum *arg. eorum, quæ not.in l. fi. C.de fideicom. & in l.fi.C.de bo.pos secund.tabu. & C.de testi.l.testium.in fi.* & ita in partibus istis obseruatur.

21 ¶ Tertiò † requiritur, quòd testes sint rogati & non fortuiti casu venientes. *d.l.heredes.§.in testamentis.* Quar-

22 tò,† quòd sint liberi & puberes. *d.l.hac consultissima.& l.j.*

23 *eo. ti.Insti.de testa.§.sed neque. & §.j.* masculi † non muti vel surdi, nec bonis interdicti, nec in potestate testantis seu testatoris *Insti.de testa. §.testes, cum sequentib.* Quinto

24 requiritur, † quòd testes se subscribant vno & eodem tempore & loco, *d.l.hac consultissima. & d.§.j.Insti.eo.* Nec

vnus teſtis pro alio debet ſcribere, ſed quiſq; proprio Syrographo vti debet.*l.ſingulas.ff.eo.*quod procedit, vbi copia teſtium literatorum poteſt reperiri: quia in † caſtris, 25 in quibus habitant ruſticani & non litterati, ſufficiunt quinque. Et etiam † poſſunt duo vel tres ſcribere ſcientes, 26 vice aliorum teſtium ſcribere neſcientium, ſubſcribere.*l.fi.C.eo.*Sexto requiritur,quòd † teſtes ſignent cum 27 ſignis ſeu anulis propriis, vel accommodatis ſi proprios non habent.*l.ſi vnus.*12. *C.eo.*Septimo requiritur,quod † 28 teſtator ſcribat nomen hæredis, aut ſcribi faciat, & ore proprio nominet *d.l.hæredes palam in prin.ff.eod.* Octauo requiritur, quòd † omnia fiant vno contextu & ſine di- 29 uerticulo ad alios actus, niſi interueniret aliqua humana neceſſitas.*vt in le.cum antiquitas.§.j.C.de teſta.*Et cum his requiſitis fit teſtamentum hoc modo:ſcil.quòd teſtator † 30 manu propria ſi ſcribere ſciat: ſcribat: aut ſi neſciat ſcribere, manu alicuius fidelis & ſecreti amici ſui ſcribat ſeu ſcribi faciat in charta non raſa & ſpacioſa, in qua relinquat bonos margines,& ſignanter in parte inferiori,propter ſubſcriptiones, totam ſuam voluntatem & diſpoſitionem: ſeruatis inquam, ſuis præmiſſis ſolennitatibus. Et poſtea plicet chartam non æqualiter,ſed inæqualiter, relinquendo extra plicaturam,id eſt,de margine inferiori,latitudine ſpacij trium vel quatuor digitorum, in quo margine poſſint teſtator & teſtes ſe ſubſcribere:& charta ſic plicata, apponantur ſeptem funiculi ſeu cordulæ circum circa:ſcilicet in parte inferiori tres, & ad quodlibet latus duæ. & appendantur ibi, ſicuti fit in bullis indulgentiarum,quas concedunt cardinales. Et hoc facto, teſtator faciat venire coram ſe ſeptem teſtes omnes ſcribere ſcientes,ſi in loco inſigni teſtatur: ſi vero in loco nó inſigni ruſticus teſtatur, ſint ad minus qui duo vel tres pro aliis ſubſcribant. vt ſuprà dictum eſt. Et ipſis applicatis, proponat coram eis quomodo certis ex cauſis animum ſuum mouentibus, voluit condere teſtamentum ſuum ſolemne & ſecretum, quod ſcripſit vel ſcribi fecit in illo inſtrumento ſic publicato, quòd eiſdem exhibet, quod vt iure teſtamenti valeat, & à nemine poſſit impugnari, roget eos in teſtes,mandétque dictum teſtamentum ſigillari & ſubſcribi eorum ſigillis & ſubſcriptionibus, & ipſemet primus ſe ſubſcribet, ſi ſcribere

sciat: aut loco ipsius, vnus alius præterquam de septem testibus dictum est. Et his factis, testes ponent sigilla sua: scilicet quilibet testis in vna cordula. Et si quilibet proprium non habeat sigillum poterunt alterutrius ipsorum sigillo vti: prout videmus etiam in curiis generalium Franciæ, qui sigillare consueuerunt literas suas quatuor sigillis. Et tamen plurimum videmus, quòd illa quatuor sigilla sunt impressa eodem anulo vel sigil-

31 lo. Et his gestis se subscribent. ¶ Forma autẽ † subscriptionum tales esse possunt. & primo testatoris, si sciat scribere, vt qui vtetur his verbis: *In testimonium, quòd hoc instrumẽtum, vel hæc Charta sit testamentum solenne mei talis,* &c. *Et quòd omnia & singula in eo, seu in ea descripta meam continent vltimam voluntatem: & quòd testes subsignati per me rogati eorum signa & sigilla apposuerint hic me subscripsi & subsignaui anno & die,* &c. Si verò nesciat scribere, tunc ille extranumerarius notarius, vel testis, qui pro eo scribet, ita poterit subscribere. *Quod autem contenta & descripta in præsenti instrumẽto seu Charta manu mea talis* &c. *Ad mandatum & rogantem est talis &c. testatoris voluerit & velit dictus testator suum esse testamentum solẽne & vltimam voluntatem ipsius ad fines subscribendi & sigillandi testibus intra signatis exhibitam. Ego præfatus &c. mandato dicti testatoris literarũ ignari si ignarus sit, vel impotentis, vt si scribere nõ possit præsenti instrumento seu cartæ per me eius mandato & rogatu scriptæ me subscripsi, & signum meum quo in meis vtor, si sit notarius (instrumentis. & si sit alius) scripturis hic apposui.*

32 Testes verò † possunt se sic subscribere. *Ego talis,* &c. *rogatus & præsens vnà cum omnibus supra vel infra scriptis testibus simul præsentibus & rogatis ad omnia & singula in hoc præsenti instrumento seu charta contenta & scripta, pro solenni testamento tali, &c, nobis exhibito seu exhibitã, dicti testatoris precibus & mandato, manu mea in testimonium subscripsi, & eam proprio (si proprium habet) vel accommodato (si non habet proprium) sigillo sigillaui.* Reliqua patent autem practica & vsu prouinciæ. ¶ Quia suprà dictum est, de

33 publicatione: vidẽdum † restat, Qualiter fiat publicatio, & quæ cautelæ sint obseruandæ in huiusmodi publicatione? Et dic, Primo requiri in publicatione, quòd adeatur ordinarius *vt in l. testamenta. & l. consulta. C. de testa.* Secundo, debent obtineri literæ citatoriæ ad euocandũ omnes,

quorum

quorum interest ipsius publicationis, putà venientes ab intestato nominatim, si quidem sciantur eorum nomina, aut per proclama. *l. si eo tempore. C. de remis. pign. auth. si omnes. C. si maior se ab her. absti.* quia in actibus præiudicialibus † vocandi sunt omnes, quorum interest. *l. de vnoquoque. ff. de re iudi. l. in causæ. §. causa. ff. de mino.* Tertio, debent vocari testes testamentarij, & recognoscere sigilla & signa, quibus recognitis debent interrogari, an fuerint rogati interesse in testamẽto. *l. hac consultissima. C. qui test. fa. po. & l. hac consultissima. C. de testa.* Quarto, habent deponere dicti testes, testatorem dixisse illud esse testamentum suum, & se rogatos subscripsisse, & subsignasse, illáque esse sua signacula & sigilla: vel si testes sint mortui, inquiretur cum aliis de subscriptionibus & sigillis testium: videlicet, an cognoscant, si ille tales subscriptiones & sigillorum impressiones, fuerint propriis manibus & sigillis testium, in instrumento nominatorum, factæ? Qui si ita dixerint, sufficit vt diximus suprà in tertio requisito. Tunc his peractis iudex publicabit illud instrumentum, seu Chartam continere voluntatem talis testatoris, & tanquam legitimè confectum pronũciabit & decretabit, atque ita obtinebit perpetui roboris firmitaté. 34

¶ Nunc de testamentis † nuncupatiuis inscriptis per tabellionem coram testibus redactis, dicendum esset: sed quia vsus & practica ipsorum testamentorum satis est communis & vsitatus, nec etiam eget alia publicatione *vt vult gl. in l. ij. ff. quemadm. testa. aper.* ideo amplius dicere de illo supersedeo. ¶ Et ad † vltimum modum testandi: scil. quando quis testatur coram testibus sine tabellione & scriptura, vel cum priuata scriptura, quod idem est, me conuerto. Et quia iste modus testandi multum frequentatur in ista nostra prouincia Occitana: ex eo quòd frequentes ibidem vigent pestes, ídque propter influentias ex paludibus maritimis, siue marinis, insurgentes: de hoc modo testandi aliquid videndum est. Pro quo distinguendum est, quòd aut testantes testantur in infirmitate aut extra infirmitatem: si extra infirmitatem & in loco insigni, in quo copia possit haberi testium, tunc requiruntur septem testes, qui sint rogati, præsentes & audientes, non tamen de familia testantis, & tales cum quibus testamenti factio sit: vt suprà dictum est *per iura* 35 36

praalle. Si verò testamentum fiat in aliquo manso, villagio, seu pago, in quo testium copia haberi non possit, túc sufficiunt quinque: quia in eo casu necessitas excusat *per supradictam. l. fi. C. de testa.* Et si fiat in infirmitate distinguendum esset de qualitate infirmitatis: scil. an sit infirmitas contagiosa vel non: quia si non sit contagiosa, tunc requiruntur septem testes, & alia prædicta in testamento nuncupatiuo requisita. Sed si ex morbo contagioso: veluti peste, quia propter contagionem non possunt reperiri testes, quo se velit periculo contagionis exponere, & tamē emineat necessitas testandi & difficultas testiū, introduxerunt Doct. quòd illi tales priuilegio militari testari possunt, hoc est, cum duobus vel tribus testibus: quia illud est quoddam bellum cæleste. Et arguendo de bello cælesti ad bellum terrenum, fit extensio priuilegij testandi, & difficultatis numeri testium: quemadmodum in testamento in castris facto, vbi copia non potest reperiri, de qua Doc. *in l. vnica ff. de bon. pos. ex test. milit. & in c. relatum. & in c. cum esses. de testam.*

37 ¶ De his autem † testamentis nuncupatiuis sine scriptis factis quæritur qualiter redigi possunt in scriptis, ad hoc quòd perpetuo faciant fidem. Et dic, quòd ille qui scit hæredem nominatum fuisse per testatorem, potest adire in ciuitatibus potestates. & in aliis locis magistratus, vel ordinarios loco. *§. nulla. in authent. de defen. ciui. Nouel. 15.* Et coram dicto magistratu, vel ordinario iudice, dabit requestam, per quam narrabit testamēti factionem. Vel si fuerit per priuatam scripturā memoriatum, illam loco supplicationis exhibebit, concludens & requirens, quòd placeat magistratui, vel iudici, sibi concedere literā, ad citari faciendum testes, qui præsentes fuerunt, dum testamentum fiebat: & etiam ad citandum seu euocandum nominatim, si nomina sciat, vel per proclama. publicum, si ignoret illos qui succedere potuissent ab intestato: & generaliter omnes interesse habere prætēdentes, idque cum intimatione peremptoria, quòd alias ad exstimationem & qualificationem procedetur. Et hisce obtentis literis, fieri facit adornamenta seu citationes coram dicto magistratu, vel iudice, ad diem, locum, & horam competentes. qua die, si compareant, in eorum contumaciam producet testes super memoriali, pro te-

stamento

stamento per priuatum scriptorem retento, vel super contentis in requesta, continente voluntatem & dispositionem testatoris, & illos iuratos & receptos examinari faciet. Qui quidem testes, audito tenore memoriali, si memoriale retentum fuerit, dicent & deponent verum esse, vt scriptum est: & quia ita audierunt ab ore testatoris, *per d. l. hæredes. palam. ff. de testam.* Sed si non fuerit retentum aliquod memoriale, tunc habent testes deponere singulariter super singulis capitulis in requesta, dispositionem testatoris continente descriptis: & eorum dispositiones debebunt registrari per notarium publicum, vt in simili fit in redactione actorum. *c. quoniam contra falsam. de probat.* Et si nulli appareant contradictores, examinatis ipsis testibus, eorum dicta publicabit, & pronuntiabit publicationem ritè factam: ac tantam fidem illi scripturæ esse adhibendam, quantam adhiberi originali voluntati defuncti, si in scriptis eo mandante & iubente, redacta fuisset. Et de omnibus his debent fieri acta. Et his pactis talis scriptura tanquam publica vbique probabit *per ea quæ colliguntur per Doc. in l. publicati. C. de testa.* Si verò appareant contradictores volentes impedire publicationem, tunc summatim discutietur contradictio, an scilicet sit sufficiens ad impediendum publicationem, vel non.

¶ Nec † aliter testamentum, quod in scriptis secretum factum est, aperietur, quàm iudicis aut magistratus authoritate. nam si hæres aut legatarius propria authoritate aperiat, præter priuationem hæreditatis aut legati amissionem, centum etiam aureorum pœna mulctabitur. *vt not. com. Doct. post Gloss. in l. si quis graui. §. quod ad causam, in l. in cognitione, & lege Cornelia, §. ex hoc, ff. ad Syllan. & Claud.* 38

¶ Et est † aduertendũ, quòd si hæres nominatus tendat solummodo in suis requisitis ad publicationem testamenti, & non ad missionem in possessionem ex testamento publicando, tunc nullus esset legitimus contradictor, nisi appareat aliquis, qui diceret & iustificaret se esse hæredem ex testamento eiusdem testatoris præcedenti, habente clausulam derogatoriam, cuius non esset secuta reuocatoria in secundo *per gloss. in l. fin. C. de* 39

edic.diui Adri.tollend. Sed si hæres nominatus in requesta, concluderet non solum ad publicationem, sed etiam ad missionem in possessionem, tunc possidens ex alio titulo testamenti: putà, ex venditione, donatione, vel permutatione habita à testatore: licet talis non posset impedire publicationem, impediet tamen missionem in possessionem, donec discusso negocio potioritatis tituli secundũ mentem gl. & Doct. *in d.l.fin.* Et discussis viribus tituli similis vel dissimilis magistratus, vel iudex eũ mittet in possessionem, qui potiorem titulum habet: debebunt tamen tales contradictiones breuiter terminari *per l.ij.eo.titu.de edic.diui Adri.* ¶ Qualiter autem † codicilli conficiantur? dic, quòd possunt fieri codicilli cum scriptis, vel sine scriptis, *vt vult glo.sup.rub.Insti.de iure codi. & eo,tit.§.non tantum. & l.ab intestato.ff. de iure codi.* Oportet tamen, quòd siue † ex testamento, siue ab intestato fiant, semper personæ sint tales, cum quibus testamenti factio sit. vt in testamentis dictum est. *ff.de iure codi.l.diuus.§.penult.* Et habent aliqua conuenientia & aliqua disconuenientia testamentum & codicilli. Nam sicut potest quis † plura testamenta facere: ita & plures codicillos. *l. si quis cum. ff. de iure codicil.* ¶ Item & † quemadmodum testamentum nuncupatiuum potest fieri sine scriptis, vt suprà visum est: ita & codicilli. Glo. insti. de codicill. super rub. ¶ Differunt † tamen in aliis: quia quamquam in testamento relinqui possit hæreditas, seu directè institui, vel substitui: in codicillis tamen non, quinimmò institutio in eis directè facta trahitur ad fideicommiss. *l. Scæuola. ff.ad Trebel.* Item differunt, quia per secundum testamentum rumpitur primum: sed non per secundũ codicillum rumpitur præcedens, nisi expressè caueatur. *l.cum proponas.C.de codic.* nisi esset tertium derogatorium primi per contraditionem voluntatis. *vt in d.l.cum proponas.* Item quia maior numerus testium requiritur in testamentis, quàm in codicillis regulariter, vt dictum est. Item differunt quia per agnationem posthumi rumpitur testamentum: sed per agnationem posthumi non rumpitur codicillus eius qui ab intestato codicillauit. *d. l. si quis: cũ primò respon. ff. de iure codi.* Item quia in testamentis, vt suprà visum est non possunt esse testes, nisi rogati: & tamẽ in codicillis possunt esse fortuiti. Item quia in testamẽtis

40 41 42 43 44

oportet

oportet teſtes eſſe maſculos: in codicillis verò fœminæ poſſunt eſſe teſtes.*vt not gl.in d.l.fi.C.eo. & videtur probari in l.qui teſtamento.§.mulier.ff.de teſta.* ¶ Et no. quòd ſi quis vult † perfectæ valere ſuam vltimam voluntatem in omnem caſum & euentum, apponat clauſulam codicillarem ſequentem: videlicet. *Et ſi non valet vel valebit iure teſtamenti, valeat iure codicillorum, vel cuiuslibet alterius vltimæ voluntatis.* Nam magni † eſt effectus iſta clauſula *per ea quæ leguntur & notantur per Docto. ff. de teſta. mili.l. iij.in fi.& ff.de vulg.ſuſti.l.cohæredi. §. cum filiæ.& C.de codici.l.fi.§.illud quoque.& ff.de iure codi.l. conficiunt. & ff.de verbo.obli.l.ſi ita ſtipulatus fuerit.§.j.& l.ſi à colono.eo.ti.* Et videtur gl.fi.hoc declaràre.*Inſti.de pupil.ſubſti.§.maſculo.* & plenè per Doc.*in authent.ex cauſa.C.de liber.præteri.*

45

46

De Subſtitutionibus.

Rvb. III.

Argumenta.

1. Subſtitutionum materia, vt ſubtilis, lata, diffuſa & profunda.
2. Huius rubricæ ſummaria duo quæ.
3. Subſtitutionum intellectus, vt ſecundum vim verborum diuerſificentur.
4. Subſtitutio per quæ verba fieri ſoleat.
5. Subſtitutionum verba quæ merè directa.
6. *Hæredis* verbum quid denotet, & vt directum ſit. nu. 7. & 9. vt ratione adiuncti flectatur. nu. 8.
9. Hæres & Hæreditas quid differant.
10. Subſtitutionum verba merè obliqua quæ.
11. Hæreditas quomodo patri vel domino quæratur filii vel ſerui miniſterio.
12. Subſtitutionum verba analoga quæ.
13. *Subſtituo* verbum, vt eiuſdem ſit compoſitionis, ac *Inſtituo.*
14. *Subſtituto* verbum, vt ſit directum: & vt non merè, ſeu ſimpliciter. nu. 19.
15. *Subſtituo* & *Inſtituo*, ad quod gradus referantur.
16. *Inſtituo* verbum, vt ad ſecundum gradum relatum ſit analogum.
17. *Conſtituo* verbum, quomodo in teſtamento accipiatur.
18. *Inſtituo* verbum, vt ad primum gradum relatum quandoque flectatur ex vera teſtantis voluntate.

55. Sub-

84. Substitutio pupillaris vt fiat dupliciter tacitè & expressè.
85. Substitutio pupillaris vt præsupponat hæredis institutionem.
86. in Substitutione pupillari quæ requirantur. vid. & nu.88 89.
87. Substitutio pupillaris an locum habeat in filio naturali legitimato per Principem post patris mortem.
90. Substitutionis pupillaris effectus vt sit multiplex, & vt contineat tacitam vulgarem. vid. & inf. nu.106. & 107.& seq.
91. Substitutio pupillaris expressa vt fiat aliquando adiecta conditione *Si hæres erit* &c.
92. Voluntatum vltimarum interpretationi vt sit fauendum.
93. Substitutione pupillari vt succedatur pupillo directò & immediatè.
94. Substitutio pupillaris expressa, si iure directo non valeat, an trahatur ad fideicommissum.
95. in Substitutione pupillari vt de substitutis aduertendũ.
96. Substitutio pupillaris expressa, vt viam intestati excludat quamdiu potest.
97. Substitutis pupillaris, an monasterium quòd pupillus est excludat, quemadmodum excludit venientes ab intestatò.
98. Substitutio pupillaris tacita, an excludat matrem puberis.
99. Testatoris mens vt sit semper præsumenda in successionibus secundum ordinem charitatis vt sibi proximiores in hæreditate & bonorum possessione adeunda potiores habeat: cùm maximè conferant pietas & charitas ad limitandas & interpretandas decedentium voluntates.
100. ex Substitutione pupillari tacita, quando & quibus casibus testator matrem succedere voluit.
101. Mater cùm vt tanquam indigna à successione filii repellitur: an locum faciat substituto.
102. Substitutio vulgaris tacita in expressa pupillari contenta, an matrem excludat.
103. Substitutus patruus an excludat liberos nepotis.
104. Substituta vulgariter auia paterna nepoti impuberi, an tacita pupillaris sub illa comprehendatur.
105. Substitutio pupillaris tacita contenta in vulgari, an excludat fratrem.
106. Substitutione pupillari expressa substitutus extraneus vt hæreditatem pupillarem agnoscere cogatur.
107. Substitutus substitutione pupillari vt fiat necessarius hæres pupillo.
108. Substitutionis pupillaris effectus, quando & qualiter operentur.

109. Sub-

138. Substitutio compendiosa facta pagano verbis directis impuberi, cum distributiuo temporis post pubertatem, An valeat iure fideicommissi.
139. Substitutionis compendiosæ à pagano filio impuberi factę per verba communia seu analoga statura quę.
140. Verba communia substitutionis quæ.
141. Testatore pagano substituente filio instituto tantum per verba, *Si sine liberis decesserit*. An idem iuris sit, ac si per verbum distributiuum *quandocunque*, substitutio facta esset.
142. Verbis directis communibus vel analogis, in substitutione mixtis quid iuris.
143. Institutio compendiosa à pagano facta quomodo expiret.
144. Testatore instituente filium, & inde substituente compendiose hoc modo, quandocunque filius meus decesserit.
Lego tali bona mea, qualis hæc sit substitutio.
145. Testatore dicente, *Filio meo impuberi si decesserit, talem substituo*: an per verbum *impuberi*, videatur limitata substitutio ad tempus pupillaris ætatis.
146. Codicillaris clausulæ in substitutionibus apponi solitæ tenor. Et vt etiamsi in fine testamenti sit posita, nihilominus repetita in qualibet eius parte cēseatur. nu. 147. Vt de eius vi & effectu agitur.
148. Testantis vltima voluntas coniecturata, quibus modis flectatur, vt iuris rigor in ea cesset.
149. Heredes plures instituti vel substituti cōiunctim, qualiter succedere debeant.

POstquam præmisimus aliqua, licet pauca, De materia testamentorum: nunc videndum est de substitutionibus. Verùm, quia † materia subtilis, lata, diffusa, & profunda est, aliqua quotidiana & practicabilia colligā, reliquā solertibus iurium inquisitoribus relinquendo. ¶ Primo igitur quæram, Quibus verbis fit quilibet institutio. Et secundo, Quot sunt effectus cuiuslibet substitutionis. Sed præmittenda est differentia, quam iura. Gloss. & Docto. assignant inter verba merè directa, merè obliqua, & communia siue analoga, quorum cognitio seruiet ad omnes species substitutionum, ex eo quòd secundum † vim verborum diuersificantur substitutionum intellectus. Et ideo præmitto, quòd quandoque † substitutio fit per verba merè directa: putà, *heres esto heredem instituo*, vel similia. Quandoque per verbum analogum: putà, *Substituo*. Quandoque

per

per verba communia: putà *deuoluatur, perueniat, deueniat, pertineat, reuertatur*, *vel redeat* & similia. Aliquando per verba obliqua, vel precaria: putà, *Rogo, peto, volo, quòd det vel restituat* vel impersonaliter, *quòd detur vel restituatur* & hæc est obliqua. Et horum omnium tam ex parte conditionis, quam ex parte dispositionis varius est effectus. Et dic, quòd merè † directa sunt illa, per quæ ex propria virtute verborum quis immediatè vocatur ad ius existentię hæredis illius, de cuius hæreditate agitur, seu in cuius hæreditate facta est substitutio. Vel clarius, verba directa sunt illa, per quæ dirigitur hæreditas in institutum, sine alterius quàm (solius) testatoris ministerio: vt cum testator disponit per hæc verba, *hæres esto, vel hæredem facio*, vel *ordino* vel *Instituo* vel *hæredem mihi substituo: hæreditatem illi relinquo* vel *volo quòd hæreditas mea cadat in illum* prout colligitur *Instit. eo. & C. de testa. l. quoniam. ff. de hære. insti. l. his verbis.* Nam hoc verbum † *hæres* proprio sensu verbi, notat ius hæreditarium ciuile, directum, & immediatum in ea hæreditate, in qua est adiectum. Nam bene sequitur, quòd in illis verbis est hæres directè & immediatè ciuilis successor. Et notanter dicitur, in hæreditate, in qua adiectum est: quia ex vulgari directa immediatè fit hæres in hæreditate testantis, ex pupillari directa immediatè. & in hæreditate pupilli, siue impuberis, & etiã in hæreditate furiosi immediatè est hæres testantis. Et hoc, si impubes fuit hęres institutus: si autẽ est exhęredatus, tũc solius impuberis fit hæres, non esset testatoris. Quod autem † verbum *hæres*, sit verbum directum: verũ est regulariter, quoniam quandocunque flectitur ab obliquũ, vel ex qualitate, seu ex defectu solennitatis, vt quia in minus solẽni voluntate, seu testamento institutus est, quòd testator legitimum voluit haberi, *vt l. codicillis. §. fi. ff. de leg. ij.* vel codicillis testamento per fideicõmissum cõfirmatis, *vt in l. cũ quis. §. Seya. de leg. iij.* vt in pupillari substitutione in codicillis facta, *vt l. Sceuola. ff. ad Trebel.* quę licet aliqui contradicãt, debet intelligi in substitutione verbis directis facta, Quod patet ex eo, quod dicit, Ex benigna interpretatione valere iure fideicommissi. Si enim esset facta per verbum commune, non esset opus benigna interpretatione: Sed ex verborum communi consensu iure fideicommissi valeret.

5

6

7

8 ¶ Item flectitur † verbum *heres*, ratione adiuncti, si iūngatur verbis precariis alterius factum exigentibus: quale est verbum *Rogo, vel peto, vt l. filiusfamil. §. vt si quis ff. de lega. j. & l. pater filium. §. fi. de leg. iij.* ¶ Licet autem verbū †
9 *heres*, fit directum, siue in recto ponatur, *vt heres esto.* siue in obliquo, vt *heredem facio* vel *Instituo* vel *ordino*: verbū *tamen hereditas*, non est directum, sed potius commune:
10 siue in recto ponatur, siue in obliquo. Verba autem † merè obliqua sunt, quæ sola important ius obliquum mediatum, scilicet alterius onerati ministerium exigentia, vt sunt precaria, & fideicōmissaria, vt Rogo, peto, volo, mando, quòd facias ad Ticium pertinere, & similia, *ff. ad Trebel. in pluribus legibus. & Insti. de fideicom. here. §. in primis.* sic quòd, quia ad eorum effectum alterius institutiones requiruntur, obliquantur, seu in obliquum coartantur *vt l. vbi purè. ff. ad Trebel. in prin.* ¶ Nec obstat † præ-
11 dictis, quòd filiofa. vel seruo alieno instituto acquiritur patri vel domino ministerio filij vel serui: & tamen ius directum quæritur patri vel domino, quia ibi non exigitur ministerium onerati, sed solius instituti, qui si sit filiusfamilias, eadem persona iuris ministerio censetur cū eo qui sit hæres. *vt l. fi. C. de impu. & ali. substi.* Vel si sit seruus, dominus eius capiat. *vt Insti. de noxa. §. omnes autem.* Et ex persona domini ius capiendi habet *vt l. debitor. §. seruo. de leg. ij. & C. de here. insti. l. neque per se.* ¶ Verba verò †
12 analoga, sunt illa quæ propriè & per prius important ius directum: Sed posterius & impropriè notant ius obliquum. vt est verbum *Substituo*, quod aliquando dicitur esse cōmune *l. iam hoc iure. §. sed si alter. ff. eod.* Tamen nō est verum, quod sit simpliciter commune: quia verbum cōmune indifferenter se habet ad ius directum & obli-
13 quum ex proprio significato verbi. Sed verbum † *Substituo*, est eiusdem compositionis, quod *Instituo*, sola existente differentia in syllaba, sub qua nil mutatur in sensu verbi *Instituo*, nisi quòd notat posteritatem seu inferio-
14 ritatem gradus. Constat † autem, quòd verbum *Substituo*, est verbum directum, & quòd sit directum, probatur *in l. tutores qui. §. heres. ff. de admi. tut. & l. Latinus. de legа. ij. & l. recusare. §. Ticius. & j ff. §. ad Trebel.* Quibus apertè dicitur, quòd fideicommissum vniuersale, non est substitutio, nec fideicommissarius, substitutus. Et hoc

est

est verum, propriè, strictè, & propriè sumpto vocabulo: sed latè & impropriè, posterius dicitur substitutus: *vt l. Ticia. §. Seja. ff. de lega. ij.* Et patet, quòd propriè & per prius est directum: sed impropriè & per posterius est obliquum, vt dixi. At instabis, Verbum *Instituo*, est merè directum: ergo verbum *Substituo*. eadem ratione non est directum, vt patet ex præmissis. Respondeo, † verbum *Instituo*, propriè refertur ad primum gradum. Et primus, est semper directus & immediatus: aliquando tamen, vt subdicetur, trahitur ad secundum. Sic & pariter, verbum *Substituo*. quod licèt semper de suo proprio significato referatur ad secundum gradum: tamen quandoque, vt visum est, per impropriationem trahitur ad primum. Et idéo viceuersa, verbum *Instituo*, relatum ad primum gradū, potest quandoque impropriari: cùm omnis substitutio, sit institutio, *vt l. j. §. si filio. ff. ad leg. Falc. ff. & in l. Gallus. in princ. de liber. & posthum. & quod ibi not.* verbum vbi exponitur *Institutio. i. substitutio.* Et sic posset adaptari impropriè & per posterius ad fideicommissum. Nam fideicommissarius est institutus: *vt l. qui quadraginta. ver. nam hæres. ff. ad Trebel.* vnde si testator extraneo Ticio hærede instituto diceret, *Si Ticius post annum adita hæreditatis decesserit. Seyum instituo*: non adiecto verbo *hæredem*: seu *Talis institutus esto*, non adiecto verbo *hæres*. Certum est, quòd his verbis esset fideicōmissum ritè relictum, perinde ac si dixisset, *Substituo*. & facit. *d. l. qui quadraginta. & l. Gallus. in prin.* Nec obstat. *l. ij. & iij. §. & si ita. de hære. insti.* quia ibi subauditur verbum *hæres*, ne substitutio sit inualida: hic autem non subauditur, ne substitutio vicietur, cùm in terminis suppositis non posset esse directa, nisi in milite. *l. idem in prin. de mili. testa.* Sic etiam † hoc verbum *Instituo*, relatum ad secundum gradum, est analogū: quia quandoque per posterius impropriè est obliquum, seu indirectum: scil. quando refertur ad secundum gradum obliquum. sicut verbum *Substituo*, relatum ad primū gradum. ¶ Idem † in verbo *Constituo*, ex vi paris dispositionis. Nam verbum *constituo* per prius, est directum: *vt precibus C. eod.* & per posterius est obliquum. *vt d. l. qui quadraginta.* vnde si dicat testator, *Ticium filiū impuberem hæredē instituo: Et si in pupillari ætate decesserit Seyū sibi constituo.* vel simpliciter *constituo*, absque verbo *sibi* erit dire-

15

16

17

cta substitutio, ac si dixisset, *Substituo.* & hoc *arg. dict. l. precibus.*

18 ¶ Item † verbum *Instituo*, relatum ad primum gradum, quãdoq; flectitur ex vera, vel præsumpta volũtate testãtis per casum notabilem *in prealleg. l. codicillis, §. fi. de leg. ij.*

19 ¶ Quod † autem dicitur verbum *Substituo*, non esse merè seu simpliciter directum: verum est, nisi addatur verbo merè directo: putà *Heredem substituo*: quia tunc propter adiectionem verbi directi, coarctatur ad ius directũ. *vt l. coheredi. §. fi. ff. de vulg.*

20 ¶ Verba autem † communia sunt, quæ vtroque modo directum & obliquum, seu alterutrum, ex vi verbi, pariter important: qualia sunt verba *Succedat, perueniat, pertineat, deueniat.* & huiusmodi similia.

21 Item † & verbum *Relinquo.* nam bene sequitur, *Esto heres.* ergo successor: *vt l. nihil aliud. & l. heredis appellatione. de verb. sig. & l. potuit, C. de iure delibe.* Item sequitur, Est fideicommissarius, ergo successor, *vt l. cogi. in prin. ff. ad Treb. & l. non ea. eo. ti.* Item est hæres, ergo ad eũ pertinet, quod pertinuit hæreditati. *vt l sciendũ de verb. sig. & l. si auia. C. de iure delib.* Itẽ econtra. Est successor, vel Ad eum pertinet hæreditas, non magis infertur, Ergo est hæres, quàm est fideicommissarius: hec ecõtra. Item & verbum *Perueniat*, ad vtrumque ius trahitur, seu vtrique cõuenit. *l. heredibus. §. Titius. ff. ad Trebel. iuncta l. cum virum. C. de fideicommis.* & sic de singulis, vtpote ex sensu verborum. Et prædictis patet, quòd licet verb. *heres esto vel heredem instituo* vel *facio* sit merè directa: tamen verbum †

22 *Hereditas* est commune, siue ponatur in recto, vt *Volo quod hereditas mea sit Titij*: siue in obliquo, vt *Hereditatis meæ sit dominus*, vel *Hereditatem meam Titio relinquo.* Hæc omnia verba possunt verificari ex iure directo. *vt l. his verbis. in prin. ff. de here. insti.* & etiam ex obliquo. *vt l. facta. in prin. ff. ad Trebel. & ibi no.* Nec † obstat, quòd ver-

23 bum *Dominus* videatur esse directum: sicut verbum *Heres. arg l Sceuola. ff. ad Trebel.* cùm eundem effectum important *Insti. de here. quali. & differen. §. pen. & fac. quod nota. in d. l. his verbis.* vbi Glo. rationem assignat. quia hæ-

24 res † & dominus idem sunt, quia illa glo. non debet simpliciter intelligi: sed quòd tenetur vt genus & species. nam bene sequitur Hæres est, ergo dominus. *vt in l. cum heredes: in princi. ff. de adquir. vel amitt. poss.* Sed non con-

uerte-

uerteretur, Est dominus, ergo hæres. vt sentit Glo *in l j. de bo.pos ff.* Ex quibus concluditur, quòd verbum *Dominus*, est commune.

¶ Et quamquam per præmissa satis pateat doctrina diuersitatis verborum in institutionibus occurrere solitorum, & de eorum interpretatione: clariùs tamen potest dictorum verborum per sequentes regulas dari doctrina. Et primò † in verbis directis, in quibus. Prima regula est ista, Quod verbum directum, quod de se importat tale ius, ex quo potest recta via adiri hæreditas, de iure prætorio est directũ. Secunda regula datur, Quod omne verbũ importãs, vt *Succedatur*, immediatè & vniuersaliter testatori est, & dicitur directũ *ita no. in l. eam quam. C. de fidecommiss.* Tertia regula datur, Quod verbum directum significat successionem descendere ab instituto deficiente, in substitutum immediate & incontinenti. ita dicit Gloss. *in d. l. eam quam.* Quarta regula datur, Quod omne verbum prolatum à testatore, quod excludit omne ministerium alterius in substitutione vniuersali, est directum, iuxta theoricam *l. si quis. cum ibi not. ff. de vsufruct.* 25

¶ Item circa † verba obliqua dãtur istæ regulæ, quarum prima est: Illud est verbum obliquum, quod requirit factum & ministerium alicuius ad transferendum ius hæreditarium in alterum. Secunda regula est, quod Omne verbum, quod importat tale ius, ex quo non possit adiri hæreditas, nec bonorum possessio peti. est verbum obliquum. Tertia regula est, quod Omne verbum, per quod mediatè succeditur testatori, est obliquum. Quarta regula est, quòd Nullum verbum est ita directum, quòd si positum sit in alterius ministerio, quòd non efficiatur obliquum *vt l. ex facto. ff. ad Treb.* Quinta regula datur, quòd Capere de manibus alterius. quam testatoris, congruit substitutioni obliquæ, seu fideicommisso vniuersali. Sed mera restitutio facti rerum hæreditariarum, quę fit habenti ius hæreditarium de per se, conuenit substitutioni directæ *vt l. inter omnes, cum ibi nota. ff. qui satisda. cog.* 26

¶ Item circa † verba communia dantur istæ regulæ quarũ prima est, omne verbũ, quod ęquè propriè stat sub significatiõe verbi directi & obliqui, adiectũ substitutioni 27

vniuersali,est commune.Secunda regula datur,quod Omne verbum, quod quandoque reperitur in significatione verbi directi,& eius effectũ importat, & quandoque in significatione verbi obliqui, & eius effectum importat,est commune:eo quia eius significatio conuenit pluribus speciebus substitutionum. ¶ Et † vt non procedamus per ignota, ponamus exempla. Et primò de verbis directis: vnde verbo *Instituo, hæres sit* vel *esto:dominus sit* vel *esto* &c. *Adijcio,adiudico,assigno,do, cedo, concedo : accrescat* : Vnde, si testator dicat sic: *Instituo filium meum hæredem: & quandocunque decesserit,talem instituo:* vel *Talis hæres sit* vel *hæres esto* vel *Hæreditatis meæ dominus sit* vel *esto*:vel *Tali bona mea adijcio*, assigno,*do,cedo,concedo, adiudico.* vel si dicat *bona mea deueniant,* aut *perueniant ad talem ipso facto* tunc propter istud adiunctum *ipso facto*,illa verba *Perueniant* seu *deueniant*, sunt in officio verborũ directorum: licèt de sui natura sint communia. quia illa verba *eo ipso*,operãtur siue ministerio alicuius hominis, ita exponitur *vt notatur in ca.eum qui. extra de præben. lib. vj.& l.fi.C.de sacrosanct.eccle.per Docto.*verba autem prædicta, & alia similia, includunt dispositionem & executionem dispositionis quanti iuris est. ¶ Item exempla † verborum obliquorum sunt, *Detur,restituatur, tradatur, reddatur,Det,reddat,tradat,restituat.* Nam ista verba,ministerium alterius includunt: ergo sunt obliqua, seu fideicommissaria,per regulas supradictas. ¶ Item † exempla verborum communium sunt, *Substituo, perueniat.deueniat succedat,reddat,deuoluatur hæreditas mea*,&c.vel per alia verba similia. ¶Et sciendum est,quod † in significatione istorum verborum tam directorũ, quàm obliquorum & communium,est attendenda consuetudo,seu modus significandi per consuetudinem. nam consuetudo † loquendi, potest dare intellectũ & quendam modum significandi vocabulis *iuxta not.in l.liberorum.§ quia tamen Cassius.ff. de leg.iij.* ¶ Vlterius est † sciendum, quòd per quæcunque verba,siue per verba merè directa,siue obliqua,siue communia,fiat prima institutio,non refert:quia semper est directa institutio.Et ille censetur esse institutus iure directo.*per l.quoniam.C.de testa.cum ibi not.*Et distinctio prædicta verborum attenditur & consideratur in secunda institutione,seu in substitutione.

28 29 30 31 32 33

¶ Vlte-

¶ Vlterius † est sciendum vltra prædicta, quòd verborum directorum quidàm sunt directè ciuilia tantum, & quædam directa directè, de quibus dicetur infrà in materia substitutionis compendiosus. ¶ Nunc de † speciebus & effectibus substitutionum dicendum. Pro quo præmittemus, in qualibet differentias verborum testantium & qualitatum hæredum, ac substitutorum constitui. Et licèt qualitas seruilis multas constituat differentias in materia institutionum & substitutionum, de quibus ad omnes amplectendas differentias dicendum foret. ea tamen omittam, ne vtiliter prætendam hoc volumen, ex eo, quòd in † præsenti regno Franciæ cessat seruitus, cũ in eo omnes sint liberi: frustrà igitur esset hîc de illis tractare; cùm eorũ theorica non reducatur ad praxim. ¶ Videamus igitur primò † de vulgari substitutione tria quæsita. Primum, qualiter, siue Quibus modis verbísve fit: secundo, qualiter expirat: & tertio, Quales sunt eius effectus. Ad primum quæsitum, dicendũ est breuiter, quòd † Vulgaris substitutio fit aliquando expressè; aliquando tacitè, aliquando partim expressè & partim tacitè. Expressè adhuc fit tripliciter: scil. per specialem verborum expressionem, aut per specialiorem, vel per specialissimã. Per specialem adhuc dupliciter: quia aut verbis negatiuis: aut verbis affirmatiuis. Affirmatiuis, vt quia dicit testator *Substituo eum vulgariter* vel *in primum casum* quòd idem est. *l. Lucius. ff. de hære. insti. & l. precibus. C. eod.* vel quia dicit testator, *Quisquis mihi hæres erit, sit hæres filio meo.* vel *Hæredes meos inuicem substituo tales* &c. Sciendum tamen est, In istis vltimis exemplis substitutionis, verbis appellatiuis factæ, quòd illã verba appellatiua non referuntur ad hæredes hæredum scriptorum: neque referuntur, nisi ad eos, qui scripti fuerunt hæredes, non autem si aliquis efficiatur hæres per alium: vt putà pater † per filium, dominus per seruum: quia tales non vocantur vigore substitutionis, sed iuris ministerio. *ff. de vulga. l. cum filio. l. si in testamento hæredes. cum concor. & Insti. de vulga. §. sed & si ex disparibus. ff. ad Trebel. l. quotiens.* Quandoque fit verbis negatiuis, vt dictum est, & supple importantibus conditionem, hoc modo, *si hæres non erit, talis hæres mihi esto, vt in l. ij. in prin. de vulga.* Aliquotiens verò fit verbis specialibus: quia dicit, *Si hæres esse non potuerit,*

34 35 36 37 38 39

vel *noluerit, talem substituo.vt in l.Lucius Titius qua fratrem, ff.de hæred.instit. & l.cum proponas. C.eod.* Quandoque in verbis specialissimis: puta: *si hæreditatem repudiauerit*, vel *Si abstinuerit*, vel *Si me viuo decedat:* vel *Si posthumus institutus non nascatur*, vel *Si posthumus abortiatur*, prout hæc exempla probantur *in l.si quis ita hæres instituitur.ff.de hære. insti.l.Gallus.in prin.ff.de libe. & posthu.l.cum in testamento, in prin.ff.de hære.insti.l.fi.C.de insti.& subst.sub condi.* Quæ quidem exẽpla cõprehenduntur sub casu nolentiæ, aut impotentiæ expressæ substitutionis vulgaris. ¶ Et est

40 sciendum, quòd † casus nolentiæ trahitur ad casum impotentiæ:& econtra. *per l.Gallus.in §.& quid si tantum.ff. de lib. & posthu. & in d.l.fi. de insti & subst.sub condi.fac.*

41 ¶ Nunc videamus, Qualiter † fiat tacita vulgaris? Et

42 dicitur tacita:quia † nec in genere,nec in specie comprehenditur ex vi verborum,sed ex legis mente præsumpta, seu coniecturata. per quam præsumitur testatorem voluisse prouidere post aditam hæreditatem per pupillum, & in casu desistentiæ venire secundò vocatos in vim vulgaris subintellectæ, *l.iam hoc iure.ff.de vulga. & in nota in l fi.C.de insti.& substi.sub condi.fac.* præsumendum enim est, testatorem voluisse prouidere suæ successioni in vtroque casu:videlicet adita hæreditate per pupillarem,& non adita per vulgarem.

43 ¶ Vltimo videamus de † mixta: scilicet de partim tacita & partim expressa:Et dic,quòd huiusmodi est, quòd substitutio vulgaris facta in vnum casum, scilicet nolentiæ, ex subintellecta mente testatoris, porrigitur ad casum impotentiæ,per ea quæ suprà dicta sunt. ¶ Ad se-

44 cundum † quæsitum, Quo scilicet quærebatur, Qualiter expiret?responsio est satis clara,quòd substitutio vulgaris per quam immediatè succeditur testatori, expirat, instituto adeunte hæreditatem. *l.post aditam. C.de impu. & ali.substi.cum suis concor.*

45 ¶ Sed † quæri potest, An substitutio vulgaris possit aliquo casu fieri sine expressa institutione? Et dic, quòd sic,hoc modo,*si legitimus hæres mihi non erit,talis hæres esto,* vt colligitur *ex l.si quis ita, & ex l.cum in testamento. ff. de*

46 *hære.instit.cum concor.* ¶ Sed dubitatur, An † per aditionem vnius hæredum, extinguatur substitutio alterius cohæredis non adeuntis? Et dic, quòd si substitutio fuit

facta

facta copulatiuè, seu coniunctim, tunc expirat *per ea quæ leguntur & not, in l testamento. C. de impu. l. j. §. pro secundo. C. de ca. tol.* Sed si disiunctiuè, seu disiunctim, tunc expirat quo ad adeuntem tantum. *l. pen. ff. de iniusto rup. & l. duobus. §. filium l. cum filio. §. fi. l. cohæredi, §. cohæres. ff. de vulgari.*

¶ Sed ponamus, quòd testator † fecerit plures gradus substitutionis vulgaris, An per aditionem primi, expirent alij gradus? Et dic, quòd sic *per. l. cum in testamento*, aliàs *in testamentum. ff. de hæredi. insti. & facit. l. si mater in §. fin. ff. de vulga.* 47

¶ Sed pone, † quòd aditio nō durat, putà, quia minor adiens, restituitur aduersus aditionem, An veniat aditione non durante substitutus? Et dic, quòd sic, quia sufficit fuisse adimpletam conditionem *arg. eorum quæ leguntur & not. in l. ex contractu. ff. de re iudi.* ¶ Superest videre de principali & practicabili quæsito, scilicet † Quales sunt dictæ substitutionis vulgaris effectus? Et quia satis est hæc materia trita *per tex. Glo. & Docto.* paucis absoluam: & dico, quòd vulgaris substitutionis reperiuntur esse quinque effectus principales. Primus in hærede sui iuris, quem testator sui iuris esse sciebat per illa verba vulgaria, *si hæres non erit*, quæ alium ex se producūt effectum ex subintellecta mente testantis: videlicet, vel mutata conditione alium hæredem non fecerit. *l. iij. cùm ibi not. C. de here. insti. & de vulga. §. fi. & in l. si paterfamil. T itiū. ff. de here. insti.* Secundus effectus est, quia testamentum potest sumere vires à substitutione vulgari. *l. iij. §. fi. ff. de libe. & posthu.* quia testamentum à secundis tabulis potest accipere vires *per l. j. § pro secundo. C. de cadu. toll. & ibi Glo. & l. Thais. §. Spendophorus. ff. de fideicommiss. lib.* Tertius effectus est, quia expressa vulgaris continet tacitam pupillarem *d. l. quamuis. C. de impub. & l. fi. C. de insti. & sub sti. sub condi. fac.* Quod intellige & limita, si alia non sint verba restrictiua contrariam voluntatem testantis indicantia: quia secundum illam restrictionem oporteret limitare verba & mentem testantis, eo quòd adiectio qualitatis coarctat orationem cui adiicitur. *l. prælatus. ff. de au. & arg. leg. & l. commodissimè. ff de liber. & posthu.* Et quòd verba qualificatiua restringāt effectum substitutionis hoc clarè probat. *l. si pater. ff. de vulg. & pupill.* 48 49

¶ Stantibus tamen verbis † generalibus sine restri- 50

ctione tunc vulgaris facta impuberi, continet tacitam pupillarem *per d.l.iam hoc iure.ff.de vulga.* Fallit tamen in multis casibus. Primo si appareat de contraria voluntate defuncti *d.l.iam hoc iure, in fi.* Quia † voluntas testatoris in his limitat dispositionem iuris *per §.disponat.in authent. de nup.Nouell.22.* Secundo fallit in casu. *l.fi.prædicta. C.de insti. & substitu. sub. condi.fac.* Quando scil. mater est in medio. Nam quandiu mater est in medio, dicta pupillaris continetur in ipsa vulgari conditionaliter: videlicet si viuat & succedere velit. quia si mater supermoriatur, aut succedere nolit, non transmittit priuilegium, vt sentit. *d.l.fi.in fi.* Et ideo viuente matre sumus incerti, an pupillaris contineatur in vulgari, vel non: quia id futurus euentus declarat. Nam si mater superuiuat, & velit succedere, non subintelligitur seu concluditur pupillaris, saltem actualiter & effectualiter, & habitudinaliter, quæ potentia & habitudo reducuntur ad actum, hoc est, ad effectum pupillaris subintellectæ, si mater scilicet durante pupillaritate sui pupilli decedat: aut se nolle succedere declaret, quia tunc elucescit virtus dictæ pupillaris, secundum not. *per Glo. & Doct. in d.l.fi. & in l.precibus. C.de impu. & ali. substi.* Et est dicta pupillaris, subintellecta matre viuente, impedita producere effectum: sicuti virtutes intellectuales animæ pupilli impediuntur in earum operatione, propter inhabilitatem organorum corporis. quemadmodum per habilitationem organorum, quæ fit adolescente pupillo, anima intellectiua exercet suas operationes, quas etiam à prima sui creatione habitualiter habebat. ita sublata de medio matre, vel declaratione facta, quòd non vult succedere: illud velamen priuilegij maternalis tollitur, quòd impediebat virtutem operatiuam dictæ pupillaris subintellectæ, quæ exinde operatur fauore substituti. Quod limita, nisi pater esset in medio, quia priuilegium maternum extenditur ad paternum. Nam si auus substituat vulgariter nepoti ex filio & in pupillari ætate existenti: tunc tacita pupillaris subintelligitur cũ conditionibus prædictis, de quibus dictũ est in matre, non enim est verisimile, auum suæ soboli extraneũ substitutũ præferri voluisse *vt l.generaliter. §.cũ autẽ.eo.ti.C.de insti. & substi.sub condi.fa.* Et breuiter in his, & aliis

& aliis subauditionibus, semper recurrendum est ad mentem testantis, & considerandum, quid verisimilius voluerit, vel senserit testator. *l. Lucius. in fi. ff. de here. insti.* vbi bonus casus *in d. §. cum authent.* Tertiò fallit, quando ex subauditione pupillaris resultat inæqualitas: quia tunc vna subintelligitur in altera *per l. quamuis. C. de impub. &c.* & in hoc casu nil operatur priuilegiũ maternũ, sed datio inæqualis cohæredis: & ideo mater non exclu ditur à successione impuberis defuncti in vim alicuius subintellectæ pupillaris substitutionis: quia non potest subintelligi, propter inæqualitatem personarum, ex eo, quòd illa determinatiua substitutio, non posset æqualiter determinare mentem testantis, cum puberi non possit pupillariter substitui. Item fallit in casu. *l. si pater filium impuberem. ff. de vulga.* secundum vnum intellectum, intelligendo, quòd pater in casu illius legis substituisset vulgariter: Sed intelligendo, quòd substituisset pupillari ter, non esset casus fallentiæ. Quia in vna pupillari, alia non subintelligitur, ex eo, quòd expressum † cessare facit tacitum. *l. ille aut ille. §. cum in verbis. ff. de leg. iij.* Et ratio, quare in casu illius legis, præsupposito, quòd vulgaris fuisset substitutio, non subintelligatur pupillaris est, quia testator vnum casum omiserat, per quem posthumum reperiebatur præteritus: & sic testamentum nullũ, & vulgaris non fuit sortita effectum. & sic ex se non potuit producere effectum tacitæ pupillaris. quia ad esse pupillaris præsupponitur existentia hæredis actu vel aptitudine: *vt in l. moribus. ff. de vulg.* Item fallit generaliter, vt plures casus sub isto comprehendamus, nam vbicunque ex apparentibus circumstantiis, aut coniecturatis voluntatibus, aliter testatorem sensisse præsumitur: putà, quia pietas vel charitas suadet testatorem subintel ligere voluisse pupillarem ex circumstantiis, & in fauorem eorum, qui in pietate vel charitate sibi proximiores existebant subintelligi. Et primum, quod est de charitate probatur *in l. cum acutissimi. C. de fideicom & in l. Lucius. § fi. ff. de here. insti.* Secundus verò probatur ad literã, *in c. si pater. de testa. lib. vj.* de quibus dicetur infrà in materia fideicommissariæ substitutionis. ¶ Quartus effectus † est, quia per dictam vulgarem substitutionem, succeditur immediatè testatori, & non ei cui est facta sub-

52

53

stitutio *Instit. de vulg. & pupilla. in prin.* Et ideò, si institutus repudiet, vel abstineat, substitutus pupillaris vigore vulgaris subintellectè in pupillari, succedet testatori *per præd. l. fi. C. de insti. & subsli. sub condi. fac.* de quo etiam dicetur, in materia pupillaris. ¶ Et est sciendum, atque notandum, quòd † quemadmodum nolentia aut impotētia, locum facit substitutioni vulgari: ita & abstinentia *per ea quæ leguntur & no. in l. Iulianus. ff. de acqui. hære.* & sic in casibus, in quibus in casu nolentiæ aut impotentiæ, locus est substitutioni pupillari, eisdem est in casu abstinentiæ *per lec. & not. communiter per do. in d. l. Iulianus.* ¶ Quintus & † vltimus effectus est, quia vulgaris substitutio facit de suo voluntarium *vt l. si filius, qui patri. ff. de vulg.* ¶ Quæritur vltra præmissa, An † substitutio vulgaris impediat transmissionem hæreditatis in alium. Pro quo præmitte, quòd substitutio † vulgaris habet duo capita: scil. impotentiæ, & nolentiæ. Et caput impotentiæ, habet tria membra: scil. impotentiæ naturali, impotentiæ iuris, & impotentiæ facti. Primò naturali, putà, quia instituitur posthumus, & non nascitur, vel natus viuo testatore moritur: *vt l. lex Corne. ff. e. ti.* De secundo: scil, de impotentia iuris: putà, quia primus gradus de iure non valuit vel tenuit, *vt in l. iij. §. fi. ff. de libe. & posthu.* vel quia conditio institutionis deficit. *l. qui sub conditione. ff. de hære. insti.* Tertio dictum est. per impotentiam facit: de qua *in l. cum quidam in prin. & l. Papinianus. ff. de acqui. her.* videlicet, quādo institutus reipublicæ causa aberat, & ibi decesserat: Et quia rationabile non erat, quòd eo tempore tempora deliberatoria ei currerent, vult Imperator ei succurri. Quia pater pro filio instituto facta restitutione adibit: vt aperit ibi Glo. Quod & in omni occupatione pro repu. procedit, eo quod omnis interpretatio in fauorem absentium & decedentium pro republica fieri debet *Instit. de excusa. tut. §. sed si in bello.* & hæc satis rationi conueniunt. ¶ De secundo † verò membro: scilicet nolimitatis, locus fit substituto: cùm scilicet institutus claré dixit: *Nolo esse hæres*, vel *Repudio* seu *Recuso*: vel aliquos actus gerit, ex quibus inducitur repudiatio. Quia per simplicem taciturnitatem, etiam si tacens moreretur, tempore deliberationis durante: non propterea fieret locus substituto: quia moriens non videtur repudiare, neque adire.

l. cum

l.cum antiquioribus.C.de iure deli. Et quandiu tacet, conditio substitutionis pendet. ideoque institutus decedens infra tempus deliberandi, transmitti ius deliberatorium ad suum hæredem *per ea quæ leguntur & no. in l. cum proponas.C.de here.insti.* Secus autem, si decedat post tempus deliberandi lapsum: quia tunc ius, quod esset extinctum, non transmitteretur, nec succederet substitutus ex dispositione aperta testatoris, propter peruersionem ordinis: sed succederet ex subintellecta, videlicet ex capite caducitatis *per l.vnicam.§.pro secundo, C.de cadu. tollen.* veruntamen ex vtroque idem resultat effectus. ¶ Quæritur † etiam, si testator tres gradus substitutionis vulgaris fecerit: puta, *Si Gaius hæres non erit, Ticius sit hæres: & si Ticius hæres non erit, sit Seius* &c. Gaius adit hæreditatē, an per aditionem ipsius Gay, per quam expirauit vulgaris. *l.post aditam, præall.* An similiter expirauerunt sequentes gradus? Et dic, quòd sic *per ea quæ leguntur & not. l.cum in testamento.ff.de here.insti.& l.si mater. ff. de vulgari, cum vtrobique not.* Et non solùm facit cessare gradus sequentes: sed etiam excludit ius accrescendi: *vt in §.si verò institutio, de here. & falci.coll.j.Nouel.j.* ¶ Possent addi alij tres effectus, quanquam aliqui ex præmissis dependeant: quia Testamentum † sumit vires à substitutione vulgari, quādo primus gradus est ipso iure nullus: putà, quia nulla iniusta, vel viciosa fuit ista institutio. *vt in l.iij.§.j.ff.de iniust.rupt.irri.quæ fac.test. & l.ei qui soluendo.ff. de here. insti.* Si autem ab initio primus gradus institutionis valuerit, sed postea desierit valere: putà, repudiatione, morte naturali, vel ciuili: tunc propter desinentiam transfertur efficacia iuris primí gradus in secundum. Et tunc non dicitur propriè incipere à secundo, sed continuari ad secundum: veruntamen idem est effectus.

59

60

¶ Sed pone, quòd † institutus aliqua ex causa efficitur indignus, & aufertur ei hæreditas: An substitutus excludet fiscum? Dic, quòd non *per l.sequens. in princ. ff.ad Sillan.* ¶ Septimus effectus, potest † assignari: quia per substitutionem vulgarem immediatè succeditur defuncto, non ei cui fit substitutio. *l. ij. §. sed si quis ita. ff. de vulga.* ¶ Sed quæritur circa hunc effectum: An † hoc sit semper verum: quòd per vulgarem succedatur

61

62

63

testatori, & non instituto. & prædictus §. *sed si quis ita* hincinde præstatur argumentum, propter illam dictionem ei ibi positam. Nam si referamus illud ei ad institutum: tunc dicemus, quòd per vulgarem succeditur vtrique. Communis tamen sententia tenet, quòd illud ei refertur ad testatorem; quia si vellemus referre ad testatorem & hoc clarè probatur ex illo tex. quòd per vulgarem succeditur testatori. At si referamus illud ei ad institutum, & per tacitam substitutionem vulgarē comprehensam in pupillari, vel pupillarem comprehensam in vulgari, oporteret locum fuisse primo gradui, & desiisse *per l. iam hoc iure. ff. de vulg.* Et ideo per directam vulgarem, non succeditur, nisi testatori. ad quod accedunt lex *Fa. & not. in l. fi. C. de impu. & ali. subsli. & ibi Glo.* Et ideo

64 hodie † ex communi stilo notariorum, omnes substitutiones exprimuntur: scilicet *si hæres non erit.* seu *esse noluerit*, vel *non potuerit: siue erit: & in pupillari ætate*, seu alias *quandocunque sine liberis decesserit: eidem sic decedenti substituo vulgariter pupillariter: & per fideicommissum* &c. ¶ Et

65 cum † adiectione clausulæ coditillaris, quæ magni est effectus: vt infrà dicetur in materia substitutionis compendiosé, per quam quasi infinitæ cessant iurium altercationes, propter expressiones & adiectiones clausularum prædictarum, quas consulo apponi & sub verbis futuri temporis ad sedandum dictas quæstiones. ¶ Octauus ef-

66 fectus esse potest: † Quia per dationem substituti vulgaris suus hæres efficitur voluntarius *per l. si filius secun-*

67 *dum vnum intellectum. ff. de libe. & posthu.* ¶ Sed huic † accedit alia quæstio. An datio substituti vulgaris, impediat transmissionem hæreditatis in hæredem instituti. Pro quo considerandum est, quòd tripliciter transfertur ius de instituto in substitutum vulgarem. Vno modo, quod tum ad ius deliberandi: & istud ius deliberandi non impeditur per dationem substituti, *per ea quæ no. in l. si fratres. & in l. cum antiquioribus. C. de iure deliber.* Alia est transmissio, quæ fit ex iuris dispositione, de qua *in l. vnica. C. de his qui ante aper. tab.* hoc est, quòd hæreditas ascendentium transfertur in descendentes, etiam non agnita vel adita, non obstante datione substituti vulgaris: hoc est dicere, quòd suus excludit substitutum vulgarem. Alia & tertia est transmissio, quæ fit ad hæredem

extra-

extraneum & non suum institutum. Et in hoc articulo opiniones sunt variæ *in d. t. cum antiquioribus. C. de iure deliberan & in l.cum proponas.C.de hære.insti. & in d.l.unica.C.de his qui ante apar.tab.* in quibus communior sententia videtur inclinare in illam partem, quòd datio substituti vulgaris non impediat transmissionem hæreditatis ad hæredem instituti, etiam non suum. & facit *l. si pater. ff.de hære.insti. & l.cum proponas. C.eo.* quia in substitutione subauditur illa clausula: videlicet, *Vel alium hæredem non fecerit idque per iura proximè allegata.* quæ quidem lex licet dura, seruanda tamen est. ¶Superest † videre, quæ 68 impediant præmissos effectus substitutionis vulgaris? Et dic primo, quòd aditio instituti *per alleg. l. post aditam. C. de impuber. & al. subst. & per auct. hoc amplius. C. de fideicom.* & in persona omnium substitutorum. *per l.cum in testamento,* alias *cum in testamentum. ff. de her. insti. & per l. si mater. § fi. & ff. de vulg. & per glo. Insti. de vulg. & pupil. in prin. super verb. Nouissimo* quod limita cum tex. suo. Sed licet dicta substitutio vulgaris per aditionem expiret ex verbis legis, non tamen semper ex mente. quia aliquibus casibus, de quibus *in authent. hoc amplius. C. de fideicom.* eius effectus transmittitur etiam post aditam. ¶ Quæritur, si † institutus minor repudiet, & substitutus adeat, & post 69 hæc tempus adeundi per pupillum labatur. pupillus verò postea restituatur ad omissam hæreditatem, an non obstante restitutione substitutus veniet? Et dic quòd sic de iuris rigore, quia semel fuit sibi aperta via. *l. & si sine. § sed quod Papinianus ff. de mino. & l. ex contractu. ff. de re iud.* Aliqui tamen dicunt, quòd minor restitutus aduersus omissionem hæreditatis paternæ, euocat à substituto propter æquitatem iuris fauentis filiis & liberis in hæreditate parentum. Et ratio assignari posset: quòd hæreditas paterna censetur filij *per l. in suis. ff. de lib. & posth. cum suis concordan.* ita quòd etiam sine iudicio defuncti hæreditas paterna ad eum perueniret, quod secus est in hæreditate ab extraneo delata. Et minor † abstinendo non renuntiat 70 absolutè: alias non posset recurrere ad remedium restitutionis: ergo nec transit absolutè & irretractabiliter ad substitutum. Et si substitutus cõqueratur: dicendo, quòd tollitur sibi ius iam quæsitum. Respondet minor, quòd non erat quæsitum irretractabiliter; secus autem in hæ-

reditate extranei repudiata per minorem. quia minor nihil perdit de iure suo. Et ideo dicitur hæreditas extranei repudiari, & repudiando, seu refutando hæreditatem ab extraneo sibi delatam, nihil perdit. quia nihil iuris habuit in actu ante aditionem:& ius in potentia per repudiationem sublatum fuit, minore instituto, & translatum ad substitutum, cui factus est locus per repudiationem prædictam, & lapsum temporis adeundi. atque ita per consequens, substituto ius irretractabiliter quæsitum, *per dicta iura. & cum in eis notatis accedunt. lecta & no. in l. quandiu prior. & in l. quamdiu institutis. ff. de acquiren. here. & in l. ij. §. interdum, vers. Ego etiam. ff. de vulga. & pupill.*

71 Sed † quia suprà vidimus, quòd filius instituti excludit substitutum:& hoc clarum est *per l. cum acutissimi. C. de fideicom. & l. generaliter. §. cùm autem. C. de insti. & substi. sub condi. fac.* Quæritur, an pater instituti excludat substitutum? Conclusio est *secundum Gloss. & Doct. in l. cum non solum. in prin. C. de bo. quæ lib.* quòd sicut filius excludit substitutum: ita & pater, propter illam subauditionem supplentem dispositionem vulgarem. videlicet *Vel alium hæredem non fecerit.* per *d. l. si pater. ff. de here. insti.* ¶ Quæri-

72 tur etiam, suprà † visum est, quòd testamentum potest incipere à secundis tabulis expressis. & hoc verum est sine dubio: An idem sit in tacitis? hoc est quærere, an quemadmodum testamentum potest sumere vires ab expressa vulgari, possit etiam sumere a tacitè comprehensa in expressa pupillari? Hæc autẽ quæstio dubia est inter Doc. sed post plura communis sententia est, quòd ita potest incipere à tacita vulgari. Nam clarum est, quòd potest incipere ab expressa vulgari. *vt l. Thays. §. Spendophorus ff. de fideicom. liberta. & per ea quæ leguntur & not. in l. j. & in l. si pater. ff. de vulg.* Ergo à tacita, cum ita sit tacita à iure introducta, quemadmodum expressa. Et ita eam fecisse intelligitur testator, sicuti expressam *per lec. & no. in l. iam hoc iure. ff. de vulg.* Ita quòd, quemadmodum expirãte vulgari, non expirat pupillaris tacita: ita nec ecõtrà.

73 ¶ Sed adhuc † quæritur, Testator substituit pupillariter posthumo, expirat pupillaris. An etiam tacita vulgaris expiret. Et dic, quòd non *vt not glo. super verbo agnatum, in l. lex Cornelia. ff. de vulga.* Et ratio est, quia iuris dispositio non arctatur ad simplicem nolentiam, aut impotentiam:

quinimmò etiam ad non existentiam. *vt l. j. ff. de vulg.* Et sic continet quatuor casus: videlicet tres expressos & vnum tacitum: veluti, *si hæres non erit: aut si hæres esse noluerit: aut hæres esse non poterit.* Et quartum subauditum, vel alium hæredem non fecerit *per sæpe allegatam. l. si pater ff. de hered. insti.* Ideóque in casu nostro pupillaris expressa facta pupillo, continet tacitam vulgarem, in qua venit membrum prædictum non existentiæ *per ea quæ leg. & no. in l. pen. ff. de ven. inspi. & melius in l fi. C. de insti. & substi. sub condi fac.* ¶ Sed † iterum quæritur, an quemadmodum mater filij impedit effectum tacitæ pupillaris, pariter etiam impediat effectúm tacitæ vulgaris? Distingue, quia aut quæris de successione patris, & quia nihil ad matrem, causa non impedit *per no. in l. fin. C. de insti. & substi. sub condi. fac.* Veruntamen mater testatoris bene impediret, arguendo à simili, de matre scilicet filij, ad matrem testatoris, per æqualitatem rationis & æquitatis ac præsumptæ mentis testatoris. Sed quia non reperitur iure cautum, fortè magis staretur dispositioni iuris. *l. iam hoc iure. ff. de vulga.* scilicet quòd ex vi tacitæ vulgaris comprehensæ in expressa pupillari, veniat substitutus fauore testati: quia alias mater succederet ab intestato: & quandiu potest succedi ex testamento, cessat causa intestati, per *vulgatam l. quamdiu. potest ff. de acqui. hære.* 74

¶ Vlterius quæritur, An † vulgaris facta in codicillis valeat? Dic quòd non, iure directo *per l. hæreditatem. C. de codicill.* Sed iure fideicommissi valet *per glo. in l. Scæuola. C. ad Trebel.* Et in hoc inspicienda est mens testantis *per ea quæ leguntur & notantur in l. illud. §. tractari. ff. de iure codicil.* Et ideo distinguendum est in hac quæstione, quæ sæpe accidit. Aut testator nullum fecerat testamentum, ex quo codicillus posset sumere vires: aut fecerat. Si primum: iterum subdistinguendum est: quia aut testator declarauit se intendere testari, & non valet illa substitutio. *per d. l. hæreditatem.* Aut declarauit se velle fidei committere, & valet tunc iure fideicommissi *per l. cohæredi. §. cum filia. ff. de vulga. & l. j. ff. de iure codicillorum.* Aut etiam dubium, si voluerit testari, codicillare, aut fideicommittere: & tunc re- 75

currendum est ad mentem testantis *per dictum §. tractari.*
76 Et vnum finale est, quòd in † his multum valet circunspectio iudicis, qui animi sui motum formare debet, in dubiis ex præsumptione voluntatis testatoris. ¶ Quæri-
77 tur in aliis † relictis, seu dispositionibus quæ fiunt alio iure quàm institutionis: putà, in donationibus causa mortis & legatis: An possit vulgariter substitui? Dic quòd sic *per lect. & nota. in l. vt heredibus. ff. de lega. ij. & l. vna. § in primo. & §. pro secundo. & §. si in medio. C. de caduc. tollen.*
78 ¶ Sed iterum quæritur, Qualiter † potest fieri talis substitutio. Et tex. *in d. l. vt hæredibus.* dat formam, quòd fiat in donatione causa mortis per modum stipulationis. Alia forma ponitur *in l. Seia. in fi. ff. de dote pral.* sc. quòd fideicommissariè. Et iste modus est bonus & tutus, ac indubius *per l. sciendum. §. conficiuntur. in princ. & §. j. de le. ij.*
79 ¶ Sed iterum quæro, An † possit pupillariter substitui? Et dic, quòd ad instar pupillaris substitutionis, potest substitui: putà, si legatarius, vel fideicommissarius, in pupillari ætate decesserit talem substituendo. *l. iij. §. si quis ita; ff. de adimen. leg.* ¶ Nunc de pupillari † dicendum est: &
80
81 primo quærendum est, Quis † potest substituere pupillariter? Et dic, quòd habens in potestate. *l. moribus. ij. circa prin. ff. de vulga. & pupil.* nam licet non habentes in potestate, possint instituere vel substituere verbis pupillaribus: non per hoc tamen dicitur substitutio pupillaris, sed dicitur quædam conditionalis institutio, per quàm ritè & immediatè hæres pupillus instituitur, vel substituitur. Et est diuersitas effectuũ pupillaris substitutionis per regulas substitutionum: quia ex vi pupillaris substitutionis substitutus admittitur, non tantum ad bona testatoris, sed etiam ad bona pupilli. At & ex vi conditionis institutionis, non admittitur, nisi ad bona testatoris, de quo *in l. sed si plures. §. ad substitutos, cum ibi not. per Do-*
82 *cto. ff. de vulg. & pu.* ¶ Fit autem † substitutio pupillaris libero in potestate alterius non recasura. *d. l. ij. in prin. de vulg.* Et dictum est *libero*: vt contineatur nepos ex filio. *l. cum ex filio. § filio. ff. de vulga.* Et ratio est, quia recasuri non essent eorum iuris tempore mortis, & tamen oportet, quòd is, qui testatus decedit tempore mortis, sit sui
83 iuris. nam hi † qui in aliena potestate sunt constituti, testamenti factionem actiuam non habent. *l. qui in potestate. ff.*

te.ff.de testa. & *C.eo.l.iij.* ¶ Videamus nunc, Qualiter † 84 fit hæc pupillaris substitutio: Et dic, quòd dupliciter: scil.aut verbis expressis,sicuti hæc,*Si filius meus mihi heres erit.* & *in pupillari ætate decesserit,talis sit ei hæres Instit.de pupil.substi.j.respon.* Vel tacitis verbis fit,hoc modo: *Quisquis mihi hæres erit, sit hæres filio meo.* vt *Insti.de pupil.substi.* *§.substituitur.* Vel cum pater filio impuberi substituitur in vulgarem casum. Nam etiam tunc intelligitur substituisse,& in pupillarem.*l.quamuis.C.de impub.* nisi tamen obstaret inæqualitas: puta, quia vnus ex liberis esset pubes,alter impubes,alter in potestate, & alter emancipatus.*ff.de vulga.l.impubes.ff.de vulga.l.iam hoc iure.* & *l.hereditate.* & *l.quamuis.C.de impube.* quia tunc non præsumeretur substitutio pupillaris tacita, ne liberi ad imparia iudicarentur.Fit etiam substitutio pupillaris tacita in dispositione compendiosæ & reciprocæ substitutionum, de quibus inf.suis locis dicetur.

¶Et est notandum,quòd pupillaris † substitutio præ- 85 supponit hæredis institutionem pro principio & fundamento. Item quòd † sit de liberis institutus. *Insti.de pu-* 86 *pilla.in prin.* Item quòd filius sit institutus vel exhæredatus cum causa,alias non valeret substitutio. *l.ij.ff.de vul.* præsupponit etiam,quòd filius sit pupillus, hoc est masculus inf.quatuordecimum annum:filia verò infra duodecim.*vt in d.l.ij.in princ.* Et quòd sint in potestate tempore mortis testantis,& in alterius non recasuri, vt sup. dictum est *per d.l.ij.§.nepotibus.* Fallit in milite,qui potest substituere filio suo emancipato, vel etiam manenti in potestate, aut in cuius potestate est etiã ipse filius in bonis ipsius testantis.*vt l.miles ita. §.exhæredato.* & *l.cum filius.ff.de mili.testa.* In bonis verò aliunde prouentis, non potest.*d.§.exhæredato.* & *fac.l.miles etiam.e.ti.* ¶Quod autem dictum est, militem filio aliena potestate recasuro substituere posse, intelligitur,quo ad ea, quæ sunt iuris ipsius militis: sed iura auita tollere nõ possunt, quæ sunt iura potestatis propter recasum *vt d.l.cum filius.* ¶ Quæro, An † quæ dicta sunt de filio impubere,naturali & le- 87 gitimo, procedant in filio naturali tãtum legitimato per principem, idque post mortem patris, iuxta theoricam. *authent.item si quis.C.de naturali.* Legitimatus enim nihil differt à legitimo propter fictionem restitutionis ad iura

naturalitatis.*vt in authent.qui mo.na.ef.sui.§.illud.iuncto.§.sed si extraneum.in l.ij.de vulga.preall.*arguendo de arrogatione ad legitimationē.¶ Requiritur etiam † ad validitatem substitutionis pupillaris quòd ille talis pupillus, cui fit substitutio, non exeat potestatem testantis viuo testatore. Nam si viuo testatore expiret, vitiaretur substitutio *per l.cohæredi.§.cum filia.ff.de vulga.* Item requiritur, quòd testamentum paternum sit validum *d.l.ij.§.adeo.& in d.l.cohæredi.§.cum filiæ.ver.alioquin.& l.ex testamento. C. de fideic.* per quam limita præcedentia procedere, quando aliquis de liberis est institutus, & alter substitutus: quia tunc cēsetur dispositio inter liberos, quæ multum continet fauoris siue in primo gradu siue in secundo fiat.*l.hac consultissima.§.ex imperfecto. C.de testa.* Et in his multum est attendenda voluntas testantis coniecturanda ex verbis. Nam possent esse talia verba, quæ facerent valere dispositionem prædictam iure fideicōmissi *per ea quæ legun. & no.in l.codicillis.§.fi.de le.ij.* vbi tacitum fideicommissum ex coniecturata mente testantis præsumptum, tantum operatur, quantum expressum: in quo notatur maximus effectus coniecturatæ mentis testātis, etiam tacitæ quæ cessare facit expressam iuris communis

89 dispositionem. ¶Requiritur etiam quòd † hæreditas testantis adeatur. *d.l.ij.§.adeo.& l.sed si plures.§.si ex asse.ff.de vulga.* Idem est, si non adeatur, sed pro adita habeatur: putà, per existentiam sui hæredis. *l.si filius qui patri. eo.ti.ff.de vulga.& l.filius qui se.& seq.ff.de acqui.hære.& l.pater,*

90 *de priuil.credi.* ¶Superest videre, quis sit † effectus substitutionis pupillaris? Et dic, quòd multiplex, Primus quia continet tacitam vulgarem. *l.iam hoc iure ff.de vulga.sepe allegata.* Fallit tamen in aliquibus casibus. Primo, si apparet tacitè vel expressè de contraria voluntate testan[tis] *l.iam hoc iure.ver.ita enim.& l.quamuis.C.de impube.* Item fallit si vulgaris sit expressa: quia vbi est expressa cessat tacita *per no.in d.l.j.ff.de vulga.* Item fallit, vbi non capax ex bonis patris est pupillo substitutus.quia tunc ne fraus fiat legi non admittitur subauditio dictæ vulgaris substitutionis.Idem in pupillari facta filio, si filio impuberi pater substituit alium filium suum exhæredatum: quia non est verisimile legē velle venire ad hæreditatē testātis ex

tacita

tacita substitutione eum, quem repellit ex expressa. *l.si is qui ex bonis. ff.de vulgari.* ¶ Notandum tamen, quòd aliquando fit † pupillaris expressa, adiecta conditione, *Si haeres erit, & in pupillari aetate decesserit.* vel sola illa, *Si haeres erit.* Et tunc illa est sola expressa pupillaris in casum expressum, *Si haeres erit:* non in alium casum. Et praesupposito, quòd non constet de contraria voluntate: continet tamen vulgarem tacitam, siue sit adiecta illa conditio, *Si in pupillari aetate decesserit.* vel non. *vt d.l.iam hoc iure. & l. quamuis C.eo.ti.* Nec curandum hoc casu, An fiat per verbum *Haeres esto.* Item non curatur, An in ea sit appositum in verbis dispositiuis verbum *mihi*, vel verbum *sibi*, vel vtrumque, vel neutrũ, sed simpliciter *Haeres esto* vel *Substituo.* Qua semper propter conditionem *Si haeres erit*, coarctatur ad pupillarem in secundũ casum existentiae haeredis, & continet vulgarem tacitam. vt dicit *l.iam hoc iure.in prin. & l.Lucius.ff.eod.* Aliquando sub illa conditione *Si intra pubertatem*, seu *in pupillari aetate decesserit*, non adiecta illa clausula *Si haeres.* vt *l.qui plures, & l.paterfamilias. & & l.qui habebat.ff.eo. & l.paterfa. de priuile. credi.* Aut per verbum *Haeres esto*: aut *Haeredem substituo.* Primo casu, quando est facta per verbum *Haeres esto*; Aut est simpliciter & impersonaliter facta, non adiecto verbo *Mihi*, nec verbo *Sibi.* Aut adiecto alterutro, aut vtroque: primo casu, quando neutrum est adiectum: putà, *Si filius in pupillari aetate decesserit talis haeres esto:* non adiecto *sibi*, nec *mihi*: nec adiecta conditione *Si haeres erit.* tunc in illis verbis inest vulgaris expressa, conditionata conditione, *Si in pupillari aetate decesserit*, propter generalia verba. Item inest pupillaris expressa in vtrũque casum: scil. *si haeres non erit*, siue *haeres erit.* Nam illa verba sui generalitate comprehendunt vtrunque casum. item comprehendunt prouisionem vtriusque. Et sic inest vulgaris in casum non existentiae haeredis, & pupillaris, in vtrunque casum videlicet & pupillo absente, seu abstinente, vel alias non existente haerede, aut in pupillari aetate defuncto, & admittetur substitutus ex vulgari expressa seu generalitate comprehensa ad bona patris, & ex pupillari ad bona impuberis aliunde quaesita. Eo verò non absente seu abstinente in pupillari aetate defun-

cto,admittetur ex pupillari ad omnia bona. Et si hoc casu,quando est verbum *mihi*, nulla vulgaris tacita continetur.*ar.l.cum ex filio.§.j.ff.eo.* Aut est appositum verbum *mihi*:& tunc absque dubio inest vulgaris,vt prædixi conditionata. Item inest pupillaris expressa in casum existentiæ hæredis ad omnia bona:quia ex hac substitutione verificatur verbum *mihi*,cum hæres pupilli, sit hæres patris,cuius pupillus fuit hæres *vt l. paterfamilias, in fi. ff. eo.ti.* Sed his verbis non est pupillaris in casum non existentiæ hæredis ad bona impuberis, hoc est pupillo absente, vel alias non existente hærede:quia huic non congruit, sed repugnat verbum *mihi*: quia cùm pupillus non fuerit hæres patris, admissus ex hac pupillari, non est hæres patris, sed impuberis tantum. Et in hoc differt hic casus à præcedenti, vbi non est appositum verbum *Mihi*.Et hoc casu non continetur aliqua tacita vulgaris.*ar.d.l.cum ex filio.* Aut est appositum verbum *Sibi*, vel æquipollens:vt quia dixit,*Si in pupillari ætate decesserit:talis sibi vel ei hæres esto.*Tunc hic inest,vt in primo casu duplex pupillaris; hoc est, in vtrumque casum non existentiæ & existentiæ hæredis: sed inest vulgaris expressa propter verbum *sibi* vel si non congruit vulgaris, per quam non pupillo succeditur: sed testanti. veruntamen, hoc casu ex pupillari expressa, vulgaris tacita comprehenditur *vt d.l. iam hoc iure.* Aut est appositum vtrumque,vt quia dixi, *Si in pupillari ætate decesserit,talis mihi & sibi hæres esto.* Tunc insunt omnes prædictæ tres conditiones, alias substitutiones expressæ, propter expressionem verborum. Si verò sit facta per verbum *Substituo*; tunc si neutrum istorum verborum mihi vel sibi, vel æquipollens est appositum, vel si sit appositum verbum *mihi*, vel vtrumque, idem est per omnia quæ supra dixi, quando est facta per verbum *Hæres esto* eadem ratione.Si verò sit appositum solum verbum *sibi*,tunc in istis verbis inest vulgaris, & duplex pupillaris: sicut quando neutrum, vel vtrumque est appositum: & sic in hoc casu est aliud, quàm quando est facta per verbum *hæres esto*, quia verbum *Sibi substituo* non repugnat: sed congruit vulgari: cùm sit verum dicere, ad admissum ex vulgari, esse substitutum pupillo: sed non est verum dicere,eum esse eius hæredem. ideo secus in verbo *Hæres esto*,

tres esto, vt modò dixi. Et hoc verum, nisi in ista facta per verbum *Substituo*, esset adiectum verbum *pupillariter*, vel verbum in secundum casum, quòd idem importat. *vt l. Lucius.ff.eo.* vel aliud verbum, quod haberet vim & effectum verbi directi, & precisè coarctaret eam ad pupillarem. quia tunc non esset vulgaris expressa, sed vt tacita contineretur. *l. iam hoc iure.* Si verò sit appositum vtrumque, quia dicit *Substituo heredem*: & semper intellige factam, sub conditione *Si in pupillari ætate decesserit*, non adiecta ista *si hæres non erit*. vt suprà quia tunc si non est appositum verbũ *Sibi*, vel æquipollens, idem est quòd suprà. scilicet quòd insunt tres expressæ. Si autem sit appositum verbum, *sibi*, vel æquipollens, & dicit *hæredem ei instituo, vel hæres ei substitutus esto*. Et iterum continetur vulgaris, propter pleniorem † fauorem, qui debetur interpretationi vltimarum voluntatum. *ar. l. in testamentis. ff. de reg. iur.* Aliquando verò fit pupillaris substitutio neutra illarum duarum conditionum adiecta, sed simpliciter per verbum *Hæres esto*: putà, quia impubere instituto, dicit testator, *Semproniij filio hæres esto*, & tunc continet pupillarem in vtrumque casum non existentiæ & existentiæ hæredis. Quicquid tamẽ sit, ista demonstratiua *Mihi ei* vel *sibi*, & similia, possunt vnum pro alio capi, secundum quod mens testãtis indicat. Nam si comprehendat, testatorem substitutum sibi testatori succedere voluisse, licèt substituat per demonstratiuum, & illud demonstratiuum referetur ad testatorem, & nõ ad substitutum *iuxta. lec. & no in l. fi. quæ ad hoc est nota. C. de here. insti.* quæ lex interpretatur demonstratiua *ei* & *sibi*, referri etiàm ad testantẽ, interpretando dicta demonstratiua *Ei* & *sibi* per verba, *Hoc est in eius locum heres esto*. ¶ Secundus † effectus substitutionis pupillaris est, quòd per eam principaliter, directè & immediatè succeditur pupillo *vt l. cum filio. & l. sed si plures. §. quos possum. & tribus. §. seq. cum multis si. ff. de vulg.* Quandoque etiam per eandem substitutionem succeditur testanti medio impuberi. *per §. filio. in d. l. sed si plures. & l. paterfamilias in fi. eod. ti.* Et admittitur substitutus ad omnia bona pupilli *per d. l. sed si plures. §. ad substitutos.* nisi testator miles fuerit, & aliter senserit *vt ibidem.* Aliud etiam in filio arrogato: quia tunc non admittitur, nisi ad quartam *per l. si arrogator.*

92 93

ff.de adop.& per d l.sed.si plures.§.in arrogato.

94 ¶ Quæro, An ✝ pupillaris expressa non valeat iure directo propter conditionem personæ, quæ eam facit, vel cui fit: An saltem trahitur ad fideicommissum. Glo. *in fi.in l. verbis ciuilibus. ff. de vulga.* tenet quod trahitur ad fideicommissum *per l. Scæuola. & per l. ex facto.in prin. ff ad Trebel.* Sed contrarium tenet Glo. *Instit.eo.§.extraneo.in fi.* Cuius dictum forte de iuris rigore procederet: quia verba mere directa non trahuntur ad fideicommissum *per d l.verbis. & l. in pupillari. ff. de vulgar.* in quibus probatur, quòd substitutio pupillaris quæ non potest valere iure directo, non trahitur ad fideicommissum, sed expirat, vel finitur, vt verbis *d.l.in pupillari*, vtamur. Ego autem distinguerem pro concordia dictarum glossarum & iurium in eis allega. videlicet, An appareat aliquo modo ex verbis testantis, siue generalibus siue specialibus, testatorem omni modo substitutum capere voluisse deficiente instituto: puta, quia in dicto testamento suo apposuit clausulam codicillarem, cuius vis non tam magna, quàm etiam maxima est *per ea quæ volunt Doct. in l.j. ff.de iure codicil.& in l.fi.C.de codic.* de cuius virtute latius infrà in materia compendiosæ substitutionis dicam. Nam tunc procedet dicta glo.*fi.in l.verbis ciuilibus.*& iura in ea allegata. Aut & secundo non apparet ex verbis generalibus vel specialibus testamenti, testatorem in omnem casum & euentum deficiente instituto substitutum capere voluisse, & tunc stare cum gl.*in d.§.extraneo.* quas glo.per hoc credo satis concordare.

95 ¶ Aduertendum ✝ tamen in secundo casu, qui essent illi qui essent substituti. Nam si essent substituti venientes ab intestato, tunc ex generali intellectu verborum, & ex mente testantis, dicerem adhuc illa verba ciuilia trahi ad fideicommissum *per l.ex testamento.C.de fideicommis.* quæ lex multas extendit in vltimis voluntatibus interpretationes.

96 ¶ Tertius effectus ✝ expressæ pupillaris substitutionis est, quò l excludit viam intestati, quandiu potest.*ff.de acquir.hære.* sic & taliter, quòd omnia bona pupilli etiam legitima paterna, transeunt ad substitutum exclusis venientibus ab intestato, pupillo: etiam exclusa matre & aliis ascen-

liis ascendentibus, quos aliàs filius præterire non potuisset, si testatus fuisset. *l. sed si plures. § ad substitutos. ff de vulga. & l. Lucius. eo. ti. & in l. Papinianus. § sed nec impuberis. ff. de in offi. testa. & expressius in ca. si pater. de testa. li. vj.* ¶ Sed iterum quæro, An † quemadmodum substitutio pupillaris excludit venientes ab intestato, pariter excludat monasterium, quod ingressus est pupillus? Et dic, quòd aut ingreditur pupillus monasterium viuo patre: aut eo mortuo. Si viuo, tunc iterum distingue: quia Aut volente patre, aut nolente. Si volente, tunc tenet ingressus *per ca. significatum. de regularib.* & exit patriam potestatem per ingressum religionis, *per ea quæ leguntur & not. in l. cum prætor. in fi. ff. de iudic. & in authent. ingressi. in illis verb. Se & sua. C. de sacrosan. eccle.* perditque ex ipso ingressu testamenti factionem. *in d. auth. ingressi.* & pupillaris substitutio non potest fieri recasuro in alterius potestatem. *l. ij. ff. de vulga.* Cuiusmodi esset talis pupillus, qui recaderet in potestatem monasterij sui, & sui abbatis. *vt in authent. de monachis. §. cogitandum. Nouel. 5.* vnde meritò diceremus, his concurrentibus expirasse pupillarem viuo patre, & venire monasterium quod loco filij habetur, *vt in authent. de sanctis. episcop. §. etiam.* sed hoc de præsenti. Si verò ingreditur monasterium inuito patre, non valet ingressus: quia competit patri reuocatoria *per ea quæ volunt Doc. in ca. j. & in c. porrectum. & in plurib. alijs capi. d. t. Ext. de regul. & transeuntibus ad religionẽ.* Et sic per ingressum factum nolente patre non expirat pupillaris. Sed si decederet in pupillari ætate, post ingressum, mortuo patre, est maius dubium, an monasterium veniret ab intestato, quasi ille talis ingressus non fuerit perfectus, sed reuocabilis ad nutum ingredientis, vsque ad annos pubertatis, probationis, & professionis, & repetere bona paterna *per ca. cum sumus. d. tit. de regula.* Et tunc hoc casu dicerem, venientes ab intestato excludere monasterium. quia ingressus prædictus reputaretur inualidus *per lecta & not. in d. ca. cum sumus. & in ca. ad naturam de reg. & in ca. j. eo. ti. lib. vj.* Secundum membrum: scilicet quando mortuo patre ingreditur decisum est. *in cap. in præsentia, de proba. & ibi vide.*

97

98 ¶ Quæro, An pupillaris † tacita excludat matrẽ impuberis? Text.est,quòd non.*in l.fi.C.de insti.& substitu.sub condi.fac.*& allegatur casus *in l.precibus, in prin.C.eo.* Illæ tamen variè intelliguntur, quia quidam intelliguntur, quòd eo casu, quo mater superuiuet filio,tacita pupillaris non continetur in vulgari expressa. & sic intelliguntur.*d.l.fi.*Doct.dicit glo.*in l.centurio.ff.eo.*Alij intelliguntur,quòd immo, & tunc intelligatur contineri, sed non admittatur contra matrem. & hoc innuit text. *in d. l.fi.* qui dicit,respuendam. & hoc plus placet. Et est magnus effectus: quia si non contineatur & mater repudiet hæreditatem impuberis defuncti, non admittetur substitutus ex tacita pupillari: vtpote non contenta. Si verò continetur, sed non sit efficax, contra matrem admittetur substitutus, matre repudiante, cum ad effectum, de quo quæritur,perinde sit,acsi mater non superesset. quia tunc cum mater repudiat, non potest dici admitti contra matrem.Dico tamen semper considerandum fore,an sint substituti venientes ab intestato, vel ne: quia si sint substituti venientes ab intestato,tunc non continebitur. si verò non sint instituti nec substituti venientes ab intestato: tunc continebitur,fauore matris,sumendo semper argumentum *ex d.l.ex testamẽto. C.de fideicommis.* iuncta æquitate. *l.cum acutißimi,in fi.eo.ti. & l.Lucius Titius, qui fratrem in fi.ff.de hær.insti.*Per quæ iura debemus sem-

99 per † coniecturare mentem testantis fuisse ordine charitatiuo vocare ad suam successionem, hæreditatem, & bonorum possessionem, quos in testamento nominauit, & ita subintelligendum illos vocatos fuisse. Et quia verisimilius est, propriã agnationem prætulisse vxori,quæ nullo agnationis iure ad eum pertinebat, dicerem,quòd eo casu substituti excludunt matrem *per l. Lucius. ff. de vulga. l. precibus. C. eod.* j. *responso. l. Papinianus.§.sed nec impuberis. ff.de inoffi.testa. & ca. si pater. de testamen. præall. lib. vj.* Vbi verò non sunt substituti venientes ab intestato, tunc non repellerent matrem: quoniam licet non sit agnata vel cognata,est tamẽ affinis & principium affinitatis,& de personis, quas prætor ad successiones vocat.*vt in rubro & nigro.C.vnde vi.& vxo.*& tamẽ prætor, nec lex xij.tabu.non vocant ad successiones, nisi venientes ab intestato,ex iure,vel prætoris dispositione: & eandem

dem mentem censendus est testator habuisse, cum sit super charitate fundata. Et quod per hæc testator vxorem præferre voluerit in sua ipsius testatoris successione extraneis, licet sit substitutus. præstant argumentum lec.& notata *per Doct[o].in l.Gallus.§. quidam rectè.ff.de libe. & posthum l.heredes mei.§.cum ita.ff.ad Trebel.l.Ticia Seio.§. Seio.ff.de lega.ij.* maximam enim partem conferunt pietas & charitas ad limitandas & interpretandas decedentium voluntates.*d.c.si pater, iuncta l.precibus præalleg.* Vbi autem constaret de voluntate testantis, matrem excludere volentis, hoc indubium esset: quia tunc mater repelleretur *per l.iam hoc iure.§.fi.ff.de vulg. & per l.in testamento.in fi.C. de testa.mili.& l.quamuis.C.de impu.per quas. l.limitatur.l.fi. C.de insti.& subst.* quæ non admittit tacitam pupillarem contra matrem.vt illa *l.fi.* intelligatur & intelligi debeat, vbi non apparet de contraria voluntate testantis. Aliæ verò leges intelligantur, quando apparet de contraria voluntate, cui concor. videtur *gl.in d.l.precibus.* ¶ Quando autem, & quibus † casibus intelligatur testator matrem 100 succedere noluisse? Dic, quòd tam ex verbis descriptis in testamento, quàm etiam prolatis extra testa. per testatorem. Et primò ex his quæ testator dixit extra testamentum: vt si dixisset, *Si filius meus moreretur*, nollem matrem eius habere vnum obolum: vel similia. *arg. l.quotiens.§.j. & quod notatur ibi.ff.de here.insti.* ¶ Secundò ex verbis positis in testa. vt si relinquit aliquid matri, volens eam relicto esse contentam: & quòd pius de bonis suis petere non posset. *ar l.Paulo Callimacho.§.j.de leg. iij.* Eadem est præsumptio, si vir aliquid relinquit vxori, dum vidualem vitam duxerit: & ipsa postea transit ad secunda vota. Nam ea ratione, qua voluit testator eam priuari illo relicto in personam substituti alterius pupilli: per cursum & successionem temporis, per transitum ad secunda vota, potest præsumi quòd voluit ipsam excludi per dictum transitum ex tacita pupillari. Tertiò, ex conditione personæ matris, & consimilium personarum, de quibus excludendis agitur: vt putà, propter inimicitias graues seu capitales. *vt l.iij.in fin.& l.si inimicitiæ.ff.de his quibus vt indig. & l.fideicommissum.C.de fideicommiss.* Quartò, ex conditione personæ substitutæ: vt quia frater pupilli filius testatoris, est ipsi pupillo substitutus vulgariter. *ar. l. cum acutissimi, cum similibus.C.de fideicom.* Idem in matre defuncti patri

ratione. Secus autē in fratre testatoris patruo pupilli.*ar.l. iij.ij respon.ff.de leg.præstan.* Præmissa verò colliguntur ex dictis Doct.*in l.ij.ff.de vulg.& l.precibus.C.de impu.& aliis subst.* De pupiliari verò contenta in breuiloqua & compendiosa, infra dicetur suis locis. ¶Item quæro, An † in casibus, in quibus mater tanquam indigna repellitur à successione filij: putà, quia intra annum pupillo tutorem non petiit iuxta *l.sciant.C.de legi.hære.* vel quia aliquid turpe seu inhonestum etiam post mortem viri perpetrauit *iuxta notata.in l.fideicommiss.C.de fideicom.* Nunquid veniet substitutus? Et dic, quòd ita. quia postquàm deficit, vel subducitur de medio mater, quæ impediebat transmissionem ad venientes ab intestato, sublato dicto impedimento, venient substituti, aut alij in defectu substitutorum, venientes ab intestato *per l.quamdiu potest.ff.de acqui. hære.& l.ij.§.fi.ff ad Tertul.& l.j.§.penul.& l.si post mortem. §.liberi.ff.de contra ta.& l.pater filium.cum sua glo ff.de inoffi. testa.* ¶Post hæc quæritur, An † tacita vulgaris contenta in expressa pupillari excludat matrem? Videtur, quòd non, à paritate rationis: quia si tacita pupil. non excludit, eam: ergo nec tacita vulga. In contrarium facit, quia non reperitur iure cautum: ergo non est dicendum *vt in authent.de trien.& semis §.consideremus. Nouel 28.* Item quia de separatis non est recta illatio. *vt l.Papinianus lib.ij. responsorum, Exuli.ff.de minorib.* Bart.*in d.l.* circa tertium effectum vulgaris dicit, quòd contra matrem pupilli admittitur ipsa tacita vulga. & sic substitutus vulgariter præfertur matri, & hoc modo intelligit *gl.in l.fi.C.de insti. & subst.* sed contra matrem ipsius testatoris tacita vulga. non admittitur: & sic eo casu substituto, hæc mater præfertur, sumpto arg. à paritate rationis, quæ est in pupil. Patet ergo ex prædictis, quòd regulariter tacita pupil. non admittitur contra matrem pupil. quod est verum: nisi de voluntate contraria testatoris appareat, ad quam probandam sufficerent duo testes, quo casu tacita resoluitur in expressam, *vt hæc habentur & not.per Glo.& do.in l.in testamento. in fi. C.de testam. mi.& l.precibus.C.de impu.& aliis subst. facit.l.hæredes palam.§ sed si not. de testa.* & sic est vnus casus, in quo tacita pupil. matrem excludit. Alius est casus, videlicet quando frater ipsius pupilli est sibi vulgariter seu aliter substitutus, quo casu præsumptio

ptio est, quòd testator filiũ prædilexerit ipsi matri, ideóq; matrem excludere voluerit. *arg. in l. cum acutissimum. C. de fideicom. & l. generaliter. C. de insti. & sub. & l. cum auus. ff. de condi. & dem.* quam opinionem tenet Gl. *in d. l. precibus. & communiter Do. in d. l. fi. C. de insti. & sub.* ¶ Alius casus est, videlicet, quãdo ipsi pupillo est substituta mater testato. tũc enim mater pupilli per eã excluditur: quia prę sumptiõ est in eadẽ substitutione tã expressa vulgari, quã tacita pu pi. testatorẽ prædilexisse matrẽ suã eius vxori. *ar. in auth. defunct. C. de suis & leg. he. & l. iij. post prin. ff. de leg. præstã.* Itẽ fallit quãdo ipsa mater pupilli peccauit cõtra eius virũ te statorẽ inuita sua, quo casu ipsa mater excluditur *sec. Bar.* quia præsumitur testator aliũ substituẽdo ipsam odio ha buisse, & sic eam excludere voluisse. *ar. in l. iij. in fi. & l. ex parte. ff. de adi. le. & l. si amicitiæ. ff. de his qui. vt indig.* Idémq; dicendũ secundum eum, etiã si post mortem stuprũ cõmi sit. *ar. l. fideic. & quod ibi no. C. de fideic.* Et in hoc nõ cõsen tio: nã quomodo volũtas testantis potest extẽdi ad casum inexcogitatũ? Itẽ excluditur ab hæreditate pupilli. etiã si expresse esset sibi substituta, si ipsa mater peccauit in pupillũ, non petendo sibi tutorẽ ante transitũ ad secũda vota. *vt in l. ij. in fi. ff. ad Tertul. & in l. j. §. pe. ff. de cõtra ta. & l. omnes. C. ad Ter. & l. sciant. C. de leg. he.* licet in plurimis ca sibus ab hac pœna liberetur. *vt no. per gl. in l. mater. & l. omnẽ, C. ad senatusc. Tertull.* ¶ Sed pone, quòd pater instituerit † nepotem ex filio & ei substituerit filiũ ipsius testatoris, patruúmque ipsius nepotis, nulla adiecta conditione extantium liberorum: accidit, quòd decedit nepos institutus relictis liberis & patruo ei substituto. quæritur, An patruus substitutus excludet liberos nepotis? Et hinc inde posset argui. Verũ casus est decisus *per l. cũ auus filiũ. ff. de cõdi. & demõ.* videlicet, quòd liberi nepotis instituti excludunt fratrem substitutum. quod nota. Nam illa lex mirabiles parit in vltimis voluntatibus effectus: in eo, quòd vult ipsa lex, quòd omnes casus, quos verisimiliter testator explicare debuisset, præsumãtur per errorẽ scribẽtis testamentum omissi: & quòd præsumatur plus dictum & dispositum per testatorem, quam in scriptis redactũ per notarium vel tabellionem: maximè vbi illos casus omissos adminiculatur pietas, *vt in d. l. cum auus*, vel charitas, *vt in cap. si pater, & in l. cum acutissimi. & in l. Lucius.*

105

& l.ex testamento,praealle. per quas leges innumerabiles possunt dirimi quæstiones, quæ cadunt sub interpretationibus & ambiguitatibus vltimarum decedentium voluntatum:ita quòd coniectura voluntatis testantis sumi debeat in ambiguis pro illa parte, quam pietas vel charitas coadiuuant. vt sæpè suprà dictum est, & inf. dicetur.

104 ¶ Iterum quæro, Quid † si auia paterna, hoc est mater testantis,esset substituta vulgariter nepoti impuberi: An tacita pupillaris sub illa vulgari comprӕhensa, excludat matrem impuberis?Et videtur quòd non:quia proximior est mater impuberi, quàm sit eius auia. Et ideo Gloss. *in authent.defuncto.C.ad Tertul.*præfert patrē auo & matrem auiæ. In oppositum tamen est veritas. quia inspici debet mens testantis, qui æquali gradu dilexisse præsumitur matrem suam & filium suum.*ar.l.isti quidem.ff.quòd met. cau.& l.cum furiosus. in princ.C.de cura.furio.* Et ideo, quia maior arguitur affectio & charitas testatoris in eius matre,quàm vxore:dicerem,quòd auia per tacitam pupillarem excludit matrem,& maximè in bonis testatoris:quia etiam ab intestato ita futurum esset, *per d.authent. defuncto.*Licèt fortè in bonis aliunde quæsitis pupillo,esset maius dubium:quia in illis suspiciendus est animus filij hæredis & non testatoris.Et quia verisimilius est,quàm si dictus pupillus pubes factus testatus decessisset,potius eius matrem,quam auiam instituisset: dicerem, quòd in bonis aliunde quæsitis mater excluderet auiam.*per ea quæ leguntur & not. per Docto. in d authent. defuncto. C.ad Tertul. &*

105 *in l.quòd scitis.C.de bo.quæ libe.*¶ Quæro etiam, An † tacita pupillaris contenta in vulgari,excludat fratrem vtroque latere,vel vno:scilicet ex parte patris tantum coniunctū? Et dic, quòd non,idque ex præsumpta voluntate defuncti.*arg.d. l. cum acutissimi. & aliis legibus simil.sæpe sup.allegatis.& faciunt quæ habentur in l.cum quidam.C.de impu &*

106 *aliis substi.*¶ Quartus effectus est,quòd hæres † extraneus datus pupillo & ei substitutus pupillarem cogitur & paternam agnoscere hæreditatem:& sic vel vtranque omittere.*vt l.quidam eulogio. C.de iure deliberan.* ¶ Quintus ef-

107 fectus est,quòd per † eam fit necessarius pupillo,qui alias esset necessarius testatori.*l.sed & si plures.§.quos possum.ff. de vulg.* Et est effectus huius commoditas talis, quòd ex vi huiusmodi existentiæ hæredis transmittitur hæredi-

tas

tas pupillaris etiam non agnita, eadem ratione quia paterna, *per l.idem est,& si testamento, in fi.ff.de milita.testam.* qui effectus non est modicus propter contrarium de. *l.si infanti.C.de iure delib.* Nunc videndum, seu † quærendum est: quando æqualiter operentur dicti effectus? Et dic, requiri necessario, quòd pupillus decedat in pupillari ætate. quia per aduentum pubertatis expirat pupillaris substitutio. *l.in pupillari.ff.de vulg.l.cum quidam.C.de impub.& aliis subst.* Et ideo, quando pupillus decedit in pupillari ætate, incipiunt operari dicti effectus. Pro quo distinguendum est: quia aut est facta sub duplici conditione copulatiuè: scilicet, *Si hæres erit, & in pupillari ætate decesserit.* & tunc oportet vtraque conditionem impleri, aliter non habet effectum dicta pupillaris substitutio. *per lec.& nota.in l.si hæredi plures. ff. de condi.insti.* Vel secundo sub vna tantum conditione: videlicet, *Si hæres non erit.* & tunc aut est facta per verba directa: puta, *Hæres esto*: vel *Te hæredem instituo*, & tunc subintelligitur pupillaris sub dicta vulgari expressa. *l.in pupillari.& l.verbis.ff.de vulg.* & vtraque pro expressa habetur, nisi obstaret fauor matris, vt sup. visum est. Aut est facta per verbum commune *Substituto.* & tunc iterum subintelligitur pupillaris: scilicet *si in pupillari ætate decesserit.l.tam hoc iure. ff.de vulga.* Quia verbum *Hæredem* directum, trahit verbum *Substituo* obliquum ad naturam directi. *l.ex duobus.ff.de vulg.* Aut fit substitutio pupillaris sub expressione conditionis, *Si intra pupillarem ætatem decesserit*, quæ est vnica conditio. Et tunc, aut est appositum verbum *mihi*, aut verbum *tibi*, aut æquipollens, aut vtrunque, aut neutrum. Primo casu, quando est appositum verbum *Mihi*: vt quia dixit, *Si filius in pupillari ætate decesserit, mihi hæres esto*, vel *Ticium hæredem mihi substituo.* tunc ad huius effectum subintelligitur necessario conditio *Si hæres erit*, propter verbum *Mihi*: non enim posset substitutus, vt pupillaris hæres esse testatori, vel testanti substitutus, nisi pupillus fuerit patris hæres immediatus, & filio substitutus mediatus. *vt l.paterfami.in fin.ff. de priuile.credi.* vtraque ergo conditione existente habet effectum pupillaris substitutio, & non ante. Secundo casu, quando est appositum verbum *Sibi*, vel ei, vel æquipollẽs: vt quia dixit, *Si filius in pupillari ætate decesserit Ticius ei hæres esto*, vel *Ticium ei substituo*. Tertio verò & quarto

102

casu,quando vtrunque horum verborũ *Mihi* & *Sibi*, vel æquipollens est appositum,seu quando neutrũ est appositũ: vt quia dixit testator, *Ticium pupillariter substituo*,vel *Ticius substitutus hæres esto*, tunc in omnibus istis casibus inest pupillaris in vtrumque casum: s.si pupillus hæres nõ sit ad bona impuberis tantum: & si hæres sit, ad omnia bona:*vt colligitur in dictis iuribus*. ¶Finitur autem †pupillaris vndecim modis,Primo pubertate. *vt l.in pupillari.ff. de vulg.* Et sufficit tempus in quo potest testari, quod ponitur *in l.ex qua ætate.ff.de testa.* Secundo, per aliud testamentum,quod valet.*vt l.si quis cum.§.fi.ff.de vulg.* Tertio, agnatione posthumi. *vt l.si pater filium.ff.eo.tit.* licet hodie *per auth.ex causa.C.de liber. præt.* in dicto casu. & quando rumpitur per querelam totum, conseruentur tabulæ pupillares *iuxta ea quæ ponuntur per Doc.in l.fi.ff.eo.tit.& in d. l.in pupillari.* Quarto,si non adeatur hæreditas ex paterno testamẽto.*vt l.ij.§.adeo.ff.eo.*nisi per aliud ius sustineatur: putà,quia fraudulosè sit omissa causa testamenti: quia talis fraus non præiudicat pupillari substitutioni *l ij.§.planè.ff.de vulga.* Sed potest sustineri, si institutus erat suus: quia suitas,quæ causat existentiam hæredis confirmat tabulas pupillares.*l.si filius qui patri.ff.de vulg.& l.Iulianus.ff. de acqui.hære.* Quinto,si testator fuerit deportatus, vnde irritatur eius testamentum. *l.si quis filio.§.irritum.ff.de iniusto rup.vel ir.test.* & aliis modis ibidem positis,quibus modis testamentum irritatur.Sexto,capitis diminutione etiam minima pupilli *vt §.aliò.Instit.quibus mod.test.infirm.* quæ substitutio , licet desinat ipso iure : tamen in effectu remanet valida. quia debetur hæreditas ex substitutione illis,qui succederent,si adoptio facta non esset.*l.non aliter, & l.his verbis .ff.de adopt.* quia fit in fauorem filij.Secus in magna capitis diminutione , quæ fit in odium eiusdem. quia tunc remota minoritate , vitiantur tabulæ pupillares.*vt not.in d.l.in pupillari.* Septimo, taxatione temporis testantis,*vt l. si ita quis.ff eo.ti.* Octauo, per ingressum ipsius pupilli ad religionem ex dispositione summi Pontificis,secus ex dispositione patẽtum:cum talis possit pœnitere,& non sit perpetuo traditus,vt supra dictum est in præcedentibus. Nono , per emancipationem ipsius pupilli ante mortem patris. *vt l. cohæredi, §. cum filiæ. ff. de vulg.*

vulg. Idem si impubes habuit filium: quia malitia suppleuit ætatem. *Glo.in c.impuberes.de despon.impu.* Decimo, finitur substitutio pupillaris defectu ipsius substituentis: vt si est facta sub conditione extrinseca, quæ defecit, *vt l. qui liberis.ij.respon.ff.de vulg.* scilicet quando hæreditas ex alio iudicio quàm paterno aditur. Vndecimò, expirat alio filio in eiusdem potestate constituto, sub potestatiua conditione, in vltimo vitæ exitu non implebili, instituto moriente, nomine vulgariter substituto. *vt l.fi. ver. qui si neminem ff.de condi.insti.* Secus, si habet vulgarem substitutum. *vt ead.l.§.nam superior*, quod membrum non prosequor, sed omitto: quia licèt sint subtilia, sunt tamen parum practicabilia: cùm vix, immò nunquam viderim accidere casum, seu casus. *d.l.fin.* Item expirat in totum rupto testamento per querelam: secus, si in parte expugnato *vt l. Papinianus. §.sed nec impuberis.de inoffi.testa.ff.* Secus si per contra tabulas ruptum sit: quia firma manet pupillaris. *vt l.ex duobus.in fine.§.fi.cum l.seqq.ff.de vulg. & in hent. ex causa. & ibi Doc. C. de libe. prateri.vel exhered.*

exemplari, quæ † humanitatis intuitu parentibus in- 110 [illegible]cta est, multa secundum doctrinam Doctorum dici ac [illegible]duci possent. Nam licèt parum sit in vsu, multas tamen habet in se & eius materia subtilitates. veruntamen quia subtilitates parum sunt practicæ occurrentes, & minus commoditatis afferentes, vt ab initio protestatus [illegible]m huic opusculo non annectere minus necessaria, sic [illegible]am pauca de parum vtili & occurrenti materia subdicam.

¶ Dicitur autem † exemplaris: quia ad exemplum pu- 111 pillaris fuit introducta *per l.humanitatis. C.de impu.& aliis subst. & per ea quæ leguntur & notantur in §. qua ratione. Instit. de pupilla. & ibi Gloss.* quæ similitudo † causa- 112 tur ex duobus: scilicet ex miseranda ineptitudine ex parte eius, cui fit substitutio, & ex charitatiua aptitudine eius qui facit dixi, & ex ineptitudine eius, cui fit. Et primo pupillaris, quia pupillus testari non potest. *l. ex qua ætate. ff. de testament.* congruum enim erat, vt pater eum habens in potestate, sibi & filio testaretur. *l. moribus in princip. ff. de vulga.* Et quia simile est, quem esse impeditum mente captione, vel ætate, ad testamenti

factionem actiuam. *l.senium.iij.C.qui testa.fac.poss.vel non.* *& l.ij.ff.eo.* meritò voluerunt iura succurrere hoc impe-
113 dimento præpeditis: quia Honor † est habere hæredem. *per lec.& nota.in l.habeat.C.de sacrosan.eccle.* Concessa igitur fuit facultas parentibus, supplere defectum mentis liberorum.& hoc ex parte parentum. Ex parte verò liberorum, pariter congruum fuit prouideri: quia non minus impeditur quis morbo, quàm ætate testari. *vt in iuribus preallcg.* ¶ Subuenitur igitur liberis à parentibus altero modorum prædictorum impeditis. Et pro breui resolutione: videndum, in quo conueniunt, & in quo disconueniunt pupillaris & exemplaris: per quæ videbimus ea, quæ sunt necessaria ad practicam exemplaris. Conueniūt
114 igitur † Primo, in hoc, quòd quemadmodum ad validitatem pupillaris substitutionis requiritur, quòd is, cui pupillariter substituitur, sit de liberis. *l.ij.ff. de vulg.* sic & in exemplari. *dic.l.humanitatis.* Secundo, quemadmodum in pupillari, oportet, quòd pater sibiipsi faciat testamentum si sit paganus: licèt secus sit in milite propter priuilegi militare. *l.ij.§.quisquis autem. & §.prius autem. ff. de vu* Similiter etiam requiritur in exemplari, quòd pare testentur. *vt in d. l. humanitatis. in illis verbis liceat ei parentibus legitima portione ei vel eis relicta, quos voluerit substituere*, &c. Tertio, requiritur in pupillari, quòd imp bes sit institutus, aut iuste exhæredatus. *d.l.ij. circa prin pium & theoricam glo.in § non solùm.Insti.de pupill.* ita eti in exemplari. *vt in d.l.humanitatis, & in verbis Pannota* Quarto, sicut requiritur in pupillari ad eius validitatem, quod pupillus decedat in pupillari ætate: sic etiam requiritur in exemplari, quòd liberi tales, quibus fit, decedant in mentis captione. *d.l.humanitatis.ver ita tamen.* Et quinto, quia quemadmodum adueniente pubertate expirat pupillaris ita per resipiscentiam, seu mentis conualescētiam, expirat exemplaris. *vt in d.versicu.ita tamen.* Diffe-
115 runt tamen † in aliquibus pupillaris & exemplaris. Primo, quia pupillaris habet taxatum tempus infra quod fieri potest: scil. vsque ad xij. annum in filia, & quatuordecimum in filio. *d.l.ij.ff.de vulg.in princ.* In exemplari verò, nullum est taxatum tempus: sed cuiuscunque temporis, vel ætatis fuerit mentecaptus, potest ei substitui. *d.l.humanitatis.* indistinctè loquentis. Secundo differunt, quia in pu-

in pupillari est in arbitrio parentum: scilicet patris, aui, vel proaui, substituere quascunque personas honestas: secus in exemplari. quia necessario habet mente capto substituere eos, qui successuri essent ab intestato demen ti, vel mente capto *dicta l. humanitatis, in fi.* Tertio, disconueniunt in eo, quod pupillarem substitutionem non possunt facere parentes lineæ fœmineæ, cũ non habeant liberos in potestate, *C. de prima potestate. l. fin. & §. fœminæ. Insti. de patria potestate.* quod ad vtilitatem pupillaris substitutionis requiritur *d. l. ij. in prin. ff. de vulg.* & tamen exemplariam possunt facere vtrique parentes tam lineæ masculinæ quàm lineæ fœmineæ. *vt in d. l. humanitatis. & l. facte. ff. de vulga. cum ibi notatis.* Quarto, potest assignari pro conuenientia & disconuenientia propter varias opiniones Doctorum, de quibus *in l. si filius qui patri. ff. de vulg.* opinantium in illo articulo, An existentia sui hæredis confirmet tabulas pupillares tam fauore suorum quàm extraneorum. Possumus tamen assignare aliqualẽ differentiam, quia ad validitatẽ pupillaris, oportet, quòd hæreditas paterna adeatur, aut dolosè adiri omittatur. vt suprà dictum est in pupillari: in exemplari non sic, sed cum distinctione. quia aut solus mente captus est institutus à parente, in cuius est potestate: & tunc sola experientia hæredis confirmat exemplarem, sicut pupillaris. *vt in l. fi. § j. C. de cura fu. & l. si filius qui patri. ff. de vulg.* Si verò non erat in potestate, vel erat, & habebat cohæredẽ, tunc etiam requiritur aditio hæreditatis. *vt l. apud Iulianum. §. Idem Iulianus. ff. ad Trebel.* vel agnitio bonorum possessionis per procuratorem mentecapti. *vt d. l. fi. §. j. C. de cura furi.* aliàs si nec hæreditas adita, nec pro adita habita sit, nec bonorum possessio agnita, expirat exemplaris: sicut pupillaris, quæ abstinente filio ex prætoris beneficio non succederet ex pupillari, nisi esset, quòd ius ciuile necessitate filium fingit, ex d. necessitate filium hæredem extitisse. & sic hæreditatem pro adita habitam, & tabulas pupillares confirmatas fuisse & esse. Item quinto differunt, quia pupillaris expirat media capitis diminutione. *l. si arrogati. ff. de tutel.* Secus in exemplari. Item expirat pupillaris, si filius viuo patre exeat de eius potestate: secus in exemplari, in qua non requiritur prima potestas: vt superius visum est. Item differunt, quia pupillaris non

poteſt expirare agnatione poſthumi: quia in illa ætate non poteſt habere liberos. Exemplaris tamen poteſt deficere agnatione poſthumi; quia trahitur etiam ad ætatem, in qua mente captus poteſt etiam habere liberos. *d. l.ex facto.ff.de vulga. & pupil.post princip.verſ.igitur etiam ſi.* Per hoc tamen non negatur, quòd ſi ſuprà naturam pupillus impugnaret, prout referunt Canoniſtæ *in ca.de illis.de deſpon.impu.* tunc talis agnatio faceret expirare pupillarem, *vt volunt Doct.in d.l.ij.ff.de vulga.* Et ex hac differentia poſſet reſultare alia, quòd exiſtentia ſui hæredis regulariter non poteſt conualidare tabulas pupillares, ſed bene exemplares, per rationem ſupradictam. Et dixit regulariter, propter ea quæ volunt Doct.*in d.l.ſi filius qui patri.ff.de vul. & pupilla.* Cæteras conuenientias & diſconuenientias poteſt quilibet faciliter colligere. ¶ Venio † igitur ad quæſtiones practicabiles. Et primò quæro: An ad ſubſtitutionem exemplarem tranſeant omnia bona, quemadmodum ad pupillarem *per.§.ad ſubſtitutos.in l.ſed ſi plures.ff.de vulgari?* Et dic, quòd ſic: quia ad exemplum pupillaris inducta eſt *vt d. l.humanitatis. & Inſti.de pupil. §. quia ratione* &c. Ergo ad omnia bona trahitur, maximè, quia per iſtam non poſſunt excludi proximiores, qui bona eſſent habituri, immo debent ſubſtitui. *vt d. l.humanitatis.* Item hæc ſubſtitutio, eſt teſtamentum mente capti. *vt l.ex facto.ff.eo.* ergo continet omnia bona. *vt l.ius noſtrum, de regul.iur.* Nec obſtat *l.humanitatis.* quæ dicit de legitima. quia non dicit ſubſtituti in legitima, ſed ſimpliciter ſubſtituti, legitima relicta. Vnde & ſi in legitima ſubſtitutio valeret: ergo in omnibus bonis ſuis. *vt l.j.§ ſi ex fun.ff.de here.inſti. & l.cohæredi. §.fi. de vulgar. & pupil.* quòd omnia bona contineat. Et quòd per hanc ſubſtitutionem fiat hæres mente capti probatur apertè *in d. l.ex facto*, cùm dicit, *quia nil intereſt alium hæredem* &c. Ergo ſubſtitutus erit futurus hæres ex teſtamento: ergo & in omnibus bonis. Et hæc vera ſunt, ſi ſit facta a parentibus naturalibus, de quibus loquitur *l.humanitatis.*

116

117 ¶ Quæro etiam, quando, & qualiter † expirat exemplaris: Et dic, quòd primo expirat, quando parentis teſtamentum capitis diminutione infirmatur. *argu. §. alio autem*

autem modo. Insti.quib.mod.testa.infir. Item expirat, si pater seu parens reuocet tantum suum, vel cancellet propriam substitutionem: quia mutata intelligitur voluntas. *argu.l.proximè. ff. de his qui in testam.delent.* Item expirat, si patris vel parentis testamentum rescinditur seu rumpitur natiuitate posthumi, vel reuersione eius quem pater falsa opinione præsumpserat obiisse. *argu. l si cum vel in vtero. C. de mili.testa. & l. epistolam. in princip. ff. ad Trebellianum.* Item expirat, si substitutio facta dementi, efficiatur quasi caduca: vt quia moriatur substitutus superstite testatore, vel mentecapto. *argu. eorum quæ leguntur & notantur in §. pro secundo. in l. vnica. C. de cad.tollen.* Item si mente captus resipuerit. *vt d.l.humanitatis.* Item si eidem dementi filius natus fuerit, qui non reperiatur ei substitutus, vel in aliquo institutus. *d.l.ex facto. ff. de vulga.* Item si dictus mentecaptus habeat dilucida interualla, & tempore dilucido delictum committat, per quod deportetur. *argu. eorum quæ leguntur. & nota. in l. si quis posthac. C. de bon. proscript.* Plura alia possent deduci concernentia hanc substitutionem: sed quia (vt iam præmisi) parum est in vsu, & per consequens parum affert vtilitatis ideo ea relinquo. ¶ Venio igitur ad materiam † breuiloquæ, seu reciprocæ substitutionis, quæ satis est in vsu. Et in vocabulo non facio vim. Ab aliquibus enim appellatur *Reciproca*: & ab aliquibus *Breuiloqua*. de quo vocabulo *in l. iam hoc iure. in text. Glo. & commentis. ff. de vulga.* & est de substitutionibus nominatis. *per Glo. super rubrica. ff. de vulga. & Instit. de pupil.* 118

¶ Posset tamen non ab re *Mixta* nuncupari: quia per eam commiscentur, seu verius copulantur, vulgaris & pupillaris, quando scilicet breuiloqua fit personis habilibus ad vtramque substitutionem, De qua quidem substitutione tractat. *l. Lucius. ff. de vulga. & ibi Doctores.*

¶ Quæro igitur, Primo, Quotuplex † est substitutio breuiloqua, seu reciproca? Et dic, quòd latè sumpto vocabulo, substitutiõis, quòd est triplex, Vna videlicet directa simplex, de qua pręsẽs est aspectus. & hæc põt cõprehẽdere vulgarẽ & pupillarẽ. Itẽ & exẽplaris, iuxta personarũ 119

habilitatem. Alia reciproca compendiosa: de qua inf. dicam. Alia obliqua. nam fideicommissaria potest fieri reciproca, seu breuiloqua. *vt l.heredibus. & l.heredes mei. §. cum ita. ff. ad Trebel.* ¶ Igitur quæro, Quibus † modis fiat directa? Dic, quòd communis seu regularis forma verborum est, *Vos inuicem substituo.* vt *d.l.Lucius. & l. coheredi. §. ex his verbis. ff. de vulg. & l. ex testamento. C. de milita. testa. cum multis similibus.* Item si diceret testator, *Inuicem substituti,* sumpto verbo, *l.in testa.. §. hec verba. ff. de here. insti.* Idem si diceret *Instituti,* omisso verbo, *Inuicem,* vt *d. §. hec verba ij. responso.* Et per hæc dico, quòd si pluribus institutis, dicat testator, *Vos substituo* omisso verbo *Inuicem,* esset breuiloqua & reciproca substitutio rectè facta: *vt d. §. hec verba in fi.* Item multo magis, si diceret *Vos reciprocè substituo.* ar. *d.l.iam hoc iure.* Et idem si diceret? *Vice mutua, vos substituo.* vt *in l. coheredi. §. qui discretas. ff. de vulg.* Item si diceret, *Vnum alteri substituo.* nam tantum valet *vnum alteri,* quantum *inuicem. d.l. cum in testamento.* & si de similibus verbis æquipollentibus.

¶ Quæro, Quis † sit effectus breuiloquæ? Et dic, quòd considerandæ sunt qualitates personarum institutarum. Nam aut vterque est pubes, aut vterque impubes, aut vnus pubes, alter impubes: & quando vterque est pubes, quia pupillaris ei fieri non potest, non potest talis verborum conceptio continere pupillares, cùm non conueniant personis persæpe dictam *l. ij. ff. de vulga.* sed continere poterit duas vulgares conuenientes puberibus *per l. j. eo. ti.* Vbi autem vterque esset impubes: quia in persona cuiuslibet impuberis concurrere possunt duæ substitutiones; scilicet vulgaris & pupillaris dicemus, quòd in reciproca duobus impuberibus facta continentur quatuor: scilicet vna vulgaris pro quolibet, quæ sunt duæ, & vna pupillaris pro quolibet, quæ sunt aliæ duæ, & sic sunt quatuor, & hoc satis grossum est *per lec. & not. per Doct. in d.l. Lucius. & in l. testamento. C. de impu. & alias substi. & sunt glo. nigræ. in ca. si pater. de testa. li. vj. & in l. iam hoc iure. ff. de vulga.* Et generaliter hæc substitutio breuiloqua comprehendit omnes substitutiones, quæ possunt competere personis & verbis, quibus fit: *vt in notatis in dictis iurib.* Hæc tamē substitutio potest fieri adhuc duobus modis. Primo, sub breuiloqua cōceptu prædicto, sine ali-

qua

qua adiectione códitionis. Secúndo, cum aliqua adiectione conditionis. Primo casu: scil. quando fit simpliciter sine conditione de patre ad liberos in potestate constitutos: tunc continet illas quatuor, quas præmisimus. Si autem aliquibus alterutra tantum conuenit, & aliquibus vtraque: aut cuilibet ipsorum altera tantum, videntur sibi inuicem substitui, in illa tantum specie substitutionis, in qua personæ & qualitates conueniunt. nam oportet personas in his conuenire, ita quòd si omnibus sola vulgaris conueniat, sola continet vulgares. Si verò omnibus pupillaris conueniat, & hæreditaté adiuerit, expiratis vulgaribus per aditionem remanent pupillares vsque ad tempus pubertatis. Si quidem aliquibus alterutra tantũ conuenit, & aliquibus vtraque: tunc illi, quibus altera tãtum conuenit videntur sibi inuicem substitui, & etiam aliis, quibus vtraque conuenit iuxta paritatem in illa concurrentem sibi tantum conuenientem, esse substitui. Alij verò, quibus vtraque conuenit, videntur sibi inuicem in vtrumque casum. Alij verò, in illum tantum, qui eis conuenit, substitui, *vt in dictis iuribus*. Sed iterum subdistinguendum est de principali institutione, quæ fit multipliciter. nam quandoque fit sub specie merè vulgaris: scil. si hæredes non erunt: & quandoque sub spem merè pupillaris, scilicet si in pupillari ætate decesserint. Et quandoque & tertio sub specie merè compendiosæ, vt quandocunque decesserint. In primo casu tunc continet vulgarem expressam in personam cuiuslibet substitutorum. Verumtamen, hoc casu, illæ tales sunt expressæ in personis habilibus. *d.l.iam hoc iure. ff. de vulga. cum similibus.* Secundo casu, quando fit sub códitione pupillaris & personæ sunt habiles: quia vterque hæredum impubes: tunc continet pupillarem in casu existente hæredis. Tertio verò casu, quando vtriusque substitutionis, scilicet vulgaris & pupillaris conditio est expressa: scilicet *Si hæredes non erunt, vel erunt, & in pupillari ætate decesserint, eos inuicem substituo*: tunc sunt specialiter, & expressè vulgares & pupillares, licet reciprocæ. Quarto modo fit substitutio reciproca sub conditione compendiosa: putà, quia pluribus hæredibus institutis testator dixit, *Quandocunque decesserint, eos inuicem substituo.* & hæc substitutio continet vulgares & pupillares, si conueniant personis &

temporibus, vt dictum est, & vltra hæc, duas fideicommissarias. Sic itaque dicemus, quòd à tempore mortis testantis vsque ad tempus aditionis dicétur vulgares, quæ per aditionem expirabunt, & à tempore aditionis vsque ad tempus pubertatis pariter dicentur pupillares, quæ per euentum pubertatis similiter expirabunt. Et sic istæ quatuor substitutiones directæ: scilicet duæ vulgares & duæ pupillares expirant modis præmissis, aditione, sci. & pubertate, quæ post se relinquunt fideicommissarias in vim illius distributiui temporis, *quandocunque*. quia si non esset illa clausula distributiua, *Quandocunque decesserint*, euenta pubertate, cessarent omnes directæ substitutiones. Sed propter distributionem prædictam, transeūt directæ in fideicommissarias: prout hæc omnia probantur *in præalle. legib. iam hoc iure. ff. de vulga. & l. Titius. ff. de here. insti. & l. Lucius. de legat. ij. & l. recusare. §. Titius. ff ad Trebel. & l. Ticia. §. Seya. & l. heredes mei. §. cum ita. ff. ad Trebel. cum multis similibus.*

122 ¶ Quinto casu fieri potest † substitutio breuiloqua, sub aliqua extrinseca conditione: putà, *Si nauis ex Asia venerit.* Et iterum continet omnes directas: dum tamen conueniat personis & temporibus *per lec. & no. in l. qui liberis in prin. ff. de vulga. & pupil. & in l suus quoque. ff. de here. insti.* Potest etiam addi sextus modus substitutionis reciprocæ: putà, si institutis duobus hæredibus Ticio & Seyo impuberibus testator dicat, *Si Ticius hæres erit & in pupillari ætate decesserit, eos inuicem*: aut *alterum alteri substituo*: vel *Ticium Seyo*: seu *Seyum Ticio*. Nam vltima verba faciunt reciprocam substitutionem *per l. Sextiliam d. l. iij.* Nam licèt videatur plurium verborum ibi congeries, vltima tamen verba declarant reciprocam. ¶ Potest hic

123 de pluribus † exemplis reciprocæ substitutionis quæri, quas, vel quales contineant substitutiones: putà de duobus impuberibus & vno pubere inuicem substitutis: & de tribus impuberibus, quorum vnus est exhæredatus, vel de duobus impuberibus, quorum vnus est institutus, & alter exhæredatus, vel de duobus filiis, vno impubere & altero pubere furioso: vel de duobus impuberibus furiosis & de multis aliis similibus exéplis, quæ quęstiones mouentur *per Doct. in præallegatis iurib.* Et post plura verba resolutio est, quòd testator videtur ex verbis

reci-

reciprocis tot facere voluisse substitutiones, quot conuenire possit personis, temporibus, & rebus ne ad imparia iudicentur substituti *per l.iã hoc iure.ff.de vul.sæpe alleg.* Et quia vna determinatio recipiens plura determinabilia determinare debet ea æqualiter, maximè in materia in qua sumus: scilicet, substitutionum, *l.Lucius.ff.de vulg. l.in testamento.C.de mili.test.l.hereditatem.C.de impu.& ali.subst.* Et ideo facilè est viro legali & practico considerare ex qualitate personarum & temporum, quæ & quales substitutiones possint reciprocis seu breuiloquis verbis comprehendi seruata prædicta regula: scilicet quod conueniat omnibus substitutis: & quòd regulariter omnium substitutorum substitutiones determinentur per regulam prædictam: quòd vna determinatio respiciens plura determinabilia, debet ea determinare æqualiter. *per d.l.iam hoc iure. ff.de vul.& l.quamuis. C.de impube.quæ ad hoc allegatur.*

¶ Quæro præterea, An breuiloqua † facta impuberibus contineat seu trahatur ad fideicommissariam? Et videtur quòd sic. *per l.qui plures.ff. de vulg.* In oppositum facit, quia substitutio, quæ semel valet iure directo amplius non debet obliquari. *l.verbis ciuilibus.& l.in pupillari.ff.de vulg.* Plura vide inf. in materia fideicommissariæ. 124

¶ Quæro, † Testator habens tres liberos ex duabus vxoribus, substituit reciprocæ: vnus repudiat, aut decedit: Quæro, An frater in vtroque latere coniunctus excludat alium vno tantum latere: An verò in vim generalium verborum reciprocorum venient omnes? Quæstio est disputata *per Doct.* Sed conclusio communis videtur, quòd omnes veniant, non facta differentia, si vno, vel duobus lateribus sint coniuncti *per l. cohæredi.§. qui patrem.ff.de vul. & per l.si in fin. ff.ad Trebel.* Et ratio esse potest, quia ista substitutio fuit coniuncta: secus, si fuisset discreta & separata, *vt in dict. l. cohæredi. §. qui discretas.* 125

¶ Vlterius quæritur, † retẽtis terminis reciprocæ impuberibus factæ vno adeunte, alio non: vel vno pubescente, alio non: An extinguatur vulgaris in personam adeuntis, vel pupillaris in personam adhuc impuberis? Et hæc quæstio pariter disputatur, per 126

Doct. Sed conclusio est, quod non: quia censetur ab initio vtrique particulariter facta. Et casus superueniens non facit præsumi cessare voluntatem ab initio conceptam. *l. fideicommissa §. si rem. ff. de leg. iij.* & pro hac parte facit. *l. Lucius ff. de vulga. in suo intellectu. & l. qui plures illo. eod. ti.*

127 ¶ Similiter quæro, Testator † vnum instituit in re certa, & alios fecit vniuersales: & omnibus breuiloquè substituit, An institutus in re certa censeatur substitutus aliis, & econtrà? Et dic, quòd non *per §. qui discretas. in l. cohæredis. ff. de vulga sup. sæpe allegatis.* Reliqua de materia reciprocæ possunt elici ex tractatibus præcedétibus vulgaris & pupillaris substitutionis componendi reciprocã, ad quos me latiùs remitto. ¶ Vltimo prægnans & ambigua restat tractanda compendiosæ substitutionis materia, quæ licet per Docto. trita sit, in multis tamen adhuc remanet perplexa, ambigua, & inuoluta: intantum, quòd in pluribus opus esset nouis legibus; pro enodandis ali-

128 quibus articulis, de quibus subdicetur. Dicitur † igitur compendiosa, ex eo, quòd sub compendio verborũ plures substitutiones pluresque ætates & tempora comprehendantur: & detrectantur testamenta militaria, cùm vt plurimum omnes testantur iure communi, paganico, & non priuilegiato, antequam accedant ad exercitum. & sic raro contingit apud nos quæstio de testamento militis, prout attestari possum, vt qui iam viginti annis aut circa practicæ operam dedi, & tamen nullum vidi in contētio-

129 so iudicio deductum. De raro igitur † contingentibus non sentio in hoc opusculo fiendam mentionem, sed de communiter accidentibus & fructum seu commodũ affe-

130 rentibus. Fateor tamẽ, quòd † non est possibile, quæstiones paganicas sine militaribus expediri, & si non principaliter, saltem incidéter, per modum oppositorum. Qua de re expediendo paganicas dispositiones, tangentur & expedientur, saltem quantùm proposito seruiunt militares. Redeo igitur ad distinctionem verborum, per quæ

131 pagani substituunt. nam quædam † sunt, vt sæpe dictum est, verba merè directa: quædam merè obliqua, & quædam communia seu analoga? De quibus tetigi suprà, *in princip. huius tractatus substitutionum.* & ibi recurre. Et breuiter attingo materiam sine intricatione &

ne & cauillatione textuum & veritatis. Secundum † membrum: quando scilicet substitutio fit per verba merè obliqua, non habet dubium siue à milite, siue à pagano fiat. quia semper censetur fideicommissaria: vt si fiat per verba *Rogo, Volo, Peto, Mando*, & similia exigentia ministerium alterius ad transmissionem hæreditatis, prout sonant leges. *eo. titu. ff. & C. ad Trebell. & Insti. de fideicom. hær. §. in primis, & multis similib. facit etiam optimè, l. vbi purè. in princi. ff. ad Trebell.* Fallit hoc in † personis, in quibus cadit fictio iuris inter grauatum & substitutum pro vna & eadem persona reputatis, vbi de patre & filio, domino & seruo. De primo: scil. filio, habetur *in l. fi. C. de impub. & aliis substitut. §. de seruo. C. de hære. insti. l. neque per se. & ff. de lega. j. l. si mihi & tibi. §. regula.* Quo casu, licèt verba de se importent fideicommissum: pater tamen & dominus recipiunt iure directo, cessante quidem ministerio necessitatis personæ transmittere debentis: *vt in dictis iuribus.*

¶ Videamus ergo nunc, quando † est facta substitutio à pagano per verba merè directa, cum distributiuo *quandocunque*. vt fit communiter apud nos, in quo membro varij varia dicuntur. Nam legistæ vt plurimum pro expedito habent, quòd infrà tempora pupillaris ætatis valeat iure directo, & post ea tempora euanescat in totum. *per l. verbis ciuilibus, & l. centurio, & l. precibus. C. de impub.* Canonistæ verò, vt plurimum in *c. Raynucius. & c. si pater præalle.* tenere videntur, quòd infrà tempora pupillaris ætatis valeat iure directo: sicut Legistæ volunt: sed post pubertatem non expiret in totum, vt volunt Legistæ, immo quam per vim distributiuorum verborum prædictorum verba directa trahuntur ad fideicommissum. Nam & hoc lege probant: quia verba directa impropriantur & trahuntur ad fideicommissum *l. filiusfamilias. §. vt quis hæredem. ff. de lega. j. & l. imperator. §. cum quidem. ff. de leg. ij.* quæ impropriatio sumitur in dictis iuribus ex coniecturata mente testantis, quod videtur similiter posse & debere fieri in aliis casibus. Et pro istis canonistis faciũt *dicta c. Raynucius. & c. pater.* coniungendo vnum cum altero. Et canonistarum sententia solum tendit ad constructionem & fauorisationem voluntatis defuncti: & interpretatio legistarum ad destructionem contra dispositionem *c. cum dilectus. de dona.* in ratione sui, in eo quòd

dicit, quòd in vltimis voluntatibus ambiguis cadit interpretatio extensiua, de qua loquuntur Docto. in materia statutorum municipalium *in l.omnes populi.ff.de iusti.& iu.*

135 ¶ Et istud non reputo † modicum fundamentum, vt semper extendamus voluntatem defuncti iuxta eius mentem, vt magis valeat, quam pereat. *l. si miles qui. ff.de mili. testa.* vbi probatur, quòd præsumendum non est, testatorem aliquid ambiguum posuisse in sua dispositione, per quod possit eius supremum iudicium impugnari. Facit ad idem. *l.quamdiu institutus.& l.quamdiu potest.ff.de acqui.hered.* Verumtamen, est, quòd ad † 136 adminiculandum istam testatorum ambiguæ voluntatis extensiuam interpretationem, oportet quòd concurrant alia:scilicet.Primo,verisimilitudo voluntatis testantis,quæ est sumenda ex eo,quòd verisimiliter quilibet prudens testator voluisse, vel intellexisse crederetur. & signanter circa prælationem personarum sibi magis coniunctarum, vt eas semper prætulisse videatur in ambiguitate sermonis *per sæpe allegatas.l.generaliter.§.cum autem.C.de insti.& substi.& l.cum quidam. C.de impu. & l. Lucius Titius.ff.de her.inst.& per.l.ex testa.& l cum acutissimum.C de fideicom.& Insti.de pupil.substi.§ vel singulis,& in l.cõficiũtur. ff.de iure codicil.& l.si pater impuberes.ff.de vulg. cum multis aliis similibus.* Secundo,debet concurrere aptitudo verborum testantis: ita quòd non sint apta & nata recipere talem interpretationem: quia non essent omnino impropriãda *per lect.& not. in l liberorum.§.quod tamen* 137 *Cassius.ff.de leg.ij.& in c.præterea.de sponsa.& gl.in cle.plerisque.de elect.C.de testa.l.verba.Verbum autem distributiuum quandocũque* adaptat& disponit verba merè directa,quæ de sua natura non excederent pupillarem ætatẽ,vel tempus aditionis ad tempus pubertatis,& tempus post aditionem: nam alias superflueret illud distributiuum *quãdocunque* quod tamen non est dicendum *per lect.& not. in c.si papa.de priuile.in vj.* Verba enim debent de aliquo operari. *vt in d. c. si papa. & in l. si quando.ff.de leg.j.* ¶ Et 138 sic, cum quæritur: An † substitutio compendiosa facta pagano verbis directis, impuberi cum distributiuo temporis post pubertatem, valeat iure fideicommissi? Con-

Concordando iura distinguerem ex mente iurium: quia aut mater est in medio vel non: si non est in medio, in dubium est, quod valet iure fideicommissi: quia iura volentia expirare hoc introduxerunt fauore matris *l.fi.C.de insti. & precibus.C.de impub.* vbi ergo mater non est in medio, cessat ratio illarum legum. Ergo lex *per lec. & no.in l.cum mulier.ff.so.matri.& in l adigere.§.quamuis.de iure patro.* Matre verò existente in medio: subdistinguendum est, & quales sunt substituti. Nam qualitas substitutorum variat totam istam interpretationem extẽsiuam. Et distinguo sic, Aut sunt substituti tales, in quibus cadit ex parte testantis charitas: puta proximiores, qui successuri essent ab intestato, quia proximioribus nostris magis tenemur, quàm remotioribus secundum ordinem charitatis. *vt in præalleg.ll. generaliter.§. fi.l. cum quidam.l. Lucius.l. cum acutissimi: & similibus.* vel sunt tales, in quibus cadit pietas: vt quando substituuntur pauperes pietatis causa, vel pia loca: aut econtrario sunt substituti tales, in quibus non cadit charitas vel pietas. In primo casu, subdistinguendum est, an substitutus decedat impubes, tunc si institutis cadat charitas vel pietas, valet iure directo, & excluditur mater etiam à legitima pupilli, *vt in d. capit. si pater. & in l. Lucius. ff. de vulga.* quod sentit glos. *fin. in fin.dict.l.precibus,* quia persona & bona ipsius iuris fictione erant in potestate patris: nec fit iniuria matri ex persona filij, quæ relinquere non potuit propter ætatem: nec ex persona patris: quia matri hoc est nouercæ filij pater relinquere non tenetur cum ibi sit extranea. *l. Papinianus. §. sed nec impuberum. ff. de inoffic. testa.* Sed si in substitutis non cadat charitas vel pietas: tunc ex coniecturata mente testantis qua non præsumitur matrem voluisse omnino priuari liberorum successione, & in extraneos transferri, saluam habet legitimam mater. *per Glossa. l precibus. C. de impuber. & in l. ex tribus. C. de inoffi. testa.* ex æquitate, legis *humanitatis. C. de impuberi.* arguendo de exemplari ad pupillarem, quæ in hoc parificantur, vt mater habeat solatium liberorum amissorum. *l. vnica. C. de his qui ante apertas tabulas. l fi. C.de institut. & substitut. secundum vnum intellectum.* Si verò pubes decedat, & in substitutos

cadat charitas vel pietas: tunc quia talem ætatem attigit, in qua potuit testari, & in qua pater pro eo testari nõ potuisset: tunc est consideranda verisimilitudo voluntatis puberis, & non patris. Et quia verisimiliter pubes ille matrem non præteriisset, & tunc (quamquam in substitutos caderet charitas vel pietas) obligatur fauore matris, quæ vltra legitimam detrahit trebellianicam *per dicta supra.* Si verò in substitutos non cadat charitas vel pietas, & pubes decedat, obligatur. *vt in præcedenti dictum est.* Si verò decedat impubes, tunc salua fit legitima matri *per l.quoniam in prioribus. C.de inoff.testam.* quia tunc omnino grauatur filius in legitima, inquantum deferretur penitus extraneis relicta propria matre, quod non est rationabile. Nec obstat, vt dictum est. *d.l.ex tribus.cap.Raynucius.& c.si pater.* quia subaudiendum est, ibi fuisse substitutos tales, inter quos cadebat charitas vel pietas. & hoc etiam textus illi aperiunt. & apparet ex eorum tenoribus. Et in contrariis habemus subintelligere, substitutos tales in quos non cadebat charitas vel pietas. Et secundum hanc distinctionem, reducimus voluntatem ambiguam testantium ad interpretationem, & verisimilitudinem dispositionis, quam quilibet prudens testator habuisse præsumeretur. Nam aliam sumere interpretationem, non esset sanus intellectus: immò esset contra omnem verisimilitudinem voluntatis testantis. Si verò substitutio compendiosa fiat à pagano puberi, cum distributiuo omni tempore, valet vt fideicommissaria. *ar.l.Scæuola.ff.ad Trebel.* & per rationem generalem, quæ se habet, vt res potius valeat, quam pereat. *l.quotiens.ff.de reb. du.& d.l.quotiens.ff.de vsufru.*

139 ¶ Nunc restat † de substitutione compendiosa facta à pagano filio impuberi per verba communia seu analoga: vti est, verbum *Substituo*, & similia, de quibus sup. dictum est in princi. huius tractatus, quæ hîc non repetuntur, cum distributiuo. Et in hoc mẽbro similiter varij varia dicunt. Nam quidam dicunt, eam omni tempore esse fideicommissariam, ex eo quòd Verba communia sunt apta ad fideicommissum. *l. generaliter. §.fin.C. de insti.& substi.sub condi.fac & l.Ticia §.Seia.ff.de leg.ij.& l hæredes mei.§.cum ita.ff.ad Treb.* Et hanc opinionem tenuit Glo. *in dictis ll.centurio.& in l.precibus.& C.de inoffi.testa.l. ex tribus.* Sed Glo. *in §.qua ratione. Insti.de pupill.* di-

pil. dixit, quòd valet iure directo infra pupillaré ætatem, & post trahitur ad fideicommissum. Et aliqui Doct. sequuntur primas gl. alij glos. *in d. §. qua ratione.* Ego autem distinguerem, vt in præcedenti membro: videlicet, quòd Aut mater est in medio, vel non: & si non sit, non est curandum de eius fauore. Si verò sit in medio, iterum subdistinguerem, vt in præcedenti membro: quia aut sunt substituti tales, in quos cadit charitas vel pietas, & ita procedit Glo. *in § qua ratione. iuxta theoricam. c. Raynucius, & c. si pater, prealleg.* in quibus substitutiones fiebant per verba communia: scil. Succedat, Perueniat, Pertineat, & similia: puta moriatur. Et *in c. si pater.* in quo est verbum *moriatur*, quod interpretatur intra tempus pupillaris ætatis directum ex eo, quòd pauperes erant substituti, in quos cadit pietas. Et *c. Raynucius*, in quo est verbum *Succedat*, interpretatur eam post pubertatem fideicommissariam, & hoc fauore substitutorum qui erant de proximis, in quos cadit charitas. Vbi autem essent substituti tales, in quos non cadit charitas, vel pietas: & mater est in medio, tunc starem cum Gl. *in dictis ll. centurio, precibus. & l. ex tribus.* Ex his facilis patet responsio, si fierent argumẽta de dictis legibus vel capitulis, matre exeunte in medio: vt dicamus intelligi de hæretic. *c. Raynucius. & c. si pater.* quando in substitutis cadit charitas vel pietas. & dictas glossas cum iuribus in eis allegatis *in dictis ll. centurio. precibus & ex tribus*, quando sunt tales substituti in quos non cadit charitas vel pietas, nec dissonat à iure hęc diffinitio, perquam iura iuribus concordantur: immò conuenit, quia verba † communia, duo dicuntur communia: quia possunt referri ad plura significata, vel ad plura tempora. *l. iam hoc iure. ff. de vulg. & l. cohæredi. § fi. eo. ti. l. in verbis in prin. ff. de here. insti. iuncta l. facta. in prin. ff. ad Trebel. & ibi notatur. & in l. Scæuola. eo. ti.* ¶ Quæro, Paganus † testator substituit filio instituto tantum modo per verba *Si sine liberis decesserit*, quæritur, An sit idem iuris, quòd quando per distributiuum *quandocunque*, hoc est quærere, An sit fideicommissum pro toto tempore. Et dic, quòd quia pupillus potest decedere sine liberis in pupillari ætate, vel post pupillarem ætatem, immo etiam in senio & decripitu, illa verba *Si sine liberis decesserit*, tantũ importare videntur, quantum illa verba *Quandocunque*

140

141

decesserit: licet glo.magna. *in d. l.precibus.* faciat eam omni tempore fideicommissariam. Ego tamen puto, eam in pupillari ætate directam, & post adueniente pubertate obligari, cum distinctionibus tamen præmissis, quando scil. fit per verba distributiua. & hoc, mater vt consideretur an sit in medio, & an sint substituti tales, in quibus cadat charitas vel pietas. Nec obstat ratio.d.glo.quia respondeo, quòd illa verba, *Si sine liberis*, compendiosè prolata, ita bene possunt comprehendere vulgares pupillares: sicuti distributiua illa *quandocunque*, & talis videtur esse quælibet substitutio, qualem admittit quodlibet tempus cui adaptatur, *vt notatur in d.l.centurio. & c. si pater.* ad quod adaptatur communis vsus testantium, qui talibus verbis *Si sine liberis*, communiter vtuntur, credétes illa verba *Si sine liberis*, referri ad omnia tempora, quicquid subtilizent Doctores & iuris interpretes. Et ideo, quia vt sæpè dixi, In interpretandis vltimis voluntatibus decedentium, maximè attendendum est id, quod verisimiliter voluisse creduntur testatores: quia testatoris voluntas debet interpretari ex mente. *l.iij.C. de libe. prate.* & secundum æquitatem. *l.in iis.ff.de condi.& demon.* & per alia iura ad hoc vulgata. Et iste vsus loquendi, seu substituendi communiter, ita interpretatur secundum vulgarem intellectum, qui attendi debet *per lec. & nota.in l cum delanionis.§. asinam.ff.de fun.instru.* Esto igitur, & subsiste cum dicta communi & vulgari verborum interpretatione *per ea quæ leguntur & notantur in l. liberorum. §. quod tamen Cassius. ff.de leg.iij. & l. Labeo. de suppel.lega. & d. cum delanionis.§.anna.xxij. q.v. c. humana, de verbo.sig.c.intelligentia.* Et quicquid sit in contrarium pro argumento sensus prouinciæ nostræ, eam quã præmisimus recipit interpretationem, quam sequor *per c. certificari. de sepul.* Et sensus cuilibet prouinciæ interpretationibus attendendus est *per ea quæ leguntur & notantur.in d.c.certificari,de sepul.*

142 ¶ Item quarto, Quid † iuris sit, quando verba directa, communia, vel analoga, sunt mixta in substitutione? Et dic, per membra sequentia, quòd aut vnus est substitutus simpliciter per verba directa: alius verò non simpliciter, sed in certa portione per verba communia. & tunc substitutus simpliciter per verba directa admittetur directè, vt hæres: alius

alius verò vt fideicommissarius. quia Verbum commune non trahitur ad ius directum, vbi alius est hæres vniuersalis. *vt l.his verbis cum ibi not.ff. de here.insti.* Quandoque vtrumque substituit testator in certa portione: vnum per verbum directum in vna, alium per verbum commune in alia, nullo simpliciter instituto. & tunc institutio per verbum commune trahitur ad directum: quia in illa portione nullus est institutus. Quandoque vnum substituit in certa portione, per verbum directum, alium in alia portione, per verba merè obliqua. Et tunc substitutus directè totum capit vt hæres.*vt l.cohæredi.§.cum filiæ ff.eo.* Alius est fideicommissarius in sua portione per verbum commune: Alius in certa portione per verbum obliquum, & tunc vtraque substitutio est obliqua: quia verbum commune ita trahitur demum ad directum, si additur vniuersalitati seu totalitati bonorum. *vt d. l. his verbis.* Ex quo ergo alia portio est expressè per fideicommissum relicta: sic istud verbum commune dubium, interpretatur vt fideicommissum: & sic per obliquam substitutionem alia declaratur etiam esse obliqua.*ar.l.si seruus plurium.in fi.ff.de legat.*j.¶Postremò †quæritur: per quem modum expiret seu impediatur institutio compendiosa à pagano facta? Et dic, quòd tot modis expirant particulares substitutiones in ea comprehensæ, de quibus supra vidimus in tractatu singularium substitutionum. 143

¶Quæro ab †extra de tali quæstione: Testator instituit filium, & inde substituit compendiosè hoc modo *quandocunque filius meus decesserit, lego tali bona mea:* Qualis iudicabitur hæc substitutio: scil. directa in pupillari & fideicommissaria post pupillarem: An verò semper fideicommissaria: Et dic, quòd aut ille, cui fit substitutio, fuit hæres per aditionem, aut non. Primo casu valet substitutio iure legati fideicommissi. *arg.l.cogi.§. si quis hæres.ff.ad Treb.* Si verò dictus institutus non fuerit effectus hæres per aditionem, tunc infra pupillarem ætatem instituti valet vt directa: ex eo, quia verbum *Lego*, trahitur de sua natura ad substitutionem.*l.filium.§.si legata.ff. de leg.præsta.* 144

¶ Quæro, Testator † dixit *filio meo impuberi, si decesserit talē substituo.* An per hoc verbū *impuberi*, videatur 145

limitata substitutio ad tempus pupillaris ætatis. Et distin gue: quia aut verbũ *impuberi*, adiicitur verbo *Dispositiuo*, sicut verbo, *Instituo* vel *Substituo*, aut verbo executiuo, putà *Succedant*, vel *Accipiant*. In primo casu tunc verbum *impuberi*, non limitat, sed demonstrat qualitatem instituti. *l. Mela. in princ. ff. de ali. & ciba. lega.* In secundo verò casu scilicet, quando verbo executiuo, tunc coarctat substitutionem ad tempus pupillaris ætatis. *ar. l. iij. ff. de au. & arg. leg.* Plures aliæ & quasi innumeræ quæstiones possent moueri circa materiam fideicommissariarum substitutionum, sed quia stilus notariorum apud nos in tantum inoleuit, quòd omnes ferè clausulas necessarias ad tollendas dubitationes abolent per modum codicillaris clausulæ infra scriptæ: ideo illas quæstiones hic omitto.

146 ¶Tenor verò dictæ † clausulæ est talis, Et hĩc dicit suam esse vltimam voluntatem, quam vult valere omni meliori modo, forma, via & iure, quibus potest & debet: & si non valeat vel valebit iure testamenti, valeat seu valebit iure codicillorum, aut alterius cuiuslibet vltimæ voluntatis. Ista enim † clausula in fine apposita, videtur in qualibet parte testamenti repetita. *l. Titia. §. fi. ff. de verb. obli.* & ideo ista verba conuertunt substitutionem directam in fideicommissariam: vt volunt Docto. *in l. verbis ciuilibus ff. de vulga. & in l. precibus. C de impub. & facit. l si frater tuus. C. de fideicommiss. & gl fi. Institu. de pupill. substi. in §. masculo.* Maximè etiam † confert in istis vltimis voluntatibus testantis coniecturata voluntas *per l. in conditionibus j. in prin. ff. de condi. & demonst.* Secundò, persona instituti: scil. An sit de liberis *per l. hac consultissima. §. ex imperfecto. C. de testa.* Vel venientes ab intesta. *l. ex testamento. C. de fideicommiss.* Vel in quos cadat pietas vel charitas, vt suprà dictum est. Tertio verba per quæ fit institutio vel substitutio, & signanter vis clausulæ codicillorum præmissæ, cuius vires ponunt & extendunt Docto. *in l. j. ff. de iure codicill. & l. fi. de codicill.* Nam vbi hæc concurrunt in multis flectuntur iuris rigores, & exuberant fauore substitutorum interpretationes. ¶Vltimo † quæro: quia sæpe contingit, quòd in vltimis voluntatibus coniunguntur plures hæredes, vel plures substituti: Qualiter succedere debeant tales coniuncti? Doct. tractant hanc materiam *in l. re coniuncti. ff. de leg. iij.* & in pluribus aliis iu-

(margin: 147, 148, 149)

ris

is partibus. Et pro breui summula distingue: quia aut testator vocauit tales nominibus propriis: aut appellatiuis. Si propriis, aut expressit portiones: aut non, si expresserit portiones, tunc seruandæ sunt illæ: si verò testator non expresserit portiones, tunc subdistingue: quia aut sunt omnes positi in vna oratione, aut in diuersis: si in vna, veniunt per viriles portiones, nisi onus iniunctum aliud inducat. *vt not. glo. in l. j. C. de impub. & al. substi.* Aut verò sunt vocati in diuersis orationibus, & tunc positi in vna oratione, vocantur per viriles respectu alterius: pro hoc est *l. Ticius. & l. interdum. ij. respon. ff. de hære. insti.* Secundo casu principali, quando vocantur per nomina appellatiua, & tunc aut tales sunt hæredes instituti, aut nõ: si sunt instituti, tunc veniunt pro hæreditariis portionibus. *l. si plures. & l. qui cum plures. ff. de vulg.* siue dispositio fiat per verbum distributiuum singulare, vt in dictis *ll.* siue præalle. *l. si pater. eo. ti.* nisi ex verbis expressis aliud constaret de volũtate testatoris. *l. Lucius testamento. § Lucius. ff. de leg. ij.* Aut ex his aliqui non fuerunt instituti, vt si substituit hæredes suos & fratres, & tunc instituti respectu fratrum veniunt per viriles portiones, licet postea inter se diuidant pro hæreditariis portionibus. Fratres autem diuidunt inter se pro viribus cum non fuerint hæredes instituti. ¶ Tertio casu principali, Aut signum distributiuum fuit appositum nominibus appellatiuis, & tunc veniunt per viriles. Aut nullum signum distributiuum fuit appositum, & tunc vocati per talia appellatiua faciunt vnam partem & adiunctus aliam. *l. si pater. ff. de vulga.* De quo latius vide *per Docto. in iuribus præallegatis.*

De Legatis.

Rvb. IIII.

Argumenta.

1. Legati titulo quomodo decedentium bona particularia deferantur.
2. Legare quis possit.

3. Legare cui poſſit.
4. Hæredem inſtituere,& Legatum relinquere, vt differant.
5. Catonianæ regulæ quando ſit locus.
6. Legari quid poſſit.
7. Legari res extranei quomodo poſſint.
8. Legari quomodo poſſit res ſua pignori obligata.
9. Legari vt poſſit res quæ non ſit in rerum natura.
10. Legato certo numero modiorum frumenti, aut vini agnorúmve talis gregis nec tot naſcātur,quid iuris.
ibid. Legatum rerum futurarum integrè debetur etiamſi non proueniant integrè.
11. Legatum ſi à teſtatore ante mortem, ſolutum ſit, an poſt mortem iterum repeti.
12. Legari vt poſſit aptio ſeruorum, iumentorum aut veſtium.
13. Legari vt poſſit licentia lapides aut arbores cædendi, in lapidicina ſeu ſylua.
14. Legari vt poſſit res communis teſtatori & alteri.
15. Legatis mille filiabus ſuperſtitibus & vnica ſuperſit: an illa ſola mille timebit.
16. in Legatis,vt ius adcreſcendi locum habeat.
17. Legatis centum filiæ naſcituræ, ſi duæ naſcantur, an vtraque centum habebit.
18. Legatis rebus quæ adcreſcunt viuo teſtatore vtrum cedant lucro legatarii.
19. Fructus rerum legatarum,cui lucro cedant.
20. Legatis rebus diuiſionem quatenus ſit æſtimatio præſtanda.
21. Legata,à teſtatore vna de vineis ſuis, cuius erit optio an legatarii an hæredis.
22. Legata lana à teſtatore vxori ſuæ,ex qua poſtea factū ſit veſtimentum,an illud petere poſſit vxor.
23. Legata area, an domuncula in ea ædificata quamuis non expreſſa cedat legato.
24. Legato inſtrumento alicuius debiti: an debitum legatum eſſe videatur.
25. Inſtrumenti legati debitis decem ſi quinque ſoluta teſtatori reperiātur,an hæres ea reſtituere teneatur.
26. Legata ſpecie,quatenus interitu rei liberetur hæres.
27. Legata ſub condicione, quatenus ea deficiente debeantur.& nu.28.
29. Legatum non mutata teſtatoris voluntate mutatum, quatenus debeatur.
30. ab Inſtituto relicta,an à ſubſtituto repetita cenſeātur.
31. Teſtatore filiam in matrimonium collocante, cui in dotem centum dederit, & poſtea in teſtamēto eandē in quinque ſolidis & centum dotis nomine datis inſtituerit: an gener centū ex dote, & filia centum ex teſtamento petere poſſit.

32. Le-

32. Legato coniunctim duobus fundo,& alter preciũ reddere volens,quatenus admittatur.
33. Filius prælegatum accipiens, & posteā hæres institutus, abstinendo ab hæreditate, quatenus perdat legatum.
34. Legatum relictũ fratri cum pacto, vt ex damnato coitu natis liberis illud restituat:an ad restitutionē ex pacto illo teneatur?
35. Legata tacitalia,vt pro non scriptis habeantur.
36. Legato fundo cum conditione, vt non alienetur, vt non valeat tale legatum.
37. Testatore instituente duos hæredes, vnum in viii.vnciis, alterum in iiii. & in eodem testamento ab hæredibus suis legante Sempronio xii. qualiter legatum per dictos hæredes solui debeat.
38. Legato fundo,si testator superuixerit per aliquot dies, & interim fundus accreuerit, cui cedat cremēti lucrum,an hæredi,an verò legatario.
39. Legato omni blado, quod in horreo est: an bladum postea illatum debeatur.
40. Legatario an ita legari vel fideicommitti possit,vt eo defuncto,eius hæres restituere cogatur.
41. Legato vsufructu ad certum tempus, & legatario infra illud tempus decedēte,an ad eius hæredem pro residuo temporis transeat.
42. Legato fundo empto nondum soluto, an hæres pretium soluere teneatur.
43. Legatum si fiat caducum ad quem transeat.
44. Legato calice alicui ecclesiæ, nec adiecto déque pondere,valore,vel metallo: quid iuris.
45. Legato Deo vel Christo facto,cui solutio fieri debeat.
46. Legata vinea post decem annos præstanda,an lapsis decem annis fructus medio tempore percepti legatario debeantur.
47. ex Testamentis duobus eiusdem diei, an legata debeantur.
48. Legato boue sine hæredis culpa mortuo, an corium legatario debeatur.
49. in Legatis vt substitui potest,an & in donatione mortis causa substitui possit.
50. Hærede rogato restituere, quicquid tempore mortis supererit, an & empta & permutata prædia debebantur.
51. Legata quatenus debeantur testamento rupto.
52. ab Intestato venientes,qualiter rogati censeantur.
53. Debitor quatenus creditori suo legare possit.
54. Legata præteriti temporis,an trahatur ad ea quæ sunt futuri.
55. Legata dote arbitrio fratris, eo mortuo cuius erit arbitrio.

Viso de titulis vniuersalibus, quibus bona decedentium transferuntur: videndum restat de particularibus, hoc est, quomodo titulo † legati bona particularia de-

tia decedentium ad legatarios particulares transferantur. Pro quo præmitto tria quæsita. Primo, Quis legare possit. Secundo, Cui. Tertio, Quid. ¶ Ad primu † respondeo, quòd potest legare is solus qui potest facere testamentum. *ff. de lega. j. l. ij.* Fallit ad pias causas, in quibus nó valens testari, potest tamen legare. *per lec & no. in c. ad hec. de testa.* ¶ Ad secundum † respondeo, quod ei legari potest, qui potest hæres institui: verum tamen circa hæc consideranda sunt personæ legantium & legatariorum & tépora. Nam incapacibus relinqui non potest, sicuti nec hæredes institui non possunt. *vt sup. visum est. C. de hered. insti l. j. & ibi not.* Prima tamen † est inter hæredem instituere, & legatum relinquere. quia oportet quòd hæres institutus sit tam tempore testamenti, quá mortis & aditionis habilis. *ff. de here. insti. l. si alienum. §. in extraneis. & Instu. de here. quali. & diffe. §. in extraneis.* quod procedit tam in suis, quam necessariis. *in d. l. si alienum. j. respon.* Sed in legatis & mortis causa donationibus, satis est, quòd tempore mortis testatoris legatarius, vel donatarius sit habilis. *ff. de dona. causa mor. l. in mortis. & de condi. & demon. l. eum qui. & ff. de iure fis. l. non intelligitur. §. quando.* Nec obstat regula Cathoniana *de qua Insti. de ·. §. an seruo.* quia illa † intelligitur quum deficit lega- ex persona relinquentis & legatarij simul. *vt in prae- o. §. an seruo. & C. de leg. l. seruis.* Secus si deficiat pro- r personam legatarij tantum. *vt in dicto. §. an seruo cum not.* hæredi tamen à seipso legari non potest, sed à co- rede potest, & vocatur prælegatum, quod licet ille co- etes prælegatarius repudiet hæreditatem: nihilominus etere poterit legatū, quamuis non tenuerit pro ea parte qua ipse hæres erat. *vt ff. de lega. j. l. qui filiabus. in fi.* ¶ Ad tertium, quo † quærebatur, Quid legari possit? Respondetur, quòd potest legari non solùm res testatoris, sed etiam hæredis. *ff. de leg. ij. l. vinum. §. si rem tuam.* ¶ Item extranei † res possunt legari. quod an, & qualiter procedat distingue: quia aut testator legat rem alienam, sciens alienam, aut legat rem alienam, credens esse suam. Et primo casu, si ille alius habeat rem venalem compellitur hæres emere & tradere legatario. Si verò nolit vendere, soluitur æstimatio. *ff. de leg. iij. l. dubium. §. vlti.* Si auté testator ignorans rem esse alienam, credens esse suam lega-

ueri : iterum distinguendum est : quia aut legatarius est extraneus testatori, aut de coniunctis personis testatoris. In primo casu, non debetur legatum, nec æstimatio, nisi esset talis persona, cui alias fuisset relicturus etiam rem alienam *per lec. & no. in l. cum alienam. C. de leg.* Secundo casu sic.

8 ¶ Sed iterum quæro, Si † testator legauit rem suam, iam per eum pignori obligatam, quæritur, An hæres luere teneatur? Et distingue, aut sciuit, aut ignorauit: & iterum aut legatur coniuncto, aut extraneo. Primo casu valet, si sciuit: & tenetur hæres luere, etsi ignorauerit legatarius. Secundo casu, quando coniuncto iterum luit hæres. Sed si extraneo, distinguitur: quia aut creditum absorbet legatum, aut non. primo casu tenetur hæres luere: secundo non. prout hæc probari videntur *in l. obligata prædia. C. de fideicommis. & in l. si res obligata. ff.*

9 *de leg. j.* ¶ Item legari potest † res quæ non est in rerum natura, si tamen futura sit: veluti, fructus, qui in tali fundo nascentur, vel fœtus pecudum. *Insti. de leg. §. ea quoque res. & ff. de leg. j. l. quod in rerum.* ¶ Sed iuxta hæc

10 quæro: Si † testator legauerit decem sextaria frumenti ex tali fundo, vel duo modia vini ex tali vinea, se decem agnos ex tali grege: An si tantus fructus, v tantus fœtus non nascatur, debebuntur integraliter p hæredem. Et dic, quòd ita. *per lec. & nota. in l. quidam stamento, in prin. ff. de leg. j. & per l. Paulo Callimacho. §. fi. lias est. l. Iulius Seuerus. ff. de leg. iij. & per l. Lucius. ff de a & cib. lega. cum vtrobique nota.* Nam campum, vineam, gregem, magis demonstrationis, quàm conditionis gratia apposuisse videtur: *vt in dictis iuribus.* ¶ Iterum quæ

11 ro, Si † testator legauerit, & deinde conualeat, & solua legatario, deinde testator decedat, An legatarius poterit iterum petere legatum ab hærede. Dic quòd non: quia legata solui possunt per testatorem eo viuo, & soluendo liberat hæredem. *per l. Lucius Ticius in testamento suo, in prin ff. de leg. ij. glo. in clemen. dudum de sepul.* ¶ Item

12 legari † potest optio seruorum, iumentorum, vel vestiū, & similium. *vt ff. de opt. legat. quasi per totum.* ¶ Item le-

13 gari † potest, vt liceat alicui in lapidicina, vel silua cædua cædere lapides, vel legere ligna cædua. *ff. de legat. j. l. apud Iulianum. §. si quis. cum ibi nota.* Veruntamen

facul-

facultas non transmittitur ad hæredes, nisi testator hoc expresse disposuerit. *vt d. §. si quis alicui.* ¶ Item legari † potest res communis testatori & alteri. & tunc partem suam testator duntaxat legasse censetur. *ff. de leg. j. l. serui electione. §. fi.* 14

¶ Quæro, Testator † vnicam habens filiam in suo testamento retinuit vnam summam: puta mille librarum, pro filiabus suis maritandis, intendens tam de iam natis, quam de posthumis: nulla nascitur. quæritur, Vtrum hæres soluere teneatur integra mille superstiti? Dic, quod sic. *l. qui quartam. §. fin. ff. de leg j.* ¶ Item ius † adcrescendi habet locum in legatis. *d. §. fi. cum l. se.* pro quo faciunt notata *in l. à Titio. ff. de verbo. obligatio.* 15 16

¶ Quæro, ad idem † testator disposuit quòd si aliqua filia sibi nasceretur, hæres centum daret pro ea maritanda: nascuntur duæ: An cuilibet centum debebuntur? Dic quòd sic *per l. qui filiabus. § si quis ita. ff. de lega. j.* 17

¶ Quæro, Vtrum † ea quæ accrescunt rebus legatis viuo testatore, cedant lucro legatario? Dic, quòd sic *per l. & grege. ff. de legat. j.* quod intellige ex tempore moræ. *vt in l. quæsitum. §. fi. ff. de leg. j.* per quam probatur, quòd oportet quòd interpellatio sit iudicialis; & per litis contestationem, veruntamen de materia moræ latius vide *in l. si quis seruo. ff. de leg. ij. & C. de vsuris. authent. ad hæc.* vbi videtur Docto. velle, quòd sufficiat interpellatio extraiudicialis. Hoc tamen remittendum credo arbitrio iudicis iuxta qualitatem personarum arbitrandum. ¶ Sed quæro Quid de fructibus? † Dic, quòd cedunt lucro legatarij à tempore moræ hæredis. *ff. de leg. j. l. si quis honorum.* Ante moram verò sunt hæredis. ¶ Item pone, Testator legauit sextam partem domorum, terrarum, & vinearum suarum Sempronio: euenit, quòd dictus Sempronius petit de qualibet domo, de quolibet prædio, de qualibet vinea sextam partem: hæres dicit, quòd non possum commodè diuidi: sed est paratus soluere æstimationem: Quæritur, An sit audiendus hæres? Dic, quòd si res est indiuisibilis de sua natura, vel etiã quãdo diuisio esset incõmoda hęredi: habet optionẽ hęres soluẽdi æstimationẽ. *l. nõ amplius. § cũ bonor. ff. de le. 1.* Si verò 18 19

hæres non habeat pecunias paratas ad soluendum æstimationem, poterit adire iudicem, & vocato legatario petere committi expertos, qui in vno vel duobus prædiis assignent partes cæterorum. *l.post autem hæres. ff. de leg.j.*

21 ¶ Pone, Testator † legauit vna de vineis suis, vnum de equis suis, vel vnam de tasseis suis: & sic de aliis. In optione erit hæredis, quam vineam, quem equum, vel quã tasseam dare voluerit: dum tamen non det de deterioribus, sed de mediocribus. *l. legato generaliter. ff. de lega.j.*

22 ¶ Item pone, quòd Testator † legauit lanam vxori suæ: deinde ex lana fit vestimentum: quæritur, an vxor petere poterit illud vestimentum? Dico, quòd sic. *l. seruum filij. §. si pocula. ver. Item si lana. ff. de leg.j.* ¶ Sed pone,

23 Testator † legauit aream, & nihil dicit de domuncula in area ædificata: quæritur, Verum cedat legato? Dic quòd sic *dicta. l. seruum filij. §. si area.* siue cum fieret testamentum iam esset constructa domuncula, siue post testamentum fuerit constructa. *l. si area. ff. de leg.ij.* ¶ Quæro,

24 Testator † legauit instrumentum alicuius debiti, an debitum legasse videatur? Dic quòd sic, *vt in d. l. seruum*

25 *filij. §. cum qui cirographum.* ¶ Sed pone, quòd † ex decem debitis in instrumento soluta erant quinque, an hæres teneatur in plus, quam sit debitum? Dic, quòd non: sed liberatur cedendo legatario actiones restantis debi-

26 ti. *d. l. seruum filij. §. sed si nomen.* ¶ Quæro, † si fundus, animal, vestis, vel similia legata pereant, An hæres tenebitur ad æstimationem? Dic, quòd aut hæres est in mora tradendi, soluendi, vel relaxandi: vel non. Primo casu tenetur: secundo non. *l. cum hæres. §. fi. & l. huiusmodi. §. si cui homo. ff. de leg.j.* Dicitur autem esse in morã hæres, cum præstare possit, & non præstat. Si autem iustè impediatur: putà, quia nõ habet pecuniam legati numeratam, vel rem alienam ab eo legatam: & ita citò emere & expedire non potest, rigor temperandus est, & danda dilatio ar-

27 bitrio iudicis. *l. si domus. §. in pecunia. ff. de leg.j.* ¶ Quæro † Testator legauit alicui filiæ decem, cum ad annos nubiles peruenerit: Decedit ante annos nubiles relicta matre, quæritur, An matri debeantur illa decem, vel remaneant penes hæredem? Dic, quòd si filia erat extranea testatoris, vel etiam si erat filia

pro-

propria testatoris: sed ei relinquebantur illa decem vltra portionem legitimæ propinquior dote seu maiori tribumento: tunc non debentur matri, sed remaneat penes hæredem.*l.si cui legetur.in prin.ff.de leg.j.* ¶Pone testator † legauit primo filio suo quandam ipsius testatoris domum, casu quo dictus Sempronius promoueretur ad sacros ordines: mortuo testatore Sempronius deliberat promoueri, & ita promouetur: hæres expedit illi domum: Sempronius illam ædificat: sed postea pœnitentia ductus ad nuptias conuolat: Hæres repetit domum propter defectum conditionis: Sempronius dicit, solue mihi expensas. Quæritur: An hæres teneatur? Dic, quòd non *per l.sumptus.ff.de leg.j.* ¶ Pone, Testator † legauit domũ quandam, superuiuit multis diebus: exuritur, aut demolitur domus, & eam reficit testator: deinde non mutata voluntate decedit. Quæritur, An debeatur domus? Distingue, quia aut in totum fuit destructa, & refecta: aut in parte. Primo casu non debetur. *l.si ita legatum sit.§.si domus.ff.de leg.j.* ¶ Item quæro: An † relicta ab instituto, censeantur repetita à substituto? Et ista materia repetitionis est in pluribus iuris partibus tractata: videlicet in *l.licet imperator.ff.de leg.j.& in l.Celsus.ff.de leg.ij.& in l.sub conditione.ff.de hære insti.& in l.non iustam.C.ad Trebel.* Et breuis resolutio esse videtur in tribus membris: Aut est clarum, testatorem voluisse repetere, & sine dubio debetur à substituto: Aut est clarũ, quod noluit repeti, quod contingit multis modis. Primo, quia hoc arguunt verba voluntatis testantis, vel ratione differentiæ qualitatum instituti & substituti, & rerum substitutarum: & tunc nõ debẽtur à substituto. Aut & tertio casu sumus in dubio an voluerit, vel noluerit repeti: & tunc in dubio censetur relictum debere repeti à substituto.*d.l.licet imperator. ff de leg.j.* quòd tamen limita verum, si illud relictum ad substitutum peruenerit: quia si non peruenisset ad substitutum, repetitio nihil operaretur, nec ab eo deberetur. *per l.fideicommissum quod à legatario,de leg.j.* ¶Quæro † de sæpissimè contingenti quæstione: Testator maritauerat filiam, dederat centum in dotem: postea veniens ad mortem, condidit testamentum, in quo filiam in quinque solidis, & in centum dotis nomine datis, instituit: Quæritur, An gener petere possit centum ex dote, & filia alia

28 29 30 31

centum ex testamento? Dic, quod non censetur repetita summa. *l.huiusmodi §.cum pater.ff.de leg.j.* ¶ Quæro. Fun-32 dus † est legatus coniuncti duobus: scil. Titio & Mæuio: Titius est contẽtus recipere æstimationem legati in pecunia. Mæuius totum vendicare vult, & est contentus reddere pretium æstimationis partis collegatarij. Quæritur, Vtrum admittatur? Dic, quòd non. *per l.duobus con-*33 *iunctim.ff.de leg.j.* ¶ Quæro, † Pater testando prælegat filio: post hæc ipsum prælegatarium & alium filium cohæredes instituit: prælegatarius abstinet ab hæreditate. Quæritur, an perdat legatum? Distingue: quia Aut cum causa, vel sine causa abstinet. Si cum causa, non priuatur. *l.filio pater.ff.de lega.j.* Sed si sine causa legitima, priuatur tanquam indignus *per lec.& no.in l quæstiones. & authent.*34 *hoc amplius.C.de fideicom.* ¶ Quæro † de alia sæpe occurrenti quæstione, maximè inter nonnullos viros ecclesiasticos, in quos causa non acceptãdi votum castitatis peruenit, qui ex concubinis susceptis liberis relinquere cupientes, legant fratribus suis, dictorúmque liberorum patruis, vel aliis capacibus, cum pacto secreto per cautionẽ priuatam inter eos corroborato, quòd dictis naturalibus & ex damnato coitu natis, restituere teneantur. Quæro, An valeat tale relictum? Et videtur, quod ita *per lec.& nota.in l si fidei mea.ff.de leg.iij.* In oppositum tamen est veritas *per l.in tacitis.ff.de leg.j.* Et ad *d.l.si fidei meæ.* Respondetur, quòd ibi fidei alterius committebatur sine fraude. Sèd quia in casu præmisso eminet fraus, procedit lex prędicta in tacitis: & tacitalia † legata pro non scriptis & nõ relictis habentur. *l.turpia.in prin.ff.de leg.j.* ¶ Quæro, Te-36 stator † legauit fundũ cum conditione, quòd non alienetur: An talis conditio teneatur? Hæc quæstio habet multas iurium altercationes, de quibus *per Doct. in l.fi. C.de indicta viduitate. & in l.ij. C.de vsucap. pro emptore. & in l. voluntas.C.fideicõ.& in l.filiussa.§.Diui.ff.de leg.iij.* Et circa hæc glossæ sunt cõtrariæ. Nam *in d.l.ij.C.de vsuc.pro emp. & in d.§.diui.* videntur contrariæ: pro quarum concordia distingue. quia Aut testator simpliciter prohibet & sine causa legitima alienationem: Aut cum causa legitima. In primo casu non procedit. pro quo casu faciunt lec.& no. *in l.Ticio centum.in prin.ff.de condi.& demon. & in l.peto.§.fratre.ff.de leg.ij.* sed talis prohibitio non impedit necessariam

tiam alienationem:putà,ad satisfaciendum creditoribus. *l.pater filium,in princ.ff de leg.iij.* De hoc tamen plenius me remitto ad not.per Doct *in dictis iuribus.* quia longius & valde disputatus est hic artic. ¶ Quæro, Testator instituit † duos hæredes: vnum in octo vnciis,& alium in iiij. & in eodem testamento ab hæredibus suis legauit Sempronio xij. quæritur, Qualiter solui debeat legatum per dictos hæredes? Dic, quod si hæredes nominati sunt propriis nominibus, tunc quilibet soluit mediam partem legati: sed si nominati non essent propriis, sed appellatiuis, scilicet sub verbo *hæredis*; tunc soluent secundum hæreditarias portiones: scil. institutus in octo vnciis, octo: & institutus in quatuor, quatuor. *l.si hæredes nominatim. l si ex toto,& l.turpia.ff.de leg j.cum ibi not.* ¶ Quæro, † Testator legauit fundum, superuixit multis diebus: quo viuente, fundus accreuit: deinde decedit testator, legatarius petit legatum cum accremento: hæres vult restituere fundum sine cremento: quæritur, Quid iuris? Distingue, Aut testator eo viuo possedit accrementum seorsum à fundo, aut non. Primo casu, non debetur legatario: Secundo, debetur per casum *in l. cum fundus nominatim.ff.de leg.ij.* 37 38

¶ Quæro, Testator † legauit omne bladum, quod habebat in tali horreo. legatarius fortè domesticus testatori maiorem bladi quantitatem intulit: quæritur, an illa debeatur. Dic quòd non *per l.cum ita legatur.in princ.ff. de leg.ij.* 39

¶ Quæro, An legatario † legari vel fideicommitti possit, vt defuncto legatario hæres legatarij restituere cogatur? Dic, quòd sic *in d.l.cum ita legatur. § quod à legatario.* ¶ Quæro, Testator † legat vsumfructum ad quinque annos: moritur inf. duos legatarius? An transeat legatum ad hæredem legatarij pro residuo temporis? Dic quòd sic. *l.vxori vsufru. §.quæsitum.ff.de vsufru.leg.* Finito verò tempore reuertitur ad hæredem *per glo.singularem.in l.fin. C. de leg.* ¶ Quæro, Legatur † fundus emptus, sed nondum solutus, An hæres teneatur soluere precium? Dic, quòd sic, *per tex. & not. in l. his verbis. §.fi.ff. de leg.iij.* ¶ Quæro, Legatum efficitur † caducum ad quem transit. Dic, quòd remanet penes hæredem *l.alumne. §.Ticia ff.de adi. lega. & l.Ticia. ff. de annuis legatis.* Et per hoc potes 40 41 42 43

44 multas quæstiones soluere. ¶ Quæro, Quid si † testator legauit calicé alicui ecclesiæ, nec adiecit de quo pondere vel valore, nec de quo metallo. modò quæritur, de quo valore, vel de quo metallo debeatur? Dic, quòd de meliori metallo, quo dicta ecclesia vtitur in similibus vasis. *arg. ff. de auro & ar. leg. l. Ticia. §. Sempronius. & de condi. &*
45 *demon. l. y. §. testamento. in fi.* ¶ Item Quid † si testator dixerit, *Lego talem rem Deo, vel Christo.* Cui debeatur? Respódeo, illi ecclesiæ, vbi testator habet domicilium *in authét. de eccle. tit. §. si quis in nomine. argu. ff. de condi. & demonst. l.*
46 *qui conditio. §. fin.* ¶ Quæro, † Testator legauit vineam Ticio, quam post decem annos expediri voluit. quæritur, lapsis annis An debeantur fructus percepti tempore intermedio? Dic, quòd Aut tempus fuit adiectum fauore hæredis, aut fauore legatarij. Nam fructus sunt illius, in cuius fauorem tempus fuit adiectum. *l. si ita relictum. §.*
47 *Pegasus. ff. de leg. ij.* ¶ Pone, quòd † duo testamenta exhibentur eodem die facta: An legata in vtroque, an in altero tantum, & ex quo debebûtur? Dic, quòd ea, in quibus minus relictum est *per l. Sempronius Proculo, ff. de lega. ij.*
48 ¶ Quæro, † Legatus est bos, moritur sine culpa hæredis: An debeatur corium legatario? Dic, quòd non *per l. mor-*
49 *tuo bouè. ff. de leg. ij.* ¶ Quæro, An † quemadmodum in legatis substitui potest. *l. si legata. C. de lega.* An idem in donationibus causa mortis? Dic, quòd sic. *per lec. & nota. in l.*
50 *vt hæredibus, ff. de leg. ij.* ¶ Quæro: Rogatus † est hæres restituere quicquid ex hæreditate tempore suæ mortis superit. Hæres multis annis vixit, & plurima prædia permutauit: aliqua verò vendidit, & ex preciis alia comparauit: quæritur, An permutata & empta veniant in restitutione fideicommissi. Dic. quòd sic per casum *in l. impe-*
51 *rator. §. fi. cum l. se. ff. de leg. ij.* ¶ Pone, Testator † institutis filiis, ab eis legauit domum: irritatur testamentum propter præteritionem vnius liberorum, & veniunt liberi ab intestato rupto testamento: quæro, An nihilominus legatum debebitur? Dic, quòd sic *per authent. ex causa. C. de libe. præte. vel exhæreda.* Sed restat dubium, An idem sit, si testamétum rumpatur propter defectum solemnitatum? Dic quòd non: quia tunc non debentur legata. *C. de fideicom. l. ex testamento. & C. de testa. l. hac consultissima. §. ex imperfecto. & Ext. de testa. ca. cum tibi.* nisi venientes ab intestato

ficato essent rogati. *ff. de inoff. testa. l. Ticia. & l. j. C. de fideicom. liber.* vel quia in testamento est clausula codicillaris *vt d. l. ex testamento.* Similiter legata non debentur, si testamentum natiuitate posthumi rumpatur. *C. de posth. hære. insti. l. j.* Quæro, Qualiter † censentur rogati venientes 52 ab intestato? Dic, quòd si testator dixit, quòd voluit legata solui per quemcunque hæredem *secundum Gl. in l. ex duobus. §. j. ff. de vulga.* Caute ergo faciet testator, si sic disponat. ¶ Quæro, † Testator debitor Ticij, omnia bo- 53 na sua, & specialiter quandam vineam obligauerat: deinde in testamento suo dictam vineam creditori legauerat, petit creditum ex stipulatione, & legatum ex testamento, quæritur, An possit? Dic, quòd sic, nisi constet testatorē se liberare volendo à credito, legasse. *l. creditorem suum. ff. de leg. ij.* ¶ Quæro, Legat † testator debitori suo quicquid 54 sibi debet, superuiuit testator & multas alias summas mutuat legatario: deinde testatore defuncto hæres repetit credita à tempore testamenti: contrà legatarius dicit, omnia in legato venisse. Quid iuris? Dic, in legato venisse solum, quæ debebantur tempore conditi testamenti. *l. vxori suæ. §. vxori suæ. ff. de leg. iij.* Et idem in legato facto vxori de iocalibus: quia post testamentum empta, non veniunt in legato. *vt ibid.* ¶ Quæro de sæpe contingenti quæstione, Testator † ordinat, quòd filiæ suæ maritētur 55 arbitrio Ticij fratris sui: mortuo testatore decedit Ticius ante arbitratum. quæritur, An dos per alium arbitrāda debebitur? Dic, quòd sic. & arbitrabitur secundum dignitatem facultates & numerum liberorum testatoris. *l. si filiæ patri. ff. de leg. iij.* ¶ Quæro de alia quæstione sæpe occurrenti: Testator habens † duas, vel plures filias. pri- 56 mo iure institutionis legat centum, quæ solui vult per hæredem infra annum: post hoc dicit, *Item lego secundæ filiæ meæ alia centum.* & non dicit *iure institutionis*: An per hoc censeatur præterita, & possit rumpere testamētum? Et videtur, quòd sic. *per tex. & not. in §. aliud quoque. in authent. vt cum de ap. cogno. & in authent. ex causa. C. de lib. præte.* Sed dic contra, propter subauditionem repetitionis. Nam legādo secundæ centum, intelligitur repetisse illa verba *iure institutionis* per nota. *in l. in repetendis. ff. de leg. iij. & in ca. Raynucius, de testa. & in ca. j. eo. ti. lib. vj.* ¶ Quæro, Testator † legauit oues: An cōtineantur agni? Dic, quòd 57

non. *l. legatis seruis. §.ouibus.ff.de lega.iij.* Sic nec econtrà; legatis agnis oues continebuntur.*l.cum quæreretur in prin. eo.ti.ff.de leg.iij.* Et vsque ad quod tempus agni appellentur? Dic vsque ad annum. *vt in d.l.cum quæreretur.* nisi aliud haberet consuetudo loci.*vt in d. §.ouibus.* quæ consuetudo attendenda est ex interpretatione verborum. *l. cum de lanionis.§.asina.ff.de fun.instructo.*

58 ¶ Quæro,An legatis † equis,contineâtur equæ? Dic, quòd sic.*vt l.legatis seruis,§.iunctis.ff.de leg.iij.* ¶ Quid si testator legauit pecora sua, quæ animalia venient in legato? Dic,quòd omnia quadrupedia, quæ pascuntur. *d.l.legatis.§.pecoribus.* Sed si legetur grex ouium, tunc continebuntur agni & arietes. *l.seruis legatis. § si ff.eo.tit.de leg. iij.*

59 ¶ ¶ Quæro:sæpe contingit,quod isti † rustici legāt mulos suos aratorios: superuiuentes testator commutat mulos in mulas: An mulæ veniant in legato? Dic, quòd sic.*l.qui duos mulos.ff. de leg.iij.*

60 ¶ Quæro: Testator † legauit lanam: quæritur,quæ lana contineatur,an lota & non lota,neta & non neta? Dic, quòd sic. & generaliter omnis lana,quæ non est adhuc contexta: dum tamē non sit tincta.*l.si cui lana.in prin. & in §.lanæ.ff.de leg.iij.* Et in hoc differt à lino legato, quia appellatione *lini*, venit etiam contextum.*d.l.si cui lana.§.lino.*

61 ¶ Quæro,Testator † legat omnia mobilia sua vni ex liberis suis: An in tali legato veniant pecuniæ in capillis existētes? Dic,quòd pecuniæ,quas testator habebat pro mercando vel mutuando non continentur:sed illæ solum,quas custodiæ causa in capsis reposuerat,& quas vulgus appellat apud nos denarios *inyostos.* id est, popidos quem Gallis *mignons. vt in l.si chorus.§.his verbis.ff.de lega.iij.* Et idem dicendum est, de aliis mobilibus mercinonij causa dispositi. *l. generali.*

62 *§.vxori.ff.de vsufructu legato.* ¶ Item legata † domo, cum omnibus,quæ in ea sunt,non veniunt merces. *l.generaliter.§.j.ff. de vsufru. leg. l prædia, §.liberto. ff.de fundo instruc. vbi glo.magistra.*in materia accessionis legatorum,quæ finaliter vult, In omnibus accessionibus attendi verisimilem voluntatē defuncti. Et sic legata domo non veniunt pecuniæ kalendariæ vel appositæ custodiæ causa in capsi *l.vxorē.§.legauerat.ff.de leg.iij.*

63 ¶ Quæro,† Legata domus comburitur, quæritur, An extinguatur legatum? Dic, quòd si in totum comburatur, extinguitur: nec reconua-

conualescit, etsi per hæredem postea reficiatur. *ff.de condi.indebi.l.qui exceptionem.* Secus si pro parte comburatur. *ff.de lega.j. l.si ita legatum. §.ff. cum suis concor.* ¶ Quæro, An † legato argenro, veniant cyphi, vel alia vasa ex eo conflata? Dic, quòd sic. *l. cum aurum. ff. de auro & argen.le. in prin.& l.lana.§ fi.ff.de lega.ij.* Item An veniant nummi argentei? dic, quòd non *l.Quintus in prin.ff.d.tit.de auro & argen.* Fallit hoc, si testator legaret argentum operatum seu laboratum. *vt ibid.* ¶ Quæro, Testator † legauit vxori suæ pannos, quæ erant in tali arca: An vestes continebuntur? Et videtur primo, quòd debeatur vestis. *per l. seruum filij.§.si pocula.ff.de leg.j.* Sed dic, quòd non continetur, nisi sola rudis materia panni: scilicet quæ non est in speciem translata: quia legato marmore, non debentur species de marmore, sed sola rudis materia marmorum. *ff.de leg.iij.l.quæsitum.§.illud fortasse.* Item lana legata indistinctè, non debetur lata tincta. *ff.de leg.iij. l.si tibi lana, in prin.* Item lignis legatis, non debentur, nisi ligna apta ad comburendum. Materia autem ad ædificium parata, non debetur. *ff.de leg.iij.l.ligna.* Et dic, quòd ex legato generis, regulariter non debetur, nisi rudis materia: & non, quod in aliquam speciem translatum est. *d.§.illud fortasse.* Hoc quidem verum, nisi aliud senserit testator. *ff.de aur. & ar.lega.l.pediculis.§.Labeo.* Item nisi adiiciatur legato, signum vniuersale: scilicet, omne, vniuersum, totum, quodcunque, vel his aliquod simile. quia tunc species legato cedunt. *de leg.iij.l.hæres meus. §.ij. & de auro. & arg. leg.l.iij.* Et ad § *si pocula.* respondetur, quòd ibi dies legati cesserat, antequam ex lana fieret vestimentum. Sed vbi ex lana fit vestimentum, antequam dies legati cedat, secus est, *per l.lana legata.ff.de leg.iij.* debebitur æstimatio lanæ, quia factum hæredis, non debet obesse legatario, vt supra sæpe visum est. ¶ Quæro, Testator † fecit plura legata, post quæ, dicit: *Quæ quidem legata per hæredem meum infrascriptum solui volo.* & deinde facit plures hæredes, An intelligatur ab omnibus reliquisse? Dic, quòd sic. *l.si plures sunt gradus. ff. de lega.iij.* ¶ Quæro, Testator † Legauit vxori, donec castè vixerit: nunquid perdit legatum, si nubat? Et primo videtur, quòd non: quia non videtur deficere conditio. quia matrimonium est res

64

65

66

67

honesta *vt in authent.de nup.in prin. Nou. 22. xxviij.q.j.ca. sic enim.xxxiij.q.ij.c.ij.* Item ex hoc induceretur viduitas, quod est prohibitum.*l.ij.C.de indi. vidui.tol.* Ad idem facit.*ff.de condi. & demon.l.cum tale.§.Meuia.* Econtrà,tamē dicitur quòd sic: quia deficit conditio. quia coitus & castitas opponuntur: ergo perdit legatum *per d.authent. de nup.§.quia verò.d.Nouel.22.* quæ ponit.*in d.l.ij.* vnde nubendo vel luxuriosè viuendo legatum perdit. *vt notatur. in d.§.Meuia.* Sed verius est,quòd debeatur. quia in casu proposito non fuit adiecta conditio expressa non nuben di:ergo nec deficit. quia non facit contra voluntatē mariti nubendo:quia hoc expressè non prohibuit. Verum in iis,quæ tam cito:scilicet intra annum luctus nubunt, videtur facta prohibitio:ergo non in aliis. *ar.ff.de iure patro. l.adigere.§.fi.* Nam etiam mulier secundo nubens,castitatem seruat *vt in d.authent.de nup. §.sinautem. & idem Ext. de diuor.c.gaudeamus.in fi.ad hoc text.notabilis in l.mulier.§. cum proponeretur. ff.ad Trebel.& ibi Doct.* Et quia fauore matrimonij debemus iudicare.*arg.ff.de reg.iu. l.ambiguis. & l.in testamentis. eo.t.* & quia non fuit expressa conditio nuptiarum,tacitè subintelligi non debet *per lec.& nota.in authent.hoc locum.C.de secun.nup.* Cæterum,conditio,quę tacitè inest,non reddit legatum conditionale.*ff.de condi. & demon.l.conditiones quæ extrinsecus.* vnde dicūt quidam, sufficere,quòd non nubat infra annū. quod mihi videtur iuriconsonum *per lec.& no.in in dictis iuribus.* ¶ Itē quæro, Maritus † relinquit vxorem suam dominam & vsufructuariam omnium bonorum suorum:modò quæritur, Vtrum ipsamet vxor debeat accipere sibi necessaria: an verò debeant constitui per iudicem, & sibi tradi per manus hæredum? Primò videtur, quòd per manū hæredū habere debeat,& ab eis accipere:quia illa verba adaptantur ad legata,quę constat debere constitui per manū eorum,qui per testatorem vel iudicem fuerunt deputati.*vt ff.de alim. & ciba.l.iij.& l.verba.& l.pecuniæ sortem. & l.cū alimenta.in prin. & l.ij.* Item si legantur alicui fructus, vel redditus hæreditatis,vel alicuius partis:legatarius debet petere, non autem potest ipse percipere: quia tale legatum assimilatur legato rei corporalis. *ff. de vsufru lega.l. Sempronio: alias est §. & l.patrimonij. & l.fundi Trebatiani eo.ti.* Cùm ergo debeat fructus percipere,sequitur,quod

68

demanu

de manu hæredis,non autem sua auctoritate. At econtrà videtur,quod per illa verba *dominā & vsufructuariā* in successione bonorum,intelliguntur, quod habeat ius vtendi & fruendi iure communi scripto. *ff.de vsufruct.* & elationes ad eam pertinere debent, & de sua manu propria recipere. *ff. de vsufruct.leg.l.vxori.* Et per illa verba videtur vsufructaria omnium bonorum de dictis legatis:& ideo de manu sua propria percipere potest, vt *plene notatur.in d l.fundi Trebatiani.* Item quia legare fructus annuos, & legare fructum, sunt paria. *ff.de vsufruct.leg. l.si quis.& l.cum ita.* Vnde dico,quòd si mandasset necessaria vxori dari,quod tunc est legatária simpliciter & nō fructuaria: & tunc habet necesse petere, & de manu hæredis percipere. *vt dicta l. si patrimonij & nota.ff.de vsufruct.leg.l.si quis.* Sed per prædicta verba *vsufructuariam* poterit de manu sua percipere fructus & redditus sibi sufficientes,& non habet expectare,quòd de manu hæredum sibi dentur. *ff.de vsu.& ha.l.fundi.& l.si habitatio. §.si vsus fundi.* ¶ Quæro, Si † fructus plus ascendant, quàm sint necessarij vxori: Quid fiet de illo pluri? Dic, quòd si sint liberi ex illo matrimonio, debent illis reseruari *per glo.ad hoc approbatam in prealleg. autem hoc locum, C.de secun.nupt.* Vbi autem non sunt liberi, debent disponi pro libito de residuo, *vt vult dicta glos.* ¶ Quæro, Testator legauit † lectum, An intelligatur legasse cortinas? Dic,quòd sic. *l.liberorum.§.fi.& ibi glo.de leg.iij.* ¶ Quæro:Legatur † fundus,vel domus,an veniant arreyragia debita per colonum,vel inquilinum? Dic, quòd non *per l.prædijs.§.1.ff.de leg.iij.* ¶ Quæro, Legatur † domus, An censeatur legatum balneum, vel ortus? Dic, quòd si ex domo est ingressus ad balneum, vel ortum: quia tunc gratia domus hæc censentur comparata, domui legatæ cedunt. *l. prædij. prællagata in §. balnea & in §.qui domum.* ¶ Quæro: An † legatum factùm ad aliquam piam causam, possit commutari in aliam magis licitam? Dic,quòd sic *ar.lec.& no.in l.legatum.ff.de vsu.lega.& in leg.fin. ff.de ope.publi.* ¶ Quæro, A quo † tempore existimari debet valor rei legatæ? Dic, quòd à tempore conditi testamenti,seu legati relicti *per §.filio.ex parte.in l.nomen.ff.de leg.iij.* Et hinc sequitur,quòd legans liberationem, intelligitur legare de præteritis & præsen-

69 70 71 72 73 74

tibus: non autem de futuris debitis. *l. Aurelius. §. Ticius.* 75 *ff. de libe leg.* ¶ Quæro, An † requiratur ad hoc, quòd legata debeantur, quòd hæreditas adeatur? Dic, quòd sic *per lec. & nota. C. de cadu. tollen. l. j. §. in nouissimo.* Et idem est, si testamentum rumpatur, vel anullatur: quia oportet adiri hæreditatem per hæredes ab intestato venientes *l. qui filio. §. 1. & ibi glo. super verbo Ex codicillis. ff. de hæ* 76 *re. insti.* ¶ Quæro: Legatum † factum est viro intuitu vxoris, An vir inuita vxore exigat legatum? Dic, quòd sic *per l. Ticio centum. §. Ticio genero. ff. de condi. & demon.*

77 ¶ Quæro, Legatum ex † duobus sub conditione potestatiua factum, si alter implet, alter non An implenti accrescat pars non implentis? & dic, quòd sic. si vtriusque conditionem adimpleat, per casum *in l. si quis. §. fin. ff. de* 78 *condi & demon.* ¶ Quæro, an † legatum alimentorum, sit legatum piæ causæ? Dic, quòd sic. *per lec. & no. in. l. patrem. C. de nup.* ¶ Sed iterum iuxta hæc quæro, An idem iuris in legato quod fit pro anima? Et dic, quod sic: quia hoc piorum appellatione continetur *per lec. & nota, in l. si quis Ticio. iuncta gloss. ff. de lega. ij.* Et idem, si relinquitur alicui pauperi parenti *per gl. in c. ij. de sepul.* vel alii cuilibet pio. An possit laicus conueniri coram iudice ecclesiastico? Dic, quòd sic. *ar. lec. & no. per Doc. in cap. Ioannes, de testa. & in cle. dispendiosam, de iudi. & in l. profectitia. ff. de iure do. & in l. Mela. ff. de ali. & ciba. le. & in l. fi. ff. de* 79 *app. recip* ¶ Pone, Testator † legauit alicui impuberi alimenta præstanda per hæredem, donec ille talis impubes ad annos pubertatis peruenerit. Quæro, De qua pubertate sensisse videatur testator, An de plena, vel plenissima? Et dic, quòd de plenissima *per l. Mela. ff. de a-* 80 *limen. & ciba. leg.* ¶ Iterum quæro, Testator † conduxerat, seu arrendauerat, ad triennium: vt sæpe contingit, fructus alicuius castri, vel loci: & tempore locationis soluit aliquam partem precij. Deinde veniens ad mortem, legat dictum arrendamentum: nunc arrendans, seu locans, petit residuum precij locationis, seu arrendamenti. Quæro, quis soluere tenetur, hæres, vel legatarius? Dic, quòd hæres *per l. qui concubinam, alias incipit. Qui quatuor §. qui hortos ff. de leg. iij.*

81 ¶ Quæro, Testator † legauit mansum suum, quem habet in parrochia Sancti Cosmæ: ille mansus habet aliquas

quas pertinentias in parrochia de Clarensaco: An illæ pertinentiæ venient in legato? Dic, quòd sic per casum ad hoc notabilem. *in l.patronus.§.Sempronio.ff.de leg.ij.*

¶ Quæro, Postquam † testator testatus fuit, superuixit, 82 & eo pendente subortæ fuerunt inimicitiæ inter testatorem & legatarium: An Censeatur tacite ademptum legatum? Distingue, quia aut culpa legatarij subortæ fuerunt inimicitiæ: aut culpa testatoris. Primo casu, censetur ademptum *per glo.Insti.de adempt.leg.* Secundo verò casu, non *per gloss.in l.cum tabulis.§.j.ff.de his quibus vt indig.* ¶ Item nota, quòd Legatum † coniunctæ per- 83 sonæ: putà filio, vel filiæ per tacitas ademptiones, non censetur ademptum, nisi interueniat expressa. Casus est *in l.pen.§.fin.ff.de adempt.leg.* Nec obstat glo. quæ ibidem vult, quòd probetur testatorem adimere voluisse, saltem per coniecturam & tacitam voluntatem: quia contra glo. facit *l Lucius Ticius in testamento suo. ff. de leg.ij.* quæ vult onus incumbere hæredi, probandi testatorem reuocare voluisse, maximè vbi per modum legati fideicommissarij est relictum. vt ibi videtur esse casus. Cætera concernentia materiam ademptionis legatorum, quilibet per se perscrutari cùm possit, ideo breuitatis causa ea hîc omitto.

***

Explicit tertia pars Viatorij iuris.

IOAN. BERBERII VIATORII IVRIS VTRIUSQVE PARS IIII. IN qua Iudicialia persequuntur.

De Iudiciis.

RVB. I.

Argumenta.

1. Iudicium ordinarium, vt decem tempora seu termini adsignentur.
2. Consultatio, vt primus sit terminus seu primum tempus iudicii.
3. in Iudiciis vt Actor & Reus interuenire debeant.
4. Actor agere volens in iudicio, quæ prius obseruare debeat. vid. & nu. 5. 6. 7. 8. & 9. passim quoque seqq.
10. Citatio, vt sit de iure naturali atque tanquā eorum præparatoria ita necessaria in iudciis vid. & nu. 13.
11. Iudicium vt sit nullum sine parti citatione.
12. Iudiciorum qualia sint exordia, vid. & supra. nu. 11.
14. Vrbanitas vt in iudiciorum exordiis obseruanda.
15. Reo præsente in iudicio, an actoris petitionibus seu interrogatis respondere teneatur sine citatione.
16. Citationis effectus qualis sit.
17. Citatio vt certa esse debeat.
18. Cautio sine causa, vt indiscretą & indeterminata dicatur, & quæ sint cautionis formalia.
19. Libellus sine causa vt non procedat.
20. Promissio sine causa vt non subsistat.
21. Transigere volens super alimentis sine causa, vt non audiatur.
22. Citari iudicialiter reperti, quę sit excusationis cautela.
23. Citatio, vt sit primus iudicii terminus: & vt sit citatio de eius etiam substantia.
24. Citandus vt nemo sit regulariter absque iudicis iussu: & vt interdum liceat. vid. nu. 7.
25. Seruientes qui.
26. Citari, quæ personæ non possint.
27. Citatio, vt congruo tempore fieri debeat.

28. Cita-

ciatis, An huiusmodi sententia valeat.

60. Iudex, vt non debeat festinare ad decretum.
61. Contumacia, vt pœnam accumulet.
62. Pœna, vt pro modo culpæ sit infligenda.
63. Reus, vt absolutus non censeri debeat per lapsum termini.
64. Contumacia actoris, vt sit maior, quàm rei.
65. Dilationes à iure concessæ, an possit iudex abbreuiare.
66. Citatio, an sit in productione instrumentorũ necessaria, sicut in productione testium
67. Citatio partis condemnatæ in expensis, necessaria sit ad videndum taxationem.
68. Citationis generalis ad totam causam qualis sit effectus
69. Citari faciens & non comparens propter legitimum impedimentum, an expensas à parte factas priùs refundere teneatur antequam audiatur.
70. Citationis clausulæ *Saluis suis legitimis exceptionibus*, qualis sit effectus.
71. Dilationum materia, vt sit hodie in iudicum arbitrio.
72. Citatus ad locum nôn tutum, vt comparere non cogatur.
73. Citari qui debeant.
74. Citatio per proclama, publicum & tubæ sonum quando obseruanda.
75. Citandi quomodo sint interesse habentes.
76. Citandi qualiter sint errones seu vagabundi, & domicilium certum non habentes.
77. Comparitio, vt tertium iudicii tempus seu tertius terminus.
78. in Comparitione, vt sint distinguendæ quatuor qualitates.
79. Comparente in iudicio vtraque parte: Actore scil. & reo, vt rectè fundetur iudicium.
80. Comparente neutra parte, vt nullæ sint iudicii partes, nullúmque edictum.
81. Edictum, vt circumducatur non comparitione partium.
82. Comparente actore & non reo, vt procedatur ad peremptorium edictum, & postea admissionem in possessionem: & vt restituatur seu audiatur contumax.
83. Comparente reo & non actore, vt competant ipsi reo duo remedia: nempe absolutio ab instantia iudicii & citatio peremptoria contra actorem ad vidẽdum iustificari exceptiones peremptorias.
84. Exceptio vt quartus sit iudicii terminus siue quartum tempus.
85. Exceptiones quæ sint proponendæ.
86. Exceptiones respicientes partis personam quæ.
87. Exceptiones contra iudicem quæ.

88. Ex-

88. Excipi priùs contra iudicem vt tutius sit.
89. Iudicem interlocutoria receptum, vt postea recusare non liceat.
90. Exceptiones contra rescriptum quę: & vt contra ipsum opponi possit. vid. & nu. seq.
91. Rescriptum impetrans aut impetratus si infra annum moriatur, an exequi poterit, cùm omnia rescripta sint annalia vid. & nu. 92.
93. Exceptiones contra libellum quæ.
94. Iudex vt reo terminum pręfigere possit ad proponendum dilatorias exceptiones.
95. Iudicem recusare volens, vt nisi cum protestatione comparere debeat.
96. Iudex ordinarius vt diuersimodè à delegato recusetur.
97. Iudici non suspecto vt sit libellus offerendus.
98. Libellus petitus si non efferatur, vt reddat iudicium nullum.
99. Libello oblato vt detur terminus ad deliberandum.
100. Libellum, vt teneatur edere actor.
101. Libelli criminales vt sint parum in vsu & quare.
102. Libelli forma in actione furti manifesti.
103. Actiones pœnales vt sint parum in vsu, & quare.
104. Libelli forma in actione furti non manifesti qualis.
105. Actio furti manifesti vt ab actione furti non manifesti differat. vid. & nu. 106.
107. Actionis furti libellus vt cōpetat etiam aduersus nautas, vt & vi bonorum & similes id genus actiones.
108. Iniuriarum actio, vt sit duplex.
109. Iniuriarum actio ciuilis quando ex lege Cornelia competat.
110. Iniuriarum actionum: ciuilis scil. & prætoriæ effectus.
111. Libelli forma in actione iniuriarum qualis sit.
112. Iniuriarum materiam cur hîc latius prosequatur author.
113. Iniuriarum actione cur sit tempus ponendum.
114. Iniuria vt per circunstantias aggrauetur.
115. Iniuriam facere is minimè censendus qui aggressus se defendit.
116. Resistere iniuriato vt liceat.
117. Iniuria vt non fiat vbi iniuriandi non est animus.
118. Animus vt exactis arguatur.
119. *Mentiris* verbum, an iniuriam irroget.
120. Iniuriam verbalem contrariis verbis vt repellere liceat.
121. Iniuria vt tripliciter inferatur: facto scil. verbis & scriptis.
122. Iniuria verbalis quæ.
123. Conuicium quale sit.
ibid. Infamia qualis sit.

178. per Testis vnius depositionem, vt non debeat procedi ad quæstionem.
179. Probatio semiplena vt operetur ad quæstionem.
180. Cōfessio rei vnà cum duobus testibus vt plena sit probatio ad condemnationem.
181. Pœna vt sit arbitraria, vbi ex officio iudicis proceditur, vel non est certa in iure statuta vid.& nu 182.
183. Reo criminis non comparente quid iuris in forma processus.
184. Criminis probatio ex contumaciæ coniectura, vt sit ficta.
185. Processus vt aduersus reū criminis peragatur & claudatur.
186. Sententiæ forma & tenor in criminalibus quæ sit.
187. Pœna vbi est corporalis, nec reus est cōuictus & confessus, vt audiatur appellans.
188. Litium seu caussarum protelatio, quàm sit perniciosa cum maximè iustitiam offendat.
189. Formale actionum veterum cur sublatum.
190. Statuta, vt secundùm mores hominum mutentur.
191. Libellorum causa vt sit certioratio reorum.
ibid. Eruditio seu Editio libelli, vt sit actionis causa & finis.
192. Editio iuris sui vt ab actore fieri debeat.
193. Editionem actionis fieri vt sufficiat, nec referat à quo vel qualiter fiat.
194. Actionum diuisio in vniuersales, generales & particulares.
195. Libellus vt rem petitam & ius petitum continere debeat.
196. Libellus in vniuersalibus & generalibus iudiciis sufficiat dummodo generaliter concludat.
197. in Libello vt interdum sufficiat si generaliter res quę petuntur exprimantur.
198. de Publiciana *in rem* actione, & vt sit illa inter vindicatorias, vtque differat à Rei vindicatione.
199. Publicianæ actionis libelli forma. vid.& nu.201.
200. Libellus antequam edatur, vt actor videre debeat, an sibi competant necessaria, & quæ illa sint.
202. *Saluo iure addendi* & quæ sit in libellis clausula, & quæ illius clausulæ vis.
203. Libelli concludendi forma qualis.
204. Rei vindicatio & Publiciana vt eodem libello cumulari possint.
205. Possessor malefidei vt omnes fructus restituere teneatur à tempore occupationis.
206. Rescissoriæ actionis vis, vtrum scil. in eodem libello iudicium rescindēs & rescissorium proponi possint, cùm rescissorium præsupponat rescindens.
207. Iudicum bonorum quale sit desiderium.

208. Re-

VLtimum quod nobis restabat dicendum & tractandum,est & erat materia iudicialis,per quā quo quis ordine & cautela experiatur in criminibus, contractibus & vltimis voluntatibus practicabitur. Et vt eundem quo in precedentibus partibus vsi sumus,seruaremus stilum. Primum de criminibus esset agendum:verumtamē,quia tam ad contractus, quàm etiam vltimas voluntates multa concurrunt crimina, ideo illa promiscuè præambuli loco tractabimus. ¶Generaliter igitur & primo præmittendum est, quòd In † omni iudicio ordinario assignantur decem tempora,vel decem termini,qui communiter in iudicijs obseruantur.Primum † tempus,quod est spectandum seu considerandū & aduertendum apud quemlibet practicum,est tempus præmeditationis seu consultationis ante citationem seu promotionem ad causam?Et quia † regulare est,quod In omni iudicio interueniunt Actor & Reus.Videndum † est primo de cautelis,quas obseruare debet actor in ius vocare volēs suum debitorem. Quarum vna,est vtilitatis,alia necessitatis, alia verò est vrbanitatis.Vtilitatis primo † est, videlicet,quòd cauere

1 2 3 4 5

debet

debet actor antequam citet partem suam, si ipsemet habeat legitimam personam standi in iudicio, & petendi quod petere intendit. *l.j,C.qui legi.perso.* Et si non habeat, faciat se habilitari vel per patrem, vel dominum, tutorem vel curatorem, episcopum vel abbatem. Debet † etiam 6 præmeditari & consulere, quòd habeat iustam causam litigandi: alias caderet ab expensis. *l.eum quem temerè.ff.de iudi.* Item debet † considerare, si reus pariter habet le- 7 gitimam personam, vt non recipiat eum, nisi habilitatum vt dictum est in ipso actore. Item etiam † cauere debet, 8 quòd trahat reum coram competenti iudice. nam aliàs in anum & inutiliter laboraret, & caderet etiam ab expensis. *C.si à non compe.iudi.l.j.& ij.* Necessitatis† quoque 9 est, quòd pars cum qua actor experiri intendit vocetur. nam contra partem non vocatam, vel inauditam, nihil statuere possumus. *l.de vno quoque.ff.de re iudi.& cap.j. Ext.de cau.pos & propriæ.* Citatio † enim est de iure na- 10 turali, *vt not. in cle pastoralis, de re iudi.* Est ergo de necessitate vocanda pars ab omni iudicio, quia quodlibet iudicium ab ea parte, quæ est *De in ius vocando*, sumit exordium *vt no. Ext. de procura.ca.in nostra.in fine. & C.de sen. & interlo.om.iud.l.prolatam.* alias iudicium † esset nullum 11 *vt in dictis iuribus.& Insti.de offi.iu.in prin.& in §.omnem. in authent.de litigio.colla.vij.Nouel.112. Gloss.in ca prudentia §.j.de offi.dele.* dicit, quod citatio est de processu. Alij verò dicũt, quòd † iudicia sumunt exordium à litis con- 12 testatione *vt in d.auth.de litigio.§.si vero à præside.C.de iud. l.apertissimi.* & sumunt illi occasionem ex eo, quòd post litis contestationem non potest forum declinari. *ff.de iudi.l.j.& ij.& C.de liti.com.li.* Quicquid tamen sit, dicere possumus, quòd citatio seu † vocatio partis, sit de prio- 13 ribus & essent talibus requisitis, immò de formalibus ad iudicium, ex eo quòd omissio illius reddit iudicium retro nullum *per lec. & nota.in l. de vno quoque.ff.de re iu. & in ca.j.de causa. pos. & proprie.* ¶ Aliud est † quæsitum de 14 vrbanitate: scilicet, quòd antequam actor reum pulset in iudicio cum moneat ad satisfactionem. *ar.l.quidam vberius.ff.de serui. vrba. prædio. & C. de pig. l.debitores.* ¶ Sed circa hæc insurgit talis quęstio. Quid † si aliquis est præ- 15 sens in iudicio, contra quem petat actor ius fieri de eo, Reus interrogatus dicat, *Domine iudex, nolo ad præsens re-*

ſpondere ſed faciat Actor me ſolenniter citari. quia volo habere dilationem. Actor verò inſtat, quòd Reus reſpondere debet: quia eſt præſens modo quæritur, Quid iuris. Et primo videtur, quòd non teneatur reſpondere: quia intereſt citati habere dilationem ad quærẽdum aduocatos & procuratores, quorum conſilio ille reſpondeat. *ff. ex qui.cau.maio.l.ab hoſtibus. & l.eadem §.fi.* Econtrà tamen videtur, quòd reſpondere ſeu libellum accipere cogatur ſine aliqua citatione. Effectus enim † citationis
16 eſt comparitio: ideo enim citatur, vt cõpareat. Vt igitur circuitus euitetur, videtur fruſtratoria illa citatio. *ff. de condi.indebi. l.dominus.* Et quia certus certificari non debet. *ff.de act.empt.l.* j. Ad idem, quia denunciatio, quæ fienda eſt venditori, vt aſſiſtat in iudicio euictionis. *vt ff.de euic.l in rem.§.fi.* ſufficit, ſi fiat venditori præſenti *vt in eo. tit.l.ſi omne.§.fi.* immò ſi ſciat venditor abſque denunciatione ſatis eſt. *vt notatur C.eo.titu.fundi.& ibi Doct.* Et ideo verius videtur, quòd non ſit opus citatione. offeratur ergo reo præſenti libellus, & ſic infra terminum deliberationis poterit aduocatum quærere, & interim iurium ſuorum remedia præparare. Quare prædictæ ll. non obſtant. Hoc tamen fallit in his, quibus competit ius reuocãdi domũ, de quibus *in l.ij §.legatus.ff. de iudi.cum ibi no. & C.vbi de cri.ag.opor.l.* j. Si tamen eſſet cauſa vel negotiũ cui oportet reſpondere: tunc credo, quod eſſet neceſſaria citatio. & per hoc apparet, quod ſine cauſa non valet ci-
17 tatio. Nam citatio † debet eſſe certa. *vt Ext.de offi.c.prudentiam.* Si ergo deficit cauſa, cenſetur nuda & indiſcreta. & ideo non valet *per lec. & not. in ca.ſi epiſcopus. in q.ij.*
18 Sicut & alias † dicitur, de cautione ſine cauſa, quæ indiſcreta dicitur & indeterminata. *Ext.& de fide inſtru.ca.j.ff.*
19 *de proba.l. cum de indebito.* Item libellus † ſine cauſa non procedit. *ff.de eden.l.* j. *C. de anna. excep. l.fi.* ibi de hoc no-
20 tat. Sic etiam promiſſio † ſine cauſa non tenet. *ff.de do.*
21 *excep.l.ij §.circa.* Item volens † tranſigere ſuper alimentis ſine cauſa non auditur. *ff.de tranſac.l.cum hij §.ſi prætor.*
22 Sit tamen cautus † ille talis iudicialiter repertus in reſpondendo: quia ſi allegat defectum citationis, non excuſatur à comparendo. ſed ſi allegat defectum non deliberationis, auditur *per ea quæ leguntur & notantur in d. l.ſi de iudi.& in ca.l.eo.titu.*

¶ Secun-

¶ Secundum † ergo tempus, est tempus citationis, 23 quæ citatio est de substantia iudicij. *§. omnem. in authent. de litigio. colla. vij. Nouel.* 112. pro quo est notandum, quòd talis citatio fieri debet mandato iudicis. *vt in authent. de manda. prin. §. eo non permittendo. Nouel.* 17. Nemo enim † 24 citãdus est absque iudicis iussu. *ff. de in ius vocan l. sed si §. prætor. etiam in cri. C de exhib. re l. nullus. & l. neminem.* Ad tollendum tamen omnes nullitates, quæ oriri possunt ex citatione facta sine mãdato iudicis: Curia præsidalis Nemaum obseruat, quod in † vrbe seruiẽtes (vulgò *fergents*) 25 possunt citare quoscunque in dicta ciuitate repertos ex generali mandato eis super hæc concesso. Et hæc est bona practica propter vagabundos: quia interim, quo quis vacaret circa mandatum iudicis obtinendum, posset reus se absentare. Et hæc practica probatur *per glo. in l. cum proponas. C. quomodo & quando iudex.* Prætor tamẽ contra omnes nõ decreuit † edictũ citatoriũ, eo quòd excipiũtur 26 personæ de quibus. *ff. & C. de in ius vocan.* contra quas nõ redditur iudicium: putà, si vocans sit in potestate vocati, vti filius aut seruus, qui si exiuerint potestatem per manumissionem vel alias, possent venia à iudice impetrata eos vocare. Et dixit *à iudice*: quia iudex decernere debet edictum de citando ad instantiam partis *per ea quæ leguntur & nota. in l. omnes. §. verum si apparitor. C. de epi. & cle.*
¶ Quod autem dixi de existente in potestate, fallit in filiofa. habente bona castrensia. *ff. de iudi. l. lis nulla. cum ibi notatur.*

¶ Requiritur etiam † quia citatio fiat congruo tempore: quia in congruo comparere non tenetur citatus. 27 *l. dies festos C. de ferijs. & l. ij. in fi ff. si quis in ius vo. non ierit.* Quinimmo tenetur citans ad expensas citato *per lec. & no. in l. ij. §. si dubitetur. ff. de iud. & in l. fi. ff de iu. om. iu. & in l. j. ff. de ferijs.* Ex communi † tamen vsu, stilo & obseruantia curiarum introductum est, quòd citatus ad diem fe- 28 riatã comparet tenetur die non feriata inde sequenti, ex eo quòd effectus ipsius citationis confertur & trahitur ad eum diem, ad quem citari potuit *vt volunt Doct. in ll. præalleg. dies festos. de ferijs. & fac. optimè l. in tempus. ff. de hæredi. insti. & l. ij. §. si quis in iudicio. ff. si quis cautionibus. & melius in ca. veniens de accusa.*

29 ¶ Quæro, An † valeat citatio facta ad domum sic, taliter & intantum, quòd per eam arctetur citatus. Et distingue *ex mente Doct.in l.iiij.§.totiens.ff.de dam.infec.& in l.j.§.j.ff.de libe.agno.& in l.aut qui aliter.§.ij.ff.quod vi aut clam.de do.& contu.ca.causam quæ.* & ibi est bona glo.quæ dicit, quòd si citandus possit personaliter reperiri, citatio in personã eius fienda est.*ca j.qui matri.accusa.pos.c.ex tua de cleri.non residen.* Aut sic & taliter, quòd ad eius noticiã perueniat.*§.fi.Insti.de pœna teme.litig.* Si verò non potest personaliter apprehendi: putà, quia est absens à prouincia, vel ciuitate, & causa pro qua citatur, celeritatem exigit: & tunc potest citari ad domum *vt in præalle. causam*

30 *quæ.de do.& contu.& in c.fi.de eo qui mit.in pos.* Et dicitur † citatio in domicilio facta, quando fit in ea domo, in qua citatus habitat. quia si citaretur in domo sua, in qua non habitat, non valeret citatio *vt in dictis iuribus.* Verumtamen, si plura habet domicilia indeterminata, sufficit citatio in altera illarum *ex mente Glo.in l.fi.C.de longi.tempo.*

31 *præscrip.* ¶ Aduertendum tamen, quòd latitãs † vel dolosè se absentans, seu aliàs agens & faciens quominus citatio ad eum perueniat, pro præsentialiter citato habetur. *vt volunt Doct.in dictis iurib.* quasi velint dicere, quòd tantũ valet in eo casu ac si facta esset in persona. *& ita Doct. in d.ca.causam quæ faciunt lec. & not. in ca. cum olim.de dolo. & contu.* Ista tamen fictio non habet locum in criminalibus *per ea quæ leg.& no.in l.absentem. ff. de pœnis. & in cap.*

32 *quisquis.iij.q.v.* Nam reus † criminis personaliter est citandus: aliàs processus esset nullus: sed etiam in criminibus quo ad annotationem bonorum, sufficiat citatio ad domum *iuxta theoricam tit.de requi.re.* de quo subdicetur

33 suo loco. ¶ Sed pone, quòd perfectè nescitur, qui † sunt, scientur per proclama. cum sono tubæ *secundum Glo. in l. hoc autem.ff.ex qui.cau.in pos.ea.* & ita practicatur. ¶ Quæ-

34 ro etiam An etiã quãdo † valeat citatio in personam procuratoris? Distingue, quòd aut quærimus de citatione ad introductionem litis, aut de citatione ad prosecutionem. Primo casu necessaria est partis citatio *per ea quæ leg. & no.in ca.j.de procurato. & in d.ca.causam quæ de dolo. & in l. item veniunt.§.petitam.ff.de peti.heredi.* nisi ille talis citandus maliciosè vel dolosè se absentaret, & de eius dolo vel malicia appareret. quia tunc admitteretur citatio in personam

ſonam procuratoris generalis ad lites *arg. eor. quæ lega. & no. in clem. instrumento, de procu. & in ca. j. de iud. & in d. ca. causam quæ. de dolo.* Si verò nõ eſſet procurator generalis, ſed ſpecialis ad vnam litem pendentem vel terminatam: quia talis procurator non compellitur alias lites proſequi *per d. cle. instrumento. & l. inuitus. C. de procu.* non valeret citatio tanquam non arctans citatum, pro eo quòd ex ea non poſſet cauſari iudicium, cuius natura eſt vt reddatur in inuitum. *l. inter stipulantem § j. ff. de verbo. oblig.* De hac autem materia, † Vtrum ſcil. citatio valeat in perſonam 35 procuratoris. vide *in l. eum qui. C. de procur. & in l. ossa. § fi. ff. de reli. & sumpti. fune. & in l. fina. ff. de vi & vi ar.* Secundo verò caſu: ſcil. quando citatio fit ad proſecutionem litis, tunc valet citatio in perſonam procuratoris domini litis effecti. *l. si dictum. § si præsente. ff. de euic. & notatur in d. c. causam quæ. de dolo. & contuma. l. item ait. § hoc autem. ff. ex quibus cau. maio.* Vbi tamen vterque eſſet præſens: ſcil. tam dominus, quàm procurator vtile foret vtrumque vocari: *vt in dict. ca. quisquis & c. causam quæ.*

¶ Sed † ponamus, quòd principalis ſit abſens, nec pro- 36 curatorem dimiſerit, & ſe abſentauerit: quæritur Quo iure, ſiue quo remedio prouidebitur creditori? Et diſtingue, quia Aut proponitur petitio ciuilis, aut criminalis: ſi ciuilis, ſeruanda eſt theorica & practica. *l. cum proponas cum sua authen ei qui iurant, C. de bonis auct. iudi. poss.* videlicet vt creditor adeat iudicem, & petat ſe mitti in poſſeſſionem bonorum debitoris abſentis, qui quidem iudex ſtatim ex ſuo officio animum ſuum informare debet, ſi appareat de credito vel debito: & ſi ſit purum, vel conditionale: & ſi debitor ſit maior, vel minor: compos, vel incompos mentis: & ſi abſens ex iuſta cauſa, vel doloſa: vt iuxta eam quam ſumpſerit informationem, animum ſuum declinet ad prouidendum creditori. Nam ſi ſit purum, à maiore, & compote doloſè ſe abſentante, debitum: poſt edicta iubentur vendi bona debitoris pro menſura debiti. *vt in d. authent. ei qui. & in l. Fulcinius. § j. ij. iij. ff eod. tit.* Si autem non latitat in fraudem, ſed eſt abſens ex iuſta vel probabili cauſa. Et iterum, aut eſt maior, vel minor. Si minor proceditur iuxta theoricam. *l. si minor. cum seq. ff de bonis auctо. iudi. pos.* Sed quia communiter à tutoribus vel curatoribus defen-

duntur,non insisto. Sed vbi maior non latitat,tunc creditores mittuntur in possessionem omnium bonorum. *ff ex qui.cau.maio.in inte.restitu.l.item ait. §.hæc autem. & ff. de acquiren.posses.l.possidere.§.vlt.* Et audiuntur debitores ad luendum bona intra biennium, vel quadriennium. Post verò venditiones auctoritate iudicum,& seruatis edictis ac solennitatibus distrahendorum pignorum factis,ratæ manent. *l.fi.C.de bon.aucto.iudi.pos.& l fin. C.de iure dominij impe.* quæ procedunt in viris contumacibus. Nam si ab aliquibus defenderentur, non haberēt locum.

37 Et ideo † cautè fiet, si creditor volens pro credito facere distrahi bona debitoris absentis, obtineat à iudice edictum citatorium,per quod in defectu debitoris non comparentis, vel se exhibentis facit euocari per proclama. publicum in locis & temporibus consuetis iuxta consuetudines locorum, omnes & quascunque personas, ius actionem seu defensionem in bonis illius talis absentis habere prætendentes, qui si non comparuerint defensioni se non iniecerint, & cautionem debitā non præstiterint, non impeditur missio: alias secus. *ff. ex qui.cau.maio. in integ. resti. l. item ait. §. vlti. & prealle. l. Fulcinius. §.primo.*

¶ Quidquid tamen sit, in tempore edictorum & etiam in † modo subhastationum & liberationum. Primò recurritur ad stilos curiarum, deinde ad consuetudines locorum. Vltimo ad iuris communis dispositionem. de

38

39 qua suprà. ¶ In secundo verò casu, quando intentatur † actio realis contra absentem: & tunc aut vocatus latitat, vel est absens, aut cum dolo desiit possidere. Primo casu, quando latitat fit missio omnium bonorum. si ad omnia agatur,vel rei petitæ,si ad vnā rem agatur *ff.quib,ex*

40 *cau.in pos.ea. l.Fulcinius.§.Item videamus.* Contrà verò † absentem fit missio pro mensura. *per l. Celsus.eod.titu.& C.vti in rem actio.l.si quis.& C.de præscrip.xxx.vel xl.anno, l.si quis. §.penul.* Et interuenit etiam in hoc casu quidam summaria cognitio.*vt in prealle.l si quis.C.vbi in rem actio.* In tertio autem casu, quando scilicet dolo desiit possidere, fit missio in possessionem bonorum dolo possidere desinentis pro æstimatione rei petitæ ad instar actionis personalis.*arg.lec.& not.in authent.de exhiben. & intromitten.reis.§.si verò quidam.*

¶ No-

¶ Notandum etiam † quod hi contra quos fit missio, 41 audiuntur intra annum, & cum cautionibus, de quibus *in dictis iuribus, l. si quis. § penul. C. de præscrip xxx. vel xl. anno & in l. cum proponas. cum sua authent. ei qui iurat. d. t. C. de bo. auc. iudic. possess.* Quando autem missi † in possessionem, faciant fructus suos notatur *in dictis iuribus*. Cætera vide *in summa titu. prædicti. de bo. auc. iudic. possess.* quantum ad ea quæ concernunt ciuilitatem. 42

¶ Qualiter † verò contra reos criminum absentes & 43 latitantes procedatur? Et dic, quòd requirendi sunt hi qui possunt iuridicè accusari, de quibus. *C. de accu. quasi per totum.* Et quasi idem effectus, qui ad bona, insurgit ex euocatione debitoris ciuilis, seu debitoris absentis, qualis insurgit ex annotatione bonorum rei criminis latitantis vel absentis: respectiuè tamen secundum diuersas qualitates. Proceditur † autem in huiusmodi accusationibus aliter & aliter secundum diuersitates & stilos curiarum. Nam in aliquibus iure consuetudinario aliter proceditur, quàm in primo iure scripto: & in talibus locis, in quibus statuta municipalia locum sibi vendicant seruandus est stilus locorum vel prouinciarum, in quibus fiunt actus executoriales bonorum. *arg. lec. & nota. in l. si fundus. ff. de euic. & in cap. Raynucius. de testa. & in ca. j. de consu.* Et ideo circa hæc, certa non potest assignari doctrina, ex eo quòd videmus tot & tantas crebrescere vrbium, villarum, & pagorum consuetudines seu municipales stylos & ordinationes, quòd certa apud nos non valet in partibus assignari doctrina: quia quilibet † prouincia suo sensu abundat. *ca. certificari. de sepul.* Quantum tamen est de iure communi, iudex seu alius qui iurisdictioni præest, bona reorum criminum post commissa absentantium, ponit ad manum curiæ penes cuius iurisdictionem crimina commissa sunt, quòd iura † appellant Annotare. *ff. de exhi. reis. l. annotatione.* Et facta huiusmodi reductione seu annotatione bonorum ad manum curiæ tanquam de bonis fugitiui & dolosè absentantis, proceditur contra eum per edicta. Nam primo vocatur dictus reus, quòd compareat personaliter responsurus titulis conuentionalibus contra eum formatis. & sic fit dictum adiornamentum seu dicta citatio ad personaliter 44 45 46

47 comparendum, quia In † criminibus regulariter non admittitur procurator *per ea quæ legun. & no. in ca. in nostra. de procura.* Distinguendum tamen esset in causas mere criminales & mixtas. Nam si sit causa criminalis, ex qua non subsequitur mors delati: sed relegatio, vel minor pœna: putà amotio ab ordine, tunc potest constitui procurator, cùm & pœna relegationis infligatur absenti accusato: sicut & in pecuniaria causa fertur contra absentem sententia. *vt ff. an per alium causa appel l. j. & de pœn. l. absentem.* Nec distinguo in capitali causa sit lis contestata contra reum, aut non. *vt C. de procur. l. nihil. & l. nulla.*

48 Potest tamen † procurator interuenire etiam minor, vel fœmina, & quæ alias non possunt procuratores esse, non vt defendant iura principalis causæ: sed causas absentiæ accusati proponant *vt ff. de procura. l. seruum. § publicè. & l. absentin. & de accu. l. reos.* Qui si non compareat, aut excusatorem legitimum mittat, & tria edicta sustineat. quæ †

49 edicta fieri debent per literas requisitorias magistratus penes quem degit, & per talia interualla, infra quæ seu eorum alterum citatus seu adiornatus comparere pos-

50 set *iuxta. lec. & no. in l. j. C. de requi. reis.* Et si talis † reus cōpareat vel se exhibeat infra annum, auditur purgando moram, se defendendo & iudicio parendo. *d. l. j. de requir. reis.* Sed si venerit infra annum & nōdum edocto de suis defensionibus seu innocentiis, hoc est, ipso nondum purgato ab impositis, decesserit, processus defensionalis trāsmittitur ad hæredes. *d. l. j. C. de requi. re. in fi. & ff. e. l. j. in fi.*

51 *& l. j. C. si pen. ap. mors interuenerit.* Si verò reus † veniat post annum, & se purget: nihilominus in odium contumaciæ, quam in non comparendo contraxit, duplici damno afficitur. Nam primo bona non recuperat etiam purgata contumacia *per ea quæ leg. & not. in l. quicunque. C. de requi. reis.* siue edocto de veris innocentiis, iustificationibus & purgationibus suis, siue non. per casum *in d.*

52 *l. quicunque, in fi.* Purgatur † tamen hæc contuma. per contrariam negligentiam fisci: putà, si fiscus per viginti annos cessauerit requirere reum absentem *per ea quæ leg.*

53 *& nota. in l. querela. C. de fal.* Sunt † ergo duo casus in quibus bona reseruantur successoribus in aliis criminibus, quàm læsæ maiesta. Primus, si reus intra annum venerit & processum suum defensionalem inchoauerit. Secundus,

cundus, si fiscus, qui diligentare debuit per xx. annos cessauerit. *ff. de exhi. reis. l. j. §. præsides. & §. sed & Papinianus.* Grauatur & secundo reus criminis contumax & non comparens: quia non solum bonorum, sed etiam famæ patitur iacturam, *vt in l. fi. C. de requi. reis.*

¶ Item quæro circa istam materiam citationis, si fiat † citatio ad duos vel tres dies, Nunquid computabitur secundus vel tertius in citatione: vt in illo die possit comparere citatus: An verò ante illum diem comparere teneatur? Dic, quòd ille vltimus dies in citatione expressus cedit pro dilatione, ac in ea concluditur. *ff. de verbo. obli. l. qui Kalendis. & l. eum qui ita. ff. de adul.* Nam licet sit † appellandum intra decem dies, vltima tamen comprehenditur *vt no. ij. q. vj. quasi per totum. & ff. de succes. edic. l. prima. §. dicimus.* Et per dictam legem probatur, quòd si datur terminus vt soluas, vel proponas, vel facias de iure tuo vsque ad decem dies, vel hinc ad decem dies: quòd tunc illo decimo die fieri & proponi poterit. quia totus ille dies cadit in dilatione. *vt nota. Insti. de verbo. oblig. §. si in diem.* Et licèt in citatione expediatur pronuntiatio verbotenus, reliquum tamen causæ cognitionem requirit. *ff. de offi. proton. l. cum quicquam. §. vbi decretum. ff. de mino. l. in causa cognitionem, versabitur, & ff. de re iudic. l. de vno quoque.*

54

55

¶ Quæro, quia † de iure communi pro expedito habetur, quòd relationi nuntij seu seruientis iurati creditur. *ff. de reb. eorum. l. magis puto. §. ne tamen. & in ca. parati. de appell.* Nunquid asserens se non esse citatum, admittetur ad probandum istam negatiuam? Et dic, quòd ita, si sit talis, quæ possit verisimiliter probari per coarctationem temporis vel loci. *arg. eorum quæ leg. & nota. in ca. consanguinei. de re indi. & in l. ij. ff. de proba. & l. non nudis. C. eod. & in ca. cum ecclesia. de causa pos.*

56

¶ Quæro, qualiter † communitas vel collegium citetur: dic, quòd in personam maioris communitatis, vti prælatorum vel syndicorum. *l. aliud §. refertur. ff. de re iur. ca. si capitulo. de conces. preben. lib. vj. l. municipibus. de condi. & demonst.* ¶ Quæro, An in causis ciuilibus, † seu potius criminalibus, possit citari personaliter compariturus? Et dic, quòd ita in casibus, de quibus *per Glo. & Doct. in ca. fi. de procu. & l. j. in prin. ff. eod. titu. C. de hijs*

57

58

Ff, iij.

qui veniam. æta. impe. l.iij. & ff. ex quibus cau. in possess. ea. l. aut prætor. & in cap. pastoralis. de iudic. qui omnes casus sub vna consideratione resoluuntur: videlicet, quotiens iudici necessarium, oportunum aut vtile videbitur. Nam ex multis potest iudex suum animum informare partis principalis ministerio, quod non posset procuratoris medio *iuxta lect. & nota. in ca. pastoralis. de iudic.* Et ideo in iis non potest certa regula dari cum ex arbitrio depen deant iudicantis.

¶ Quæro, etiam de sæpe contingenti quæstione. Ci-
59 tatur † quis ciuiliter tribus edictis, vel vno peremptorio pro omnibus. *vt ff. de re iudic l. contumacia. §. j.* quòd compareat in vltima hora termini nec post. Actor verò comparens, accusauit in termino contumaciam eius: deinde iudex non in die termini, nec in die sequenti, sed post duos, vel plures pronunciat contra contumacem: quæritur, An valeat? Et primo videtur, quòd non: quia circumductum videtur edictum. *ff. de iudic. l. & post edictum. §. circumducto Ext. de offi. dele. consuluit.* & ideo ex integro videtur citandus. *Ext. de dolo & contu. ca. actor. lib. vj.* Prædictus namque processus videtur nullus ipso iure & citra appellationem. *C. quomodo & quando iudex. l. j.* Econtra videtur, quòd valeat: quia iudici non imponitur necessitas pronunciandi. *vt in d. l. j.* quia potest differre & expectare reum an in sua contumacia perseueret *vt in eod. tit. l. consentaneum, Ext. de dolo & contu. cap. cum dilecti.* Item quia non videtur fieri iniuria absenti: sed gratia in expectando quod quidem iudex facere potest. *d. l. consentaneum.* nisi finiatur eius officium *d. cap.*
60 *consuluit.* immo † non debet prætor festinare ad decretum interponendum. *ff. de dam. infec. l. si finita §. si fortè. & ibi nota.* Item sicut admittitur reus post quinque vel plu res dies ad purgandum moram. *l. & si post tres. ff. si quis cautio.* sic licet expectare iudici reum contumacem: immò eum expectando: si non veniat, tanto maior est contumacia. *Ext. vt lite. non contesta. cap. quoniam frequenter. &*
61 *de offi. dele. cap. sanè. & d. cap. cum dilecti.* Nam † contumacia accumulat pœnam. *ff. de pœn. l. relegati. C. de hære. authent. gazaros Ext. eod. tit. cap. excommunicamus.* Quæ quidem contumacia multis modis coercetur. *ff. de regu. iur.*

iur.l.non videtur.& in cap.quoniam contra de proba. Quanto magis ergo durat contumacia, tanto magis durat culpa. Et ideo non mitius, sed grauius punienda est: quia pro † modo culpæ est pœna infligenda.*ff.de pœnis.l respiciendum.in prin.* nec ideo iudex videtur in mora.*arg ff de iniur.l.sciendum. Ext.de elec.cap pastoralis. & ibi nota.* Nec per † lapsum termini videtur absolutus reus *Ext.de dolo. & contu. cap. cum dilecti. §. preterea in fi.* Et hoc rationis est: quia non esset æquum, quòd differente iudice actor assistens suo iure priuaretur sine culpa. *arg C. de inoffici. testa.l.si quis in suo.* 62 63

¶ Ad contraria allegata respondeo. primo ad *§. circumducto.* quòd non loquitur in reo sed in actore contumaciæ, cuius † est maior contumacia, quam rei. *vt in d. cap.actor.* Item ad alia contraria dic, quod loquuntur in diffinitiua sententia, quæ cum maiori solennitate ferenda est.*C.de senten. l.cum sententia.* ¶ Item circa hæc quæro, An † iudex possit abbreuiare dilationes à iure concessas? Et dic breuiter, quòd ita cum causa: sine causa verò non.*per ea quæ legunt. & notant. in l.ij.ff.de re iudic. vide melius. & modernè. in clem. sæpe. & ibi Cardinalis. de verbo.signi.* 64 65

¶ Quæro, An † citatio sit necessaria in productione instrumentorum, sicut in productione testium? Dic, quòd sic. alias productio facta parte absente non valet ad probationem.*per l.iudices.C.de fide instru.* ¶ Quæro † An citatio partis condemnatæ in expensis, vel ad fructus, sit necessaria ad taxationem expensarum, vel fructuum? Et dic, quòd non de iuris rigore: quia illi sunt actus, qui non possunt impediri per præsentiam partium, ex eo quòd dependent ex arbitrio iudicis. Et actus qui dependent ex arbitrio iudicis, non impediuntur per non vocationem partis. *argu.eorum quæ leg.& nota.per Docto. in l.nam ita diuus.ff.de adop. & ff.de ven.inspi.l.j. §.denunciari.* quare in præmissis & similibus casibus non est necessaria partis vocatio *per ea quæ volunt Docto.in cap.j. de iudic. & in cap.Albericus.de testi.& in l sed si hac.§.prætor. ff. de in ius vocan.* Practica tamen curiarum nostrarum vocari iubet saltem procuratores: quæ est bona practica ad euitandum iurium ambiguitates. 66 67

68 ¶ Quæro, Quid † operetur citatio generalis ad totam causam, qua multitudines vtuntur. Et dic, quod talis citatio hunc habet effectum: quòd potest contra citatum procedi vsque ad sententiam inclusiuè, sine alia citatione. Verumtamen si post citationem generalem semel comparet, expirat vigor edicti. Primum probatur *ex dictis Docto. in ca. j. de iudi. & in ca. fi. de dolo & contumacia. & in l. consentaneum. C. quomodo & quando iudex.* Secundum verò *in l. & post edictū. §. circumducto. ff. de iudi.* ¶ Quæro respectiuè ad præmissas quæstiones, Pone quòd citari † faciens siue in vim generalis, siue specialis edicti non 69 comparet propter legitimum impedimentum quod petitur: An antequam audiatur teneatur refundere expensas. Dic quod non. *per lecta. & nota in ca. venerabilibus. §. idem. de senten. excom. lib. vj.* Et hinc multi docti iudices sumunt practicam, quòd quando laxant contra aliquos 70 literas contumaciales, adiiciunt talem clausulam *Saluis † suis legitimis excusationibus.* Curias verò præsidalis Nemausensis prædicta tempore niuium, frigorum, inundationis aquarum, pestis, aut incursus gentium & armorum: quod sæpe apud nos contingit, consueuit interdicere ne expediantur literæ contumaciales, de vndecim sex, octo aut decem diebus infra quos, si contumax veniat auditur sine expen. propter præsumptionem verisimilem impedimenti, quod æquum est & tolerabile: quia 71 materia † dilationum hodie est vt plurimum in arbitrio 72 iudicis *per lecta. & not. in dicta. l. ij. ff. de re iudic.* Et ideo † citatus ad locum non tutum, non arctatur comparere *vt not. de appel. cap. ex parte & in clementi. pastoralis. & ibi glo. sup. verbo. Notorium. de re iud.*

73 ¶ Quæro, Qui † debeant citari? Dic generaliter omnes quorum interest. *l. in causæ. §. causa cognita. ff. de minori. l. de vno. ff. de iudi. ca. inter quatuor. de maioritate. & o-* 74 *bedientia.* Et quando † nescitur specialiter quorum interest, vocantur per proclama. publicum & sonum tubæ *Glo in l. hoc autem. ff. ex quibus cau. in pos. ea.* ¶ Quæro, 75 Rescriptum † continet, quòd si tali &c. constiterit &c. An vocandi sint interesse habentes, cùm non exprimatur vocari debere? Respondeo, quòd ita *per Glossa. in clem. fin. de censi. super verbo Constiterit. & alia in*

clem.

clem. ij.de pœnis. per textum. & glossa. in cap. reprehensibilis. de appel. quod nota, quia sæpe contingit. ¶ Quæro, Qualiter † sunt citandi vagabundi, qui nullum habent domicilium? Respondeo *ex mente glossæ magnæ. in l.fin. C. de long. temp. præscrip. & in cap.fina. de eo qui mit. in pos.* quòd vocari seu citari debent more absentium, de quorum forma suprà visum est. Cætera pertinentia ad citationes vide *in dictis iuribus. per Docto. & in glo. magna. in cap. vnico. de milit. vassallo qui contu. est in libro feudorum.* Item tertium † tempus, est tempus comparitionis in iudicio, in quo sunt † distinguendæ quatuor qualitates. Nam primo aut comparet vterque: aut secundo neuter: vel tertio actor & non reus: seu quarto econtra reus & non actor. Primus casus indubius est: quia † vtroque comparente iudicium rectè fundatur *argu.c.forus.§.in omni de ver.sig. & in l. properandum. in prin.C.de iudi.* 76 77 78 79

¶Secundo verò casu quando neuter † comparet tunc nullæ sunt partes iudicij.quia per non comparitionem† partium circumducitur seu pro cancellato habetur edictum *per l.post edictum.§.circunducto.ff.de iudicijs.* Et iudex non impatitur officium suum, nisi requisitus *iuxta.lec.& not.per Doct.in ca.j.& in cap.causam quæ de iudi.*quare &c. 80 81

¶ In † tertio verò casu, scilicet quando comparet actor & non reus, tunc repetenda sunt edicta in tantum, quòd perueniatur ad peremptorium, si tanta fuerit rei contumacia, qui reus si pertinaciter sustinuerit, patietur contra se missionem & possessionem, vt suprà in præcedentibus dictum est. Veniens tamen intra peremptoriũ, auditur, reseruatis expen. in fine litis, si quidem sine dolo vel malicia comparere omiserit: putà, quia citatio facta fuerat in domicilio, vel in personam procuratoris. *argu.l.j.ff.si quis ius dicen.non obte. & l contumacia.ff.de re iudi.* Vbi autem dolosè aut maliciosè comparere omisisset,& inde ante peremptorium compareret, non audiretur sine refusione expensarum. *per l.scimus.C.de iudi & l.non ignorat.cum ibi not. C.de Fruc. & lit.expen. & in ca.fi. de do.& contu.* Et iste intellectus colligitur *ex §. si autem reus absfuerit relato ad §. & si quidem actoris.* propter verbum *fatigetur* ibi positum *in l.properandum.C.de iudi.*quod verbum denotat dolum & maliciam. Et semper præsu- 82

mitur dolus, vel malicia, vbi fuit repertus personaliter. *per ea quæ leg.& nota. in c.j.de iudi.& in d. l.j.ff.si quis ius dicen.non obten.* ¶ Quarto verò casu, quando † reus est præsens & actor absens, competunt reo duo remedia: scilicet, quòd petat cancellari edictum, hoc est, absolui ab instantia iudicij *per l.& post edictum.ff.de iudi.* & impetrare a iudice, quòd vocetur actor per edicta vsque ad peremptorium:item prosecuturus institutum litem, & visurus proponi, deduci, & iustificari per ipsum reum exceptiones peremptorias: qui si non compareat, poterit reus lapso anno suas exceptiones deducere & iustificare; & ipsis iustificatis diffinitiuè absolui, & actori perpetuum silentium in odium contumaciæ imponi. Et poterit eadē sententia in omnibus expensis erga reum propter victoriam condemnari. *prout hæc probantur in authent.qui semel. C.quomodo & quando iudex.& §.& si quidem pars dictæ legis cum.§.seq. properandum.C.de iudi.iuncta l.circa.ff.de proba.* Et sic per alteram istarum duarum viarum, succurritur seu subuenitur reo aduersus actorem latitantem, seu litem institutam prosequi nolentem. ¶ Quartum † verò tempus, est tempus proponendarum exceptionum: & inter cæteras, proponendæ sunt † exceptiones respiciētes personam partis, vel personam iudicis, vel rescriptū, si fuerit delegatus. Et dixi † circa personam partis: putà, quia reus dixit, actorem fore excommunicandum: & per consequens repellendum ab agendo *per ea quæ leg. & not. in ca. intelleximus. de iudicijs. & in ca.pia. de excep. libro vj.*

83 84 85 86

87 ¶ Et contra † iudicē, dicit eum suspectum cū fit eius inimicus, vel aduersarius, de familia, vel consanguineus actoris, aut ex alia iusta causa suspectus, quæ quidem causæ satis enumerantur in iure per Doct. *in ca. causam quæ inter, de iudi.& in l.cum specialí.de ap.& in c.suspicionis. de offic.dele.& in c. legitima. de appell. lib. vj.l. apertissimi. C. de iudic.authent. & consequenter. C. de sen. & interlocu. omnium iudicum.* Tutius est igitur, iudicem † primo recusare, ne si forte in personam exceptionem opponeret, & in ea obtineret, ad recusationem iudicis, serò recurreret. *vt ff. de iudic. l. ij. in princip.* Nam cum pro se recipiendo † interlocutoriam, iudicem approbauit, non poterit postea reprobare. *vt ff. de*

88 89

ff.de neg.ge.l. Pomponius. & C.de testibus. l.si quis testibus. & C.de senten.& interlo.omni.iudic.l.penul. Secus autem, si succumberent, cùm vtraque via eius declinare intendat examen. *vt C.de inoffi.testa.l.si quis.*

¶ Opponi potest contra † rescriptum: primò falsitas, si falsum sit, *de crimi.fal.per totum.* quarum falsitatum detegendarum practica habetur *in cap.licet.de cri.fal. & in cap. inter dilectos. de fide instru.* Item quod est contra stilum rescribentis, de quo *in cap.quam graui.de cri.fal. & de rescrip.cap. eam te. & cap. constitutus.* Item quòd est impetratum tacita veritate, quod est subripere, & expressa falsitate, quod est obripere: prout hæ duæ differentiæ vocabulorum *obripere* & *subripere* probantur *per l. j.& fi. C.ne rei dominicæ vel templo.& l. si quis obrepserit. ff.de fal. & in cap super literis, Ext.de rescrip.in anti.* ad quod pauci practici aduertunt, sed vnum pro alio ponunt. Et quòd per hæc impugnetur rescriptum iura sunt vulgata. Posset tamen alleg. *cap.super literis. de rescrip.iam sup. alleg.* Item opponitur, quòd obiit impetrans vel impetratus, priusquam citatio fieret *de offi.delec.cum olim.de rescrip. ca. significauit. l. ij.ff.quæ senten.sine ap.rescin. ca.fi.de rescrip.* quod qualiter procedat *notatur in dictis iuribus.* & infra aliquid dicetur: quia magnas habet distinctiones hæc materia. Itèm quod obiit concedens *de officio.de lega.ca.licet & ca.gratum.& ca.relatum.& ff.de iuris.om.iudic.l.& quia.ff.de iudic.l.mortuo.* 90

¶ Item quod est † subannatum, hoc est, elapsus annus ab impetratione. Et quantum attinet ad stilum præsentis regni, omnia rescripta sunt annalia iuxta theoricam. *ca.plerumque.de rescrip.* & contra theoricam. *l.falso. C.de diuer.rescrip.* Item impugnatur ex eo quòd non facit mentionem de aliis præcedentibus mandatis. *ca.certum. de rescrip.de offi. deleg.c.ij.* Item quòd tacetur in eo status causæ. *cap. inter monasterium de re iudic. C. quomodo & quando iudex. authent. qui semel.* Et ideo apud nos opus est noua interpretatione, per quam rex mandat quòd vult mandatum exequi, non obstante subannatione: & ita per omnia parlamenta & curias præsidales huius Francorum regni practicatur. 91

¶ Sed dubiū est, si infra † annum moriatur impetrans 92

vel impetratus, An poterit exequi rescriptum? Varij varia dicunt. Resolutio tamen esse videtur ex mente iurium & Doctorum *in locis praalleg. & in c. si autem aliquis & c. significauit. de rescr. & in c. quia de indi.* quòd ea quæ ex iuris ministerio seu dispositione transeunt actiuè vel passiuè, cessante quocunque rescripto ad impetrantem vel impetratum, seu hæredem vel successorem impetrantis aut impetrati, possunt per eos, ad quos transeunt etiam mediante rescripto in iudicium deduci. Sed ea quæ non transeunt iuris ministerio, aut dispositione ad impetrantes vel impetratos, seu eorum hæredes vel successores, non possunt vigore illius antiqui & subanniti rescripti, vel etiam non subanniti per iam defunctos, vel contra defunctos impetrati, contenta in rescripto in iudicium deduci. Sed opus erit renouatione rescripti vt suprà dictum est. Et per hanc breuem doctrinam & resolutionē soluuntur multæ intricationes, quæ possent fie-

93 ri & adduci in materia rescriptorum. ¶ Consueuerunt † etiam multa opponi contra libellum, de obscuritate, & multis aliis quæ notantur tam in glos. quàm in tex. *vt ff. de rei ven. l. in rem. ff. depositi. l. j. §. si quis argentum. ff. de feriis.*

94 *& l. in actione.* ¶ Aduertendum tamen est, quòd iudex † potest præfigere terminum reo ad proponendum exceptiones dilatorias *vt in c. pastoralis, de excep.* Post quem terminum non auditur regulariter proponere volens. Et dixit regulariter propter tres casus exceptos *in d. de-*

95 *cret. pastoralis.* Cauere † tamen debet reus comparere volens, vt comparendo coram iudice, quem recusare intendit, non compareat simpliciter: sed cum protestatione, vt protestetur quòd comparet citra omnem consensum indebitum iurisdictionis attributionem, & iurisdictionis prorogationem, quam iurisdictionem in psum iudicem recusandum minimè facere approbare intendit, nisi & quatenus à iure arctaretur, & ilicò eum recuset in scriptis si casus exigat, & simul & semel arbitros pro sui parte eligat, & nisi recusatio admittatur appellet: & si iudex vellet quòd arbitri cognoscerēt de dicta suspitione, poterit semper comparere citra consensum indebitum.

96 ¶ Aduertendum tamen est, quòd non eodem † modo recusaretur ordinarius, quo & delegatus suspectus recusatus probatis suspitionum ac recusationum causis in totum

tum

tum repellitur *per ea quæ le.& no.in suspitionis.de offi.deleg. & in sua concor.* Secus est in ordinario, qui non in totum recusatur, sed alius sibi adiungitur seu associatur. *in authent.vt diffe.iudi.§.si vero contigerit.Nouel.86.* licèt aliqui tenuerint contrarium, vt refert Glo.*in suprà alleg.authen. & consequenter.C.de sentent & interue.* Communis tamen vsus, consuetudo, & stilus apud nos Occitanos approbat primam sententiam: scilicet quod non in totum recusetur sed alius sibi associetur. Si verò reus † iudicem suspectum non habeat, potest petere offerri libellum *iuxta authent.offerat. C. de litis contesta. & Ext.delibe.obla. quasi per totum.* qui si † non detur petitus, reddit iudicium nullum *Glo.in cle.sæpe.de verbo.sig.* Oblato † verò libello habet diem ad deliberandum, potest etiam petere distributionem procuratoris, aduocati, seu consilij, & dabitur, prout probatur *ex d.authent.offeratur. & in l.rem non nouam.C.de iudi.iuncta l.non videtur.ff.de iudiciis.* in quibus iuribus proximè dicta probantur. Et quia proximè dictum est, quòd actor † tenetur edere libellum. videndum est summatim de principalibus verbis requisitis in libellis quarumlibet actionum, omissis aliis superfluitatibus ne vltra propositum nostrum opusculum præsens dilatemus. Igitur præmissum ordinem: scilicet deducendo practicabilia & omittendo non practicabilia, insequendos libellos paucos criminales: quia apud nos † parum in vsu habentur, ex eo quòd omnes processus criminales per modum inquisitionis exordiuntur, mediantur, & terminantur, vtiles praxi aliquas quæstiones super libellos & processus criminales adduco. Residuum verò suppletur in materia inquisitionali, de qua subdicam. Sed ne omnino illorum practica omittatur potest sic in actione manifesti furti magis contingenti libellus formari. *Coram † vobis clarissimo magno & potenti viro domino senescallo prouinciæ Pellicardi & Nemausi præside seu vestro locum tenenti, alteróve quolibet vestri vicem præsidente, dicit, ponit, asserit, & quatenus opus erit, citra tamē onus cuilibet superfluæ & non necessariæ probationis, iustificare intendit. Titius de Nemauso, contra Sempronium Montispessulani, seu quamcunque partem aduersam. Etiam per modum summariæ petitionis ad victoriam causæ obseruandam sufficienter quòd anno domini.* M.CCCCLXXVIII. *& die* XVII.*mēsis Au-*

97 98 99 100 101 102

gusti. Item dicendo de alio tempore, de quo per processum apparuerit *quod dictus reus Deum proculis non habens alienis inuidens & de alieno locupletari satagens, die prædicta hora prima post meridiem vel circa, furtiuè surripuit dicto Ticio quandam vestem panni rubei perpigniani ex domo habitationis ipsius actoris, secúmque inuito ipso actore dicta veste contractando detulit. quam cum deferret, fuit deprehensus cum dicta veste per eum (vt dictum est) iurata & contracta. quæ quidem vestis communi æstimatione valebat tempore contractationis decem libras turon. iudiciali verò taxatione salua. Quare ex his & aliis ex processu resultantibus petit dictum reum in quadruplo vnà cum omnibus expensis factis & fiendis, de quibus per expressum protestatur erga dictum actorem condemnari: condemnatúmque ad dandum & soluendum præturæ viribus, cogi & compelli & alias ius & iusticiam sibi fieri & administrari, vestrum benignum quod quale ac quantum decet officium etiam loco actionis si opus fuerit humiliter implorando.* Hæ tamen pœnales † actiones nihil aut parum sunt apud nos in vsu: quia sufficit, quòd damnum passis restituantur; Ablata iudicis officio, perquirentis de criminibus ad cuius officium spectat primo læsis damna resarciri facere, prout facere tenentur per vulgatam theoricam. *§. quos si delinquentis, in authent. de man. princi. col. iij. Nouell. 17. & in §. duplum. Insti. de acti. l. in hoc iudicio. ff. de seruo corrupto.* ¶ In † actione verò furti non manifesti, formatur libellus aliter ex eo † quòd differentia est inter actionē furti manifesti, & actionem furti nō manifesti. quia actio furti manifesti, est prætoria: & actio furti non manifesti, ciuilis: sic & illa temporalis, hæc verò perpetua *Inst. de perpe. & tēp. actio. §. j.* Et ratio est, quia quanto pœnatores sunt, tanto magis sunt tēporales & trāsitoriæ quo ad pœnā. quia quo ad rei persecutionē sunt perpetuæ per conditionē furtiuam *ex lect. & nota. & ibidem. & C. de condi fur. l. j. & Inst. de noxa actio. §. sunt omnes. & Insti. de obli. qui ex delic. nas. §. manifestus. & sequen. & §. pœna. §. fi.* In hoc † tamē diuersificātur libelli. Quia in actione furti nō manifesti, nō est necessariū exprimi, quòd fuerit deprehēsus fur cū re furtiua in narratione, & in cōclusione etiā concluditur ad duplū & non ad quadruplum. ¶ Possemus † etiā formare libellū in actiōe furti aduersus nautas vt & in actione vi bonorū raptorū & similiū. Sed

qu:a,

quia præmisi, apud nos nõ sunt in vsu, ideo membranas non occupo: verùm in præsenti prouincia, sunt multi viri ceruicosi, ex eo quòd maximè regnat colera, propter aeris dispositionẽ, & multum frequentantur actiones iniuriarum: ideo de iis subiungo libellũ. ¶ Præmitto tamen pro euidentia, quòd Actio † iniuriarum est duplex, quædam est ciuilis, alia prætoria. Ciuilis † est illa, quæ descendit ex lege Cor. quæ cõpetit in tribus casibus: putà, si quis pulsauit, verberauit, vel domum introiuit. *ff. de iniuriis. l. lex Corne.* in aliis verò casibus ex prætoria. Idem tamen † resultat in vtraque effectus: scil. vindicta & persecutio iniuriæ. *Instit. de iniuriis. §. penul. & ff. de iniu. l. iniuriarum.* Et ex vtraque potest quis ciuiliter & criminaliter agere: vna tamen via electa cessat alia. *ff. de iniu. l. quod senatus. & l. prætor. §. j.* Et hoc ideo, quia vtraque actio siue ciuilis siue criminalis, tendit ad vindictam, vt dictum est. Sed ex ciuili restat actio seu persecutio damni. *ff. de iniur. l. idem apud. §. si quis seruo verberato.* ¶ Formatur igitur sic libellus. *Coram vobis † clarissimo magno & potenti viro &c quòd ipso Ticio actore existente die* x i x *mensis Augusti. proximè præteriti hora tertiarũ vel circa in arenis Nemausensibus ante ecclesiam sancti Petri, & in comitiua plurium nobilium personarũ pacificè conseruando, neminique iniuriã inferẽdo. superuenit ibidẽ dictus. Sẽpronius reus qui animo iniurioso ipsũ actorẽ prouocauit & incitauit per rixolas & iniuriosas allocutiones: & quãquam dictus actor ipsum reum dulcibus & placabilibus verbis refrenare & mitigare niterẽtur: dictus tamẽ reus semper magis atque magis insistebat & iniurias prorũpebat, & in tantum, quòd in ipsum actorẽ talia verba seu in effectu similia, bonorũ nominis & famæ ipsius actoris denigratoria & infamatoria iniuriosè protulit, dicẽs* Ribault, larron tu ne fais que desrober. *Et quia dictus actor talia sibi imponẽdo dixit, quòd mẽtiebatur dictus reus: nõ cõtentus de verbalibus iniuriis præfatis ad reales & facti iniurias processit & in personã ipsius actoris irruit, & cũ pugno pluribus ictibus ipsũ actorẽ in faciẽ percussit, liuores & cõcussiones fecit: & alias iniurias plurimas intulit: quas quidẽ iniurias dictus actor mox illico & incontinenti ad animũ reuocauit, & iterum reuocat, nolens, tales & tã atroces iniurias sibi illatas fuisse pro summa mille librarũ turon. quinimmo suadet tantum perdidisse quam dictas iniurias substinuisse, vel passus fuisse, & ad quam quidem summam dictas iniurias existimat iudiciali tamẽ vestra sẽper taxatione salua.*

Quare ex his & aliis ex processu resultantibus agit dictus actor contra dictũ reum: & petit per vos vestrámque diffinitiuam sententiam pro suorum nominis & famæ reintegratione, dictũ reum ad publicè dissonandum profitendum & declarandum, dicta verba diffamatoria & iniuriosa fuisse per eum inconsultè & contra veritatem dicta & prolata: & pro satisfactione iniuriarum prædictarum ad dandum & soluendum eidem actori summa prædicta mille, librarum coron. iudiciali tamen vera, vt sæpe dictum est, taxatione salua, vnà cum viribus 110 *expe. factis & fiendis: de quibus dictus actor per expressum protestatur condemnari condemnatúmque cogi & compelli viis iuris, & remediis opportunis. Et alias petit in omnibus ius & iustitiam sibi fieri & administrari, vestrum benignum quod quale ac quantum decet officium humiliter etiam loco actionis,* 111 *si opus fuerit implorando.* ¶ Quia suprà in † prima parte huius Viatorij, vbi de criminibus tractaui, de hac materia iniuriarum nil tetigi. hic aliqua practicabilia adiiciam, ordinem libelli prædicti insequendo, primo quidem po- 113 sui *mẽse Augusti proximè elapsi.* Tempus autem † ponitur propter ea quæ leguntur & notantur *in §. atrox. Insti. de iniuriis* & ad demonstrandum, quòd infra annum intentatur actio propter prætoriam actionem, quæ deducitur in verbali iniuria, quæ anno finitur, vt suprà dictum est. Item subiunxi illa verba *hora tertiarum* &c. vsque ad verbum *personarum*. quia per illas clausulas aggrauatur iniu- 114 ria. Nam † tempus, locus & persona, in quibus, & per quas infertur, & item magnitudo vulneris, ac etiam verborum acerbitas, aggrauant iniuriam *per ea quæ leguntur & notan ff. de iniu. l. prætor. §. vlt & l. vulneris & l. si est quæstionis. & l sed si vnus. §. quidã ff. de iniu & insti. eo. §. atrox & §. pœna. & in c. cum te. de re. iu. cũ suis cõcor.* Dicitur etiam *pacificè*. quia si actor fuisset incitator, & prouocator rixæ seu iniuriarũ magis esset ei, quam reo imputandũ. *ar. lec. & nota. per glo. in l. ob hæc verba. ff. de hiis qui no. ita. in l. j. §.* 115 *cum arietes. ff. si quadrup. pauperum fecis.* di. quia non potest † dici iniuriam fecisse, qui ad sui defensionem, incontinẽti, & eo modo quo aggreditur, se defendit: hoc est, si cum armis inuadat, armis resistat: & his verbis, *ar. lec. & no in l. vt vim. ff. de iusti. & iu. & in l. siquis percussorem. C. ad leg. Cor. de sica.* Sed si excederet modum in repellendo iniuriam: putà, quia aggressus verbis, armis resisteret, & re-

sistendo pulsaret, vel vulneraret, teneretur ciuili actione iniuriarum *per lec. & no. in l. sententiã. §. qui cum aliter. ff. ad l. Aqui.* item & etiam ad restitutionem damni illati. *per l. Item apud Labeonem §. si quis seruo verberato. ff. de iniur.* vnde etiam vulgati metrici versus.

Res † dare pro rebus pro verbis verba solemus. 116
Pro busis busas, pro trusis reddere trusas.

hoc est, quòd temperamentum habendum est in resistendo iniuriis verbalibus & facti. ¶ Dictum est † etiam 117 *animo iniurioso*: quia si aliquis truffando seu iocando, pulset vel buffonet: non tamen animo iniuriandi, sed fortè iocandi, non tenetur actione iniuriarum *per ea quæ leg. & not. in l. illud per æquè. ff. de iniur. & in l. si non conuicij. C. de iniurijs. eod. tit.* Et arguitur animus † ex actu *per lec. & no.* 118 *in ca. j. de præsumpt.* ¶ Dictum est etiam, quòd † *mentiebatur* 119 ad demonstrandum quòd illa verba non irrogabant iniuriam illatam. Nam licitum est verbis diffamatoriis iniuriato iniuriam refellendo iniurianti dicere tu mentiris *per l. ea quæ leg. & not. in l. si quis extraneus. in prin. ff. de acqui. hære. & in ca. eam te. de iureiur.* licitum † est enim 120 iniuriam verbalem contrariis verbis expellere. *ff. de procu. l. quæ omnia.* & æquipollentibus defensare: dum tamen incontinenti & cum moderamine vt sup. dictum est, pro quo. *l. eum qui nocentem. in prin. ff. de iniur.* ¶ Et est sciendũ, quòd iniuria † tripliciter infertur: facto, vt in exemplis 121 ciuilibus assiduis supra dictum est. secundo verbis vt supra etiam exemplicatum est: Notandum tamen, quòd † 122 verbalis, quæ fit cum tumultu, & in cœtu quæ dicitur propriè † conuiciũ. Sed illa quæ non fit in cœtu, nec cum 123 tumultu, propriè dicitur infamiã. *l. Item apud. §. cui nõ sine causa ff. de iniurijs, & probatur in l. j. §. cum patronis. ff. de offi. præfecti vrbis.* Et tertio scriptis. *vt C. de famos. libel. per totũ.* ¶ Et competit † actio non solum contra inferentem in- 124 iuriam, sed etiam contra mandentem, vel auxiliantem *Inst. de iniur. §. non solum. & ff eod. l. non solum. j. responso. & §. si mandatum. & §. Proculus.* ¶ Item notandum, quod Actio † iniuriarum non datur hæredi iniuriati, nec contra 125 hæredẽ iniuriantis, nisi lite cõtestata. ex eo, quòd ad solã vindictam prodita est *vt Insti. de iniur. §. non omnes. & §. pœnales. j. & ff. eo. tit. l. iniuriarum.* ¶ Expirat etiã † per dis- 126 simulationẽ *Insti. de iniur. §. vlt.* Ideóq; hinc † inoleuerũt 127

cōmunes duę practicę. Prima, quia iniuriati illicò reuocāt ad animū, vt sup. in libello positū est, ad denotandū, quòd nō dissimulāt, nec pro nō iniuria habēt. Et pariter secūda, quòd iniuriati illicò reuocata iniuria ad animū protestantur, quòd nō intendūt illā talē iniuriā per dissimulationē remittere. & illa talis protestatio, quæ etiā cōmuniter fit in iudiciis, prę seruat iniuriatū ne bibendo, comedēdo, loquēdo vel operādo cū iniuriāte remittere videatur iniu-
128 riā sibi illatā: quia protestatio † præseruat ius in futurū *per iura vulg. de quib. Fer. in for. li. declinā. iurisd. in gl. protestās*
129 *& c. ar. l. si quis in pr. ff. de le. ij.* ¶ Dictū † est etiā *mallet perdidisse & nō lucratus fuisse* ex eo quòd facilius taxaret passus iniuriā in bonis nō acquirēdis, seu in lucris cessantibus, ad mille libras, quā in bonis acquisitis perdendis vel ex-
130 ponendis ad quingentas. Et quia ista † actio est vindictę persecutiua. vt sæpè dictū est, & sic odiosa, meritò debet restringi & refrænari animus agentis ad minorē summā, quod euenit, dū actor in libello describit se malens tantū perdidisse, pro quo faciūt tec. & no. *per gl. super ver. Damnis in c. ij. de offi. ordi. li. vj. & ea quæ habentur in l. constitutionibus. §. etiā. ff. de iniu. & Insti. eo. §. pæna.* ¶ Dictū est etiā, *ad dissonandum.* &c. vt non solū prouideat. reo: sed etiā con-
131 sciētiæ rei. Nā ex doctrina † euangelica cautū habemus, quòd Si quis dixerit fratri suo *Racha*, reus erit cōsilio. Si verò dixerit *Fatue*, reus erit iudicio. Et iterū, si quis habet rācorē cū fratre suo offerre volēs munus ad altare, debet dimittere munus, & prius accedere recōciliari fratri suo, & inde munus offerre facit. *ca. si quis cōtristatus. xc. di.* Congruū ei est, quòd iniurians omne dānū resarciat *vt in præ-*
132 *dictis iuribus.* Petitio † verò pecuniaria venit in æstimatione læsionis illatæ per reū & passæ per actorē. vt suprà
133 dictū est. Quod aūt † possit eodē libello cōcludi ad vtrūque: scil. ad emendā bonorū & dāni restitutoriā *probatur in l. ita apud Labeonem. §. si quis seruo. in l. sciētia prealleg.* Cætera ad hanc actionē & libellū pertinentia, quilibet theoricus & practicus aduocatus per se colligere poterit ex iurib. prędictis cū in eis notatis. & hæc sufficiāt quādo procedirur per actionē. ¶ Sed quia procedirur aliquotiēs per viā denūciationis, & aliquotiens per modū inquisitionis: maximè in iniuriis factis ex officio iudicis, quòd fieri pōt etiāsi iniuriat⁹ iniuriā remitteret, de quo *per Gl. in l. diuus. ff. ad Syll. de resti spoli. ca. sollicitè. c. de iureiur. ad nostrā.* Ideo

ista duo membra prosequor, quoń ğ practica cõmunis est ad omnia crimina. ¶ Et primo aggredior articulũ denunciationis. ¶ Quæro igitur de practica tenenda, quãdo crimina † prosequuntur per modũ denunciationis genera- 134 lis, de qua tractatur *in l. diuus. ff. de custodia & exhib. reorum. & l. ab accusatione. ff. ad Turpil. & in l. j. C. de decurio. lib. xj. & in l. ea quidem. C. de accus.* Et in ista generali: quia officio iudicis expeditur. *ca. Romana. § fanè. de censi. li. vj.* non curatur de præcedenti admonitione. ¶ Sed quando contra aliquem † proceditur per modum specialis denunciatio- 135 nis, aduertendum est, quòd de iure canonico quilibet qui bono zelo, vel proprio interesse mouetur ad denuntiandum, admonere debet reum vt se corrigat. *vt in c. qualiter & quando. de accu. & in c. cum in & à de re iudi. & in c. licet Hely. de Symo.* De iure † autem ciuili admittũtur ad denun 136 ciandũ soli officiales ad hoc deputati *vt d. l. diuus. & quod no. in l. ea quidẽ. C. de accu. & in l. rescripto. § si accus. ff. de mu. & hon.* Sed apud nos admittũtur ad denunciandũ omnes interesse habẽtes, quod videtur esse tolerabile etiã de iure ciuili *per ea quæ leguntur & no. per Doct. in l. j § incidit. ff. ad Turpil. & in l. sciuerit. C. de excusa tut. & in l. nulla. C. de delato. eo. tit. ij. & in ca. ij. & iij. c. dilectus. de accu. & in ca. licet de Symo.* Verumtamen tales † pro quasi accusatoribus 137 habẽtur, sic & taliter quod si dolosa fuerit ter denũciatio, & denũtiatus absoluatur, tenetur talis denũciator ad oẽs expẽsas quas fecit denũtiatus se defendẽdo *per lec. & no. in di. iurib.* Et vltra hæc punitur extraordinariè *per lec. & no. in l. ab accusatione. § nuntiatorẽ. ff. ad Turp. & in d. l. ea quidẽ. & in c. si. de calũ.* immò secũdũ aliquos põt puniri eadẽ pœna, qua puniretur denũtiatus, si essẽt vera, quæ sibi imponũtur *per lec. & no. in c. super his. § nũtiatores. de accu. & in c. qualiter & quãdo. in gl. pe. e. ti.* ¶ Cũ aũt † quis denũtiatur 138 de crimine, tũc de iure ciuili super denũtiatione formãda est per iudicẽ inquisitio, quę sic cõmuniter solet formari. Nã premittitur titulus talis. *Cũ nuper ad denuntiationẽ talis* & c. iuncta querimonia domini procuratoris regij. Sed si procedatur per inquisitionẽ absq; denũciatione dicetur sic. *Cùm nuper publica fama insinuante, vel facti euidentia demonstrante, ad præsentus curiæ clarissimi magni & potẽtis viri Domini Senescalli Bellicardi & Nemausi peruenerit auditum, talem commisisse plura crimina & signanter raptum, furtum. &*

homicidiũ etc.in persona talis et talis . de quibus nulla fuit subsecuta punitio: quódque conuenerit reipublicæ ne crimina remaneant impunita, et quòd pœna vnius sit metus multorum: et talia vel similia seugrauiora committere attemptantes, si non virtutis amore saltem metu pœnæ coerceantur. Igitur dictus dominus seneschallus instante promouente et prosequente dicto domino regio procuratore,ad verificationem præmissarum per talem etc.commissarium per ea ad ea deputatum,vel per eius locum tenentem infrascriptum processum fecit. Hinc siquidẽ fuit et est,quòd anno Domini M.cccc.lxxvij.*et die* xx.*mensis Augusti, dictus dominus locum tenens, vel commissarius ad veritatem sciuisse dicuntur,pro veritate scienda et testimonio ferendo per talem seruientem regium ita fecisse referentem ad hos, diem,locum et horam euocari facit quos siquidem testes comparentes dominus locum tenens seu commissarius iurare fecit , recepit et examinauit,qui quidẽ testes vnus post alium de et super præmissis testificati fuerunt vt in ipsorum et cuiuslibet eorũ depositionibus infrascriptis continetur.* Et aduerte, quia licet † multæ sint solennitates à iure introductæ in materia inquisitionis hodie tamen iudices & officiales illis omissis & supradictis,summariè seruatis procedunt,eorũ sumentes practicam *ex l.congruit.ff.de offi.præsi. et in auth.de colla. §.iubemus autem.C.de custo.et exhi.reo.l.j.de offi.ord.ca.j.gl. in ca.bonæ de elect.et in ca.qualiter de accu.* ¶Et nota,quòd non dicitur † quòd fuerint testes producti,iurati & recepti,parte præsente vel vocata:quia Vbi proceditur ex officio curiæ veritatem inquirendo,non est necessaria partis citatio in productione testium,*per ea quæ volunt Doct. in ca.qualiter et quando debeat prælatus,de accusa.* licet aliqui voluerunt contrarium. Vsus tamen cõsuetudo,& stilus primam approbat:videlicet, quòd dũ testes recipiuntur ex officio iudicis pro veritate habenda, non vocatur pars. Verumtamen ex illa tali testium depositione, non proceditur nisi ad inquisitionem , & non ad condemnationem. Nam tunc producẽdi essent partæ præsente, vel citata.*l.si quando.C.de testi.*Vbi tamen examinantur ad fines inquirendi, sufficit ipsos examinari etiã parte nõ vocata quia licet non faciant plenam fidem ad condẽnationem: faciunt tamen talẽ qualem probationem ad inquisitionem sufficientẽ.*ar.l.et no.per glo.et Doct.in l.post legatũ. §.heredes. verò.ff. de his quib.vt indig.et in præd.l.si quando.*

139

140

Et

Et per hæc concordantur prædictæ duæ opiniones Doctorum *in d.ca.si quando.* & opinio tenentium, quòd pars debeat citari, quando testes examinantur per modū inquisitionis dummodo intelligatur, quando iudex intendit procedere ex illorum dispositione ad condemnationem. Opinio verò aliorum tenentium, hoc non esse necessarium, procedet quando iudex testes recipit ad fines inquirendi & non condēnandi &c. ¶ Sed quæritur, An † [141] publicatis attestationibus, possint alij testes ad probandum latiùs crimen produci & examinari? Distingue: Aut inquiritur officio curiæ, aut ad partis habentis interesse denuntiationem. Primo casu, possunt *per ea quæ leguntur et notantur in ca.in primis.ij.q j.et ea.q.v.habet.et in ca.cum clamor.de testi.* Secundo vero casu, non propter dubium subornationis *per iura ad hoc vulgata.* ¶ Notandum autē est, vbi dicitur, † quod statur denuntiationi iuratorū curiarum, vel villarum, vti seruientium & banneriorū, quòd [142] hoc recipit distinctionem. Nam quædam sunt crimina grauia, & in istis nō creditur eis: alia sunt leuia, & in his creditur. *ar.lec.& no.l.j.§.quis.ff.de offi.præfec.vrbis.* Sed nō in grauioribus vt dictum est *per lec. & nota. in dictis ll diuus.& ea quidem.et in d.c.qualiter. et faciunt le.et nota.in ca. cum parati.de appel.* Et hęc distinctio placet: quia vt plurimum tales seruientes & bannerij, sunt viri famæ tenuis. & hoc videmus per experientiā, ideóque minus eis credendū. *per l.iij.§.tu magis.ff.de testi.* & maximè in grauioribus in quibus pœna corporalis infligitur. & per cōsequēs cautius agendum. *ex ca.vbi maius.delec.li.vj.* Et in talibus testes † debēt esse omni exceptione maiores, & luce meridiana clariores *l.sciant cuncti.C.de probat.* Et viles aut infames denuntiatores non sunt admittendi *ca. cum in tua. de spon.* Item nec inimici *de accusa.ca. cum dilectus. & cap. cum oporteat.* Item nec petens puniri denunciatum: quia non debet denuntiare vt puniatur, sed vt ad pœnitentiā reducatur. *vt notatur in d.ca.qualiter & quando. et in ca. si peccauerit ij.q.j.* ¶ Facta igitur testium † examinatione, si [144] criminis qualitas captionem & detensionem personæ exigat: putà, quià est tale crimen, pro quo pœna sanguinis de iure infligitur. *vt no.in præalle.l.diuus. ff.de custo.reo.* & tunc iudex decernit tale criminosum capiendum. Nam memini licet † sine decreto iudicis aliquem criminosum [145]

[143]

capere vel incarcerare. *vt C. de exhiben. reis. l. fi.* Sed hoc fallit in aliquibus criminibus, in quibus est permissum capere criminosos etiam sine decreto iudicis: ad fines tamen ducendi ad præsidem, prætorem, vel alium iudicem, ad quem notitia & punitio pertinet. Et primò in falso monetario. *C. de fal. moneta. l. j. in prin.* Secũdo in desertore militiæ. Tertio in latrone publico. Et quarto in raptore virginis. Nam cum illos liceat offendere: multo magis capere, & iudici præsentare inuitos. *C. quando liceat vnicuique sine iudice. l. j. & ij. itémque. C. de rapt. virgi. l. j.* Et idẽ dici posset quintò in fure fugiente cum re furata. *ar. lec. & no. in l interdum. §. qui fure. ff. de furt. accedās lec. & no. in l. capite quinto. ff ad leg. Iuliā de adulter.* Nam per iustitiæ auxilium adhibetur.

¶¶ Quia hucusque peruentum est: scilicet ad incarcerationem delati, & quod restat de processu, communiter est ad processum inquisitionalem & denũciationem, ideo præmitto generalia inquisitionis: vt præmisi generalia denunciationis. vt inde perueniam ad residuũ pra-

146 cticæ processus agitandi in vtroque. ¶ Præmitto † igitur ad materiam inquisitionis, quòd inquisitio fit ex mero iudicis officio inquirentis *prout leg. & notantur per Glo. & Doct. in l. ij. § si publico. ff. ad lec. Iul. de adul & ff. de offi. præsi. l. congruit. & ff. de magistra. conue. l. j. § si præsens. ff. ad Sylla. l. j. § quæstionem. & in ca. j. de ord. cog.* ¶ Et nota, quòd

147 siue † inquiratur de crimine proprio motu iudicis, siue ad alterius denuntiatione, semper expeditur officio iudicis. *vt not. in ca. qualiter & quando. de accu in magna glo.*

148 Et licèt † de iure ciuili non procedatur, nisi in tredecim casibus per inquisitionem, de quibus *per Doct. in d. § si pu-*

149 *blico. & in d. l. ea quidem. C. de accus.* De iure † tamen canonico in omni crimine potest procedi per inquisitionem: *vt in d. ca. qualiter & quando de accusa. & notatur in ca j. vt eccles. benefi. si. di. conse.* & illa iuris canonici dispositionem apud nos seruant communiter practici iudices. Sunt ta-

150 men † aliqua præambula requisita antequam iudex procedere possit. Primum, quòd procedat infamia contra eũ contra quem inquiritur. Et dico *infamia*: s. de crimine, de quo inquirendum est. Item, quòd sit subditus inquirenti. Itẽ, quòd non solum ab vno, sed à pluribus sit infamatus. Itẽ, quòd nõ à malis & indiscretis, sed à certis & fide dignis,

gnis. Item, quòd non ex malitia vel odio: sed iustitiæ zelo moueantur. Nam sicut in accusatione præcedere debet inscriptio: ita in inquisitiõe famosa insinuatio. Et hæc omnia probantur *in preallegatis ca. Ext. super his & c. qualiter & quando. & in ca. cum oporteat. de accusat.* Item requiritur, quòd sit tale crimen cuius punitio intersit reipublicæ: *vt in ca. inquisitionis. de accus.* ¶ Facta igitur † inquisitione, si iudex cognoscat, secũdum acta & probata fore capiendum facit eum capi & incarcerari. & sic † sumus tunc in paritate denũtiationis & inquisitionis. quia in denuntiatione quid iuris sup. dictũ est vsque ad incarcerationẽ inclusiuè: & hic similiter in inquisitione. Intrusis † igitur reis criminum, siue per viam denuntiationis, siue per viam inquisitionis incipit iudex formare processum, & adito incarcerato inquiritur ab eo de veritate impositorũ. & tunc aut reus est paratus respondere, aut non: putà, quia vult deliberare & habere copiam titulorũ. quo casu faciẽda est sibi copia titulorũ seu capitulorũ cõtra ipsum impositorum, & super quibus contra eum inquiritur, vt factã & data dicta copia habeat facultatẽ respõdendi & se defendendi. *vt in d. ca qualiter & quando. & in c. ex tenore. de testi.* data verò & habita copia & dilatione ad respondendũ, & euento termino respondet reus: & si quidẽ confiteatur crimen & se culpabilem: tunc iterum subdistinguendum est, quia aut constat de crimine, putà, quia occisus fuit is, de quo impetitur denunciatus vel inquisitus: Aut non constat. Et si non constat, primo inquirendum est, an casus impositus euenerit. Nam aliàs accidit, quòd dum condemnatus ad patibulum duceretur tanquã homicida, superuenit ille de cuius morte inculpabatur, viuus & illæsus: quo viso per iudicem, tanta fuit iudex animi perturbatione motus & irretitus, quòd præ dolore mori credidit. Et ideo † consulo, vt omnino constet iudici de casu etiam confessato per inquisitum vel denuntiatum, antequam eum condemnet ad mortem: quia multi sunt rei, qui tædio vitæ, vel impatientia, sunt contẽti mori. *l. non tantũ. ff. de appel.* & plures seipsos deferũt: & ideo obuiandum eis. quia volens † mori, audiri nõ debet. *vt in d. l. non tantum.* Constare debet de casu cõmisso: *per l. j. §. itẽ illud sciendũ. ff. ad Syll.* Nec † valet cõfessio etiã voluntaria ad condẽnandum, nisi constet de casu *per*

151 152 153 154 155 156

lec. & not.in d.§.Item illud sciendum.& in l.j. §.si quis vltro. 157 *ff.de quæstionib.* ¶Sed ponamus,quòd constet † de casu,& quòd interuenerit vnica confessio rei: Quæritur, An illa vnica confessio sufficiat ad condemnandum. & Glo.sunt super hoc contrariæ.Nam gl.*in l.j.ff.de custo.& exhi.re.& l.si quis in ea. C.eod.tit.* tenent,quòd vnica confessio non sufficiat,sed requiritur secũda,per quã proceditur in pœna.Idémque sentit gl.*in l j.§.diuus Seuerus.ff.de quæst.* In contrarium verò facere videntur gl. *in l.proinde ff.ad leg. Aquil.& l. j.C.de confess.& l.si debitori. ff. de iudi.cum ibi not.*pro quarum quidem glo.concordia distinguendũ est: quia Aut quis confitetur sponte,aut metu tormentorum. Et si sponte,tunc sufficit vna confessio *vt inprimis glo.* Si verò metu tormentorum , tunc requiritur secunda confessio spontanea primæ confirmatoria *per lec.& not.in l.si confessus.ff.de custo.& exhi.reo.& l.j.§.quæstioni.& §.sed an vltro.ff.de quæstio.*Vbi autem reus negat se culpabilẽ: tũc procedit iudex ad recipiendum probationes & indicia. Et si quidem probatur plenè & clarè delictum condemnabit eum ex illis claris probationibus, quæ in criminibus exiguntur. *l.sciãt. C.de proba.fac.l.j cum ibi not.C.quorum appel.non reci.* Si autem probationes non sunt plenæ & claræ: sed quædam indicia & semiplenæ probationes, tunc cõsiderabit iudex qualitatẽ criminis,videlicet an sit leue vel graue: & quæ & qualia sint hæc indicia, & an sufficiãt ad torturam vel non:*vt l.absentem.in prin.& l.aut* 158 *facta.ff.de pœn.vt et infra dicam.*Interim † autem pendente huiusmodi processu, si sit pro delicto imponenda pœna corporalis:tunc reus detrudetur in carcerem. Si autẽ sit sola pœna imponenda pecuniaria : tunc datis idoneis fideiussoribus relaxabitur,*vt hæc habentur in l.si confessus.et* 159 *l.j.et l.diuus.ff.de custo.et exhi.re.* Fallit autem † in muliere, quæ si non possit dare fideiussorem , statur iuratoriæ suæ cautioni *vt in authen.vt nulli iudi.§.fi.Nouel.*134.Cùm autem pro delicto quis est incarceratus, tenetur iudex infrà mensem causam examinare relaxando vel condemnando: *vt l fi. C.de custo.et exhi.re.* Superest,nunc quære- 160 re, An † pro omni crimine possit quis torqueri extantibus iudiciis contra eum : quia non extantibus iudiciis non debet quis regulariter subiici tormentis : *vt l. j. post princip.et l.vnius. §. in ea causa. ff.de quæst.* Et breuiter dic,

dic, quòd † si loquamur in seruo: tunc ille potest arbitrio 161 iudicis subijci tormentis, tam in causa pecuniaria quam criminali. *vt habetur & not. in l. diuus. ff. de quaestio.* Si verò loquimur in libero homine: tunc in causis ciuilibus nullo modo torquendus est. In causis autem grauibus & criminibus tantum torqueri potest. In leuibus autem criminibus nequaquam *vt habetur in l. dictũ. ff. de quaestio. & habetur & nota. in l. j. C. de quaestio. cum si.* ¶ Quae autem † 162 sũt leuia crimina & grauia crimina, ius appellat publica. Canonistae verò aliter distinguunt. Nam leuia sunt, quibus quis damnatur temporaliter: grauia vero sunt, quibus damnatur aeternaliter, quae enumerantur *in c. si quis xxv. distin.* Proportionando igitur poenas ciuiles canonicis, dicere possumus, quòd crimina grauia sunt, quorum poena tollit vitam. Leuia verò quorum poena non tollit vitam ex mente dictorum iurium & notatorum in illis. Si verò reus neget delictum, tunc recurrendum est ad probationes. Nam † ex multis & varijs modis insurgit 163 probatio delicti: puta, per testes, per instrumenta, per argumenta, per famam, & indicia: de quo inferius sub rubricella *de probationibus* dicetur Vbi te remitto. ¶ Vbi verò crimen † non probatur contra delatum, nec plenè 164 nec semiplene: tunc liberè relaxandus est: quia *Actore non probante* &c. Sed si † probatum sit plene vel semiple 165 nè, sic & taliter, quòd oporteat reum purgari per defensiones, ad quas dandas petat se admitti, debet sine dubio ad illas dandas admitti: quia defensio † est de iure diuino, naturali & humano permissa: & debet iudex concede 166 re & dare copiam titulorum & responsionis reo *per d. c. qualiter & quando, & facit. c. j. de accus. lib. vj.* copiam quoque aliorum actorum, si requiratur per eum. per *l. is apud quem. quum ibi nota. C. de eden.* & ex officio suo prouidere reo de aduocato seu defensore. *per lecta & nota. in l. & si non defenderetur. ff. de poen. & in l. j. ff. de quaestio. eo.* quòd bonus † iudex potius zelare debet rei innocentiam, quam 167 culpam. ¶ His igitur sic actis & expletis, reus † seu eius 168 procurator, vel aduocatus, potest si vult, petere recusari iudices aut testes, seu repeti informationes & de eius agere innocẽtia, sicuti de culpa inquiri, & fortè per alium notarium, vel commissarium. quod vtique cõcedendum est. *ar. dec. & nota. in l. si quis. C. de bonis proscript. & in prae-*

alleg.l diuus.ff.de custo.re. Et cum his si recensio testimoniorum reum releuet, relaxatur: non tamen absoluitur: quia si ampliores superuenirēt informationes, recaperetur, relaxatione non obstante, *ar.lec. & not.in l.licitatio.§. sociis.ff.de public.et In c.lator.et c.tenor.de re iud gl.in l.diuus: ff.ad Syllan.* Si verò recēsio non releuet, suas dat reus defensiones contra imposita & intitulata, quæ sic, vt sequitur, possunt formari & multipliciter exordiri, secundum varios aduocatorum stilos & ritus curiarū. Nam primò possunt principiari: vt suprà dictum est in articulis primi & secundi capitum: vel per modos sequentes Primo.

169 *Vt vobis* † *clarissimo magnifico &c.constet & legitimè appareat de innocentiis, & inculpabilitate, & legitimis defensionibus talis* vel sic.&c. *adeo quòd vobis:*&c. vel sic. *Ad fines & effectus quòd vobis,*&c. Vt in primo, vel sic. *Bonorum iudicium est delectari in odore bonæ famæ, & innocentia subditorum, & voluntariorum ac malignorum deferentium, seu denunciantium veneficas linguas & nociuos appetitus reprimere.* vel sic. *Nulla potest deterior in vrbe inueniri pestis, quàm detrahentis proximo lingua famam proximi contaminans, eo quòd tres offendit Deum videlicet, iudicem et proximum.* Pluribus aliis modis & quasi innumerabilibus potest quis exordiri: quia exordium stat ad placitum exordiri volentium: Dum tamen exordium, vt agens intendit, defensionales veras & iuridicas in se habeat narrationes. Prosequor ergo. *Constet & legitimè appareat de innocentiis, inculpabilitatibus, legitimisque defensionibus talis &c.delati præuenti seu inquisiti, ipsiusque ad malā, iniustam, dolosam & iniquam nonnullorum suorum maliuolorum & inimicorū delationem, instigationem, seu denunciationē fuisse domino regio procuratore promouente & prosequente criminaliter præuentum & in processu inuolutum. Et per vos vestrámque diffinitiuam sententiam dictus &c.delatus præuentus seu inquisitus pronuncietur & declaretur innocens exoneratus & minimè culpabilis sibi impositorū: vt ab eisdem impositis eadē vestra sententia absoluatur: & ab impetitione dicti domini regij procuratoris relaxetur, eidémque domino procuratori perpetuum silentium imponatur. Dicti verò denūciatores in omnibus damnis interesse & expensis erga eundem delatum præuentum seu inquisitum condemnentur, condemnatique ad resarciendum & soluendum*

soluendum cogantur & compellantur & aliàs ius & iustitia eidem prauento & intitulato fiat & administretur. Ad hoc siquidem fines, &c. Cape vt in practica primi & secundi capitum ll. regiarum. Protestatur tamen in primis. Cape etiam vt suprà. *In primis igitur dicit, ponit, asserit, & quatenus opus erit, prout suprà, iustificare intendit, quod ipse preuentus seu denunciatus ex nobilibus, catholicis, legalibus, probis, honestis, & in omni genere virtutis exercitatis parentibus seu genitoribus traxit originem.*

¶ Notandum hic per † modũ interpositionis, quòd aduocatus, cùm defensiones dictat articulãdo, debet habere respectum ad ea, de quibus intitulatur vel præuenitur reus: & secundum crimina, quæ imponuntur ponere & articulare pro defensione, virtutem oppositam vitio imposito: exempli gratia, si intituletur de concussionibus, ponat & articulet de probitate & legalitate parentũ intitulati seu præuenti. Et si intituletur de sortilegio, articuletur quòd est catholicus Et si intituletur de verberio & homicidio, articuletur quòd semper fuit pacificus nõ rixosus: sed mansuetus, & sic de aliis. 170

¶ Prosequor ergo supponendo, quòd ista † tria crimina fuerint imposita: scilicet furtum, homicidium, & sortilegium. Dixi de † sortilegio & non de hæresi. quia de hæresi non potest cognoscere ipse Seneschallus, nec quiuis alius iudex temporalis *per cap. vt inquisitionis. §. prohibemus. de hære. lib vj.* Sed de † sortilegio, cùm sit crimen commune, potest cognoscere iudex temporalis. *vt ibidem.* Ponamus ergo & continuemus. Item *dicit & ponit quòd dictus intitulatus & præuentus vestigia dictorum parentum suorum insequens, toto tempore vitæ suæ fuit & est catholicus, legalis, probus, honestus, & in omni genere virtutis virtuosus, absque eo, & præter id, quod de eodem intitulato seu præuento aliqua laborauerit infamia, sinistra suspicione, aut mala fama. Item quod à primæuis & tenellis suis annis fuit artibus liberalibus eruditus pacificè, probe, legaliter, catholicè & honestè se habendo & conuersando. Item quòd expletis primis artium rudimentis ad maiora suspirans, facultati legali & canonicæ in vniuersitatibus Occitanis: videlicet † Tholosæ* 171 172 173 174

Caturn. Montispessulani & Valentiæ, ac etiam Gallicanis: vt Parisijs, Aurelia Biturgibus, Andegaui & Pictaui, & alijs iuri operam accuratè dedit, semper probè, & legaliter, pacificè, & quietè, catholicè & virtuosè se habendo & conuersando. Item *quòd intantum profecit, quòd suis exigentibus vigiliarum meritis fuit ad magisterij & doctoratus gradus in præmissis facultatibus merito sublimatus.* Item *quanquam virtus virtuosos actus parit: quanquam ideo omnes intellectu vigentes tanquam vertuosiores, aliorum sunt domini & rectores: fuit dictus præuentus & intitulatus in iudicem ordinarium ciuitatis Nemausi per regiam maiestatem promotus & institutus.* Item *quòd dictum officium iudicaturæ rectè, ritè, probè, & legaliter exercuit, iusticiam absque vlla personarum acceptatione ministrando,* Itē *negat quòd per aliquid datum vel promissum, dilectum vel odium seu metutum, in aliquā sinistram cognoscendo vel iudicando, declinauerit partem, aut aliquā incurrerit concussionem.* Item *& quòd semper pacificè & quietè inter omnes cōciues se habuit, & conuersatus fuit, omnibus prodessendo, & neminem lædendo seu offendendo.* Item *negat se dictum* &c. *verberaße vel occidisse, & ei, vel cuiquam alteri via facti seu alias in corpore nocuisse, vulnera, liuores, vel contusiones intulisse.* Item *quòd semper catholicè, & virtuosè vixit, & se habuit ecclesia frequentando, diuinos sermones & alia diuina officia piè & deuotè temporibus ab Ecclesia dispositis & ordinatis audiēdo, ecclesiastica sacramenta recipiendo: & alias in omnibus prout quemlibet decet verum catholicum & orthodoxum se habendo.* Item *negat se vnquam quicquam erroris, aut superstitionis fidei catholicæ, contrarium credidisse, fecisse, vel egisse: facientibúsque, credentibus, seu agentibus consensisse.* Item *quòd denuntiatio seu insinuatio, quæ contra ipsum intitulatum seu præuentum insurrexit, processit ab inimicis seu maliuolis: & potius tipo maliciæ quam zelo, iusticiæ instigantibus.* prout latiùs dum contra testes opponetur & obiicietur suo loco demōstrabitur. Item *ex his apparet, dictum intitulatum seu præuētum fuisse & esse à sibi impositis innocentem, exoneratum, & minimè culpabilē ad malā & iniustā causam, indebitéque quā & iniustè intitulatum & præuentū, & in processu criminali inuolutū fuisse, & paritū et per consequētiā in via absolutionis et relaxationis fore & esse.* Itē *quòd præmissis* &c. cape residuū, vt in practicis ll. regiarū. Aduertendū quòd in istis & superiorib. articulorū formis iura nō deduxi

duxi vel deduco, ex eo quòd iura adaptāda sunt secundū facta: quia ex † facto ius oritur. *l. si ex plagis. §. inclino. ff. ad l. Aquil.* Sed quilibet peritus illa faciliter iura deducere poterit, adaptando sermones suos iuridicos, secundum materias subiectas. ¶Nunc verò restaret videndum, qualiter † se debet habere procurator fiscalis in replicando: sed quia vltra quàm deceret, sunt triti & cauti, ita vt etiā sub colore officij pro casibus quibuslibet, & qui ad ciuile pertinent examen, substitutos in causam criminalē trahat. *vt leg. & not in l. seueriter. C. de excu. tu. & in l. vniuersi. C. vbi cau. fisc.* Ideo eorū nolo multiplicare cautelas: quia sufficit diei & vnicuique malicia sua. Et ideo præsupposito, quòd procurator fiscalis replicauerit & intētionem curię latiùs fundauerit per testium depositiones vel alias productiones: tunc delatus seu inquisitus, poterit obiicere seu opponere contra testes & documenta, secundum quòd testium & documentorum qualitas exigit. Et de obiectionibus contra testes suprà aliquid dictum est in practica casu nouitatis. & aliquid etiam tam de testibus quàm documentis infra in materia probationum dicetur.

¶Præsupposito † igitur processu, vsque huc iudex antequam ad aliquam procedat sententiam cōsiderare debet, quòd omnia talia requisita in tabulis, fuerint obseruata. Et Primò, An informationes factæ contra delatum fuerint validæ ad captionem. *C. de bon. prōscript. l. si quis. circa fin. & l. ij. C. de exhi. reis.* quia sine talibus non proceditur, nisi flagrāte crimine processum esset ad captionem. *ff. ad Syll. l. j. §. quæstionem. & fac. c. euidentia. de accusa.* Secundò, debet considerare an testis pro cuius depositionem processit ad captionem, vel ad quæstionem, esset omni exceptione maior: quia per † depositionem vnius testis, nisi sit omni exceptione maior, non debet procedi ad quæstionem. *per lec. & no. in l. j. §. quæstionem. & in l. maritus. ff. de quæstio.* vt inf latius in materia probationum dicetur. Tertiò, debet aduertere, an sit plenè vel semiplenè probatum: & dico † semiplenè, puta per vnum bonum testem & per famam, & sit ipse reus etiam suspectus, fuerintque indicia contra eum. nam licet ex his non posset condemnari, tamen si crimen sit graue, condemnatur ad quæstionem, vel mittitur in exilium ad

175 176 177 178 179

tempus, & hoc probatur, *C. de quæstio. l. j. & l. maritus.* Et debet interloqui ad quæstionandum: & si appellet, appellatio est admittenda, vt probatur *C. quo. appell. non re. l. ante sententiæ tempus.* Quartò, quòd si nō sit locus quæstioni,
180 in dubio absoluitur. Sed si confiteatur † sine tormentis, vel persistat in confessione, probatur clarè per duos testes, vel per plures non reprobatos: tunc condemnatur vt iuris est. & hoc probatur. *ff. de pœn. l. absentem.* Et si probetur, licèt neget, potest nihilominus ad mortem condemnari, si clarè probetur. *vt C. de pœnis l. qui sententiam. & de*
181 *quæstio. l. si decurio.* Quintò, quòd Vbi agitur † ex officio, pœna est arbitraria, & pœna corporalis, potest conuerti in pecuniariam, vel aliam minorem corporalem, quàm lege caueatur, *vt per Gl. in l. qui falsa, vel varia. ff. de testi. in c. inquisitionis. de accusa.* nisi tamen sit crimen horribile: quia tunc posset superior sententiam reformare *per lec. & no.*
182 *de pœn. l. hodie.* Item vbi † non est certa pœna in iure statuta, arbitrio iudicis imponitur; sed debet seruare æquitatem, ne sit nimis grauis seu aspera iuxta delictum. & hoc probatur. *ff. de effractor. & expilato. l. prima. §. expilatores. de offi. delega. cap. de causis. & in dicta l. hodie.* Et hæc procedunt vbi reus fuit captus, vel comparuit: sed † si reus
183 non fuerit captus, nec comparuerit: sed contumaciter se absentet, tunc citatur personaliter compariturus, titulis contra eum formatis, responsurus. Quod intelligo verum, quando crimen est tale, in quo non admittitur procurator: qui si non compareat, citatur secundo cum pœna. Tertio, si non reperiatur, voce præconis: & si nec sic compareat, ponuntur bona delati sub inuentario sub manu curiæ à qua emanat inquisitio: & iterum voce præconia per tria edicta citatur, quorum vltimum est peremptorium, sub pœna annotationis bonorum iam captorum & inuentarizatorum. qui si reus, adhuc non veniat seu compareat in termino peremptorio, bona illius tunc annotantur. Verumtamen, si veniat, & se exhibeat infra annum, auditur & recuperat bona, atque expectatur euentus finis litis. Si verò non comparreat, ponitur in banno. *prout hæc probantur. C. de requisit. reis. l. ij. & fina. in dict. l. si quis. C. de bonis proscript. & C. de apparit. præfect. vrb. l. præter. libro xij.* Et in pœnam

nam contumaciæ, si non veniat infra annum, perdit bona: non tamen per hoc clauditur sibi via defensionis: quia semper auditur in suis iustificationibus: quia probatio † criminis ex coniectura contumaciæ, est ficta, per 184 quam nullus sanæ mentis iudex condemnat ad pœnam corporalem. *per lec. & nota. in l. sciant. cuncti. C. de proba.* Sed bene potest punire contumacem in annotatione bonorum. *vt hæc probantur in præallegatis iuribus.* & de his aliqua dixi supra circa secundum tempus. His siquidem, vt præmissum est, visis, clauditur † processus ad 185 ius, seu ad audiendum sententiam: quo clauso, iudex si cautè procedere velit, debet illum in Iurisperitorum consilio reportare, seu referre: & narrato priùs palam & publicè processus tenore, saltem in substantia, poterit sententiam ferre, secundum veram & communem opinionem, & maximè mitiorem & humaniorem, quam sequi tutius est sententiam, cuius quidem sententiæ tenor poterit esse talis.

Forma Absolutoria Sententiæ.

¶ *Et nos Seneschallus prædictus, visis & diligenter Iurisperitorum nostræ præsidalis curiæ consilio, totius præsentis processus meritis appensatè, diligenter & accuratè examinantis. Quia per processum defensionalem dicti rei præuenti denunciati & intitulati elicitur intentio procur. nostræ curiæ: ideo ex his & aliis ex processu resultantibus, per hanc nostram diffinitiuam sententiam, quam pro tribunali more maiorum nostrorum seden. in his ferimus scriptis, Dicimus, pronunciamus, & declaramus, dictum reum denunciatum & præuentum, non fuisse vel esse criminum sibi impositorum culpabilem. Quinimmo à dictis criminibus sibi impositis fore & esse absoluendum, ac ab impetitione procuratoris prædicti absoluendum dictóque procuratori regio perpetuum silentium imponendum, & quem eadem nostra sententia absoluimus & ab impetitione dicti procuratoris relaxamus, perpetuum silentium eidem procuratori imponendo expensas hincinde factas causa compensando.* Et ex ista absolutoria potest elici forma condemnationis. Aduertendum est tamen, quòd sua sententia debet saluare actionem iniuriæ damnatorum, interesse, & expensas, itémque saluanda denunciatio contra denuncian-

tes, & quod adiiciatur in fine sententiæ talis clausul. dicto denunciato & præuēto supra denunciantes actionem super damnis, iniuria, interesse & expensas, dum & quando contra illos experiri voluerit reseruantes. Et huius ratio est, quia iudex super his fuerat in exordio articulorum defensionalium de iustitia ministranda requisitus: quia multa sunt, quæ sunt in arbitrio iudicis. vbi verò denunciatus vel præuentus, non releuaretur per defensiones: sed illis non obstantibus remaneret intentio fisci seu procuratoris regij fundata, tūc ferenda esset sententia, & condemnari deberet reus seruata iurium theorica prædicta: qui si condemnetur, poterit sententia exequi, cum distinctioné tamen infrascripta: videlicet, quòd

117 Vbi est † pœna corporalis, & reus non est conuictus & confessus, auditur appellans *per l. j. C. quorum ap. non recip.* Sed si non appellet, poterit mādari executioni: vel etiam si appellet, dum tamen fuerit conuictus & confessus *in d. l. j.* Si verò non sit conuictus nec confessus, auditur appellans, & differenda est executio, donec sententia per superiorem confirmetur vel infirmetur. *prout notatur in d. l. j. & l. reus. & l. ne diu. C. de pœn. & in c. querenti. de offi. delega.* ¶Post hæc igitur, dicendum est, de actionibus ciuilibus. Et primò de generalibus: inde verò de particularibus dicamus. sed priùs præmittenda sunt aliqua considerabilia

118 in hac materia libellorum. Primùm, quòd † nostris temporibus, principaliter attendere debemus, breui calle lites & causas ad finem & finalem effectum deducere. Nam immortalitas & longa seu exosa causarū protelatio, iustitiam offendit, quæ ius suum postulanti reddi præcipit, cùm protelatio differat. Ideóque cùm antiqui-

119 tus † secundum primariam iurium introductionem, fuisset formale actionū pro veritate victorię causarū introductæ: & qui a syllaba ceciderat, cadebat à toto *vt in rub. & nigro. C. de for. & imp. action. subla.* quódq; tā illis, quàm hisce temporibus tanta esset, & sit formularum actionum cumulatio, quòd in eis cautè experiendum est homini, vix sufficiebat ætas: quinimmò cautelæ superabunt ætatem. & ad id deueniebatur, quòd multi iustas improsecutas & indefensas relinquebant meritò causas. ideo fuit introductum ætatibus ac malitiis hominum consultum, quòd dictæ formulæ proponédarum actionum de medio tolle-

ollerentur *prout in dictis rubro & nigro.* Nec mirãdum est: quia hoc † reipublicæ expedit, vt dixi cet, quòd secundũ mores hominum, statuta mutentur *vt in c.nõ debet, de con san. & affi.* Et ideo hodie † nihil aliud expectamus in forma libellorum, nisi quòd per causam editam reus possit certiorari: quia pro nulla alia causa fit editio actionis, nisi vt reus possit plene deliberare, an cedere, an verò cõtendere debeat. *vt ff. de eden. l. j.* Vnde si aliter sit certioratus, qualitercunque satisfactum est edicto, vel voluntati iurium. Et ideo dicimus, quòd semper † ita faciẽda est editio iuris sui ab actore, quòd ex editione facta, possit reus deliberare &c. Et illud qualitercunque fiat, siue per editionem solius actionis, siue solius actionis causæ, vel alio modo, non curamus. Et non † refert, quis faciat, qualiter, vel à quo fiat: dummodo fiat. *ar. ff. de ver. obli. l. cum seruus. & C. si manci. ita veneno. prosti. l. fi. & C. si mancip. ita fue. aliena. vt ma. l. fi. & ff. de peti. heredi. l. Item veniunt. §. quid ergo.* Notandum etiam est, quòd nos † habemus actiones generales, & vniuersales, ac etiam particulares. Vniuersales, vti petitionem hæreditatis: generales, vti actionem tutelæ: particulares, vti actionẽ locati, venditi, & similes: de quibus infra subdicetur. ¶ Similiter aduertẽdũ est, quòd † regulariter res, quæ petitur, & ius quod petitur, designari debet in libello *per ea quæ legũtur & notantur. Ext. in tit. de libelli oblat. & in l. si in rem. ff. de rei ven. & pariter. ff. de censi. l. forma. C. de bon. proscript. l. si quis. in authent. de litig. §. ad explanandum. Nouell. 112. & C. de epi. & cle. authent. generaliter.* Fallit tamen in † vniuersalibus & generalibus iudiciis, in quibus non oportet singulariter designari: sed sufficit generaliter comprehendi, videlicet post narrata concludere, *Peto hereditatis petitione hæreditatem Titij totam vel saltem quotam portionem, si possibile sit illam quotam designari.* Sed si sit impossibile, propter dubium euentum designari quotam, sufficit petere in genere. *vt ff. si pars here. peta. l. j. §. fin. & l. antiqui.* Et quòd non sit necesse exprimi, probatur: quia & sic videmus in sententia, quæ fertur super petitione hæreditatis, vt hæc omnia comprobantur. *ff de peti. heredi. l. iiij. & l. si quo tempore. & C. de peti. here. l. j.* ¶ Dixi secundo, quòd habemus actionem generalem, sicuti tutelæ. Et iterum sufficit generaliter † exprimi res, quæ petuntur:

190 191 192 193 194 195 196 197

scilicet rationem reddi, & reliqua præstari, prout hæc probantur. *C.arbit.tutelæ.l.tutor.& l.curator.& l.fi.ff.de tute.& ratione distrahen.l.j.§.officio.* Et de his ponentur formæ infra post libellos particulares. Et licet ordinatè hîc caderent: congruum tamen fuit propter practicā legum regiarum, quæ post dictos libellos & pro exercitio dictarum actionum subiunguntur, postponere.

DE ACTIONIBVS CIVILIBVS ET EORVM LIBELLIS.

De Publiciana in rem actione & rei vendicatione.

¶ Superest, vt de particularibus aliqua exemplotenus subnotemus. Et primò de † publiciana, quæ inter vendicatorias generalior est, quæ intentatur ab eo qui non est verus dominus, sed putante se dominum ex aliqua causa. *ff.de publiciana.l.j.* & ideo, quia ille talis vendicans, est in perplexo & dubio: quia licet sciat se non esse verum & indubitatum dominum, & sic sibi non competere directam rei vendicationem, quæ verò domino datur, *ff.de rei vend.l.officium.* Econtrà verò non arbitratur omnino se non esse dominum, sed cogitat se dominum effectum per vsucapionem, vel præscriptionem: ideo necessarium fuit adinuenire vnum modum, per quem illa talis dubia vendicatio proponeretur, quæ fuit actio publiciana, in qua altero de duobus modis potest concipi libellus, primò sic prosaicè.

Coram † vobis &c. magnifico & potenti viro domino Senescallo Bellicar.& Nemausi, seu vestro locum tenente: dicit, ponit, asserit, & quatenus opus erit, citra onus cuiuslibet superfluæ & non necessariæ probationis iustificare intendit Ticius, seu eius procurator pro eo aduersus, seu contra Sempronium, seu aliam quancunque partem aduersam. Etiam per modum summariæ petitionis ad victoriam causæ obtinendam sufficientis, quòd ipse Ticius bona fide de titulo puræ, perfectæ, simplicis & irreuocabilis venditionis emit à Gaio fortè non domino, quem tamen dominum tunc esse credebat, quendam equū pili nigri habentem pedem dextrum à parte anteriori album, & vnum oculum varium, vel vnum pratum situm in territorio Nemausi,

Nemausi, loco dicto in prato maiori confron. ab vna parte, scilicet ab Oriente cum riparia vestri, & ab alia parte, videlicet ab Occidente cum prato leprosorum, dictæ villæ precio &c. *per ipsum actorem realiter soluto, aut saltem per ipsum reum pro recepto habito, quod quidem pratum tenuit & possedit pacificè à decem annis inter præsentes vel xx. inter absentes,* secundum casus accidentia, vel si de equo concludas *quatuor annis palam & publicè.* & *quod quidem pratum vel quæ quidem equum dictus Sempronius reus de præsenti detinet & occupat: illudque* seu *illum reddere & restituere contradixit: licet facultatem restituendi habuerit, atque habeat: atque de reddendo et restituendo fuerit sæpissimè per dictū Ticium requisitus. quare ex his petit per vos præfatum dominū declarari dictum pratum vel equum iure dominy vel quasi eidem actori pertinuisse, vel pertinere: dictumque reum ad reddendum & restituendum eidem actori dictum pratum & equum vnà cum fructibus de iure debitis, ac etiam omnibus expensis factis & fiendis: eadem vestra sententia condemnari, cōdemnatumque cogi & compelli vi iuris & remedijs oportunis: & aliâs petit in omnibus iuxta prænarrata ius & iustitiam sibi fieri & administrari: vestrum quoque quale ac quantum decet officium humiliter etiam loco actionis, si opus fuerit, implorando.* ¶ Aduertendum † tamen, quòd antequā actor suum det libellum cōsiderare debet, an sibi competant omnia necessaria, ad intentandum publicianam: Primò, quòd emerit bona fide. *l. eum qui. §. prætor ait. & l. fi. ff de publicia.* Secundò, quòd sit talis res, quæ per emptorem possit præscribi. *l. siue autem hæc § actio. eo. tit.* Tertiò, quòd ex titulo de iure permisso acquisierit. *l. quicunque. in princi. eo. ti.* Quartò, quòd res potuerit alienari. *l. cum sponsus. § si res. eo. titu.* Quintò, quòd res fuerit tradita. *l. j. eo. ti.* quia nisi ipsi actori præmissa cōpeterent, temere ageret, vt colligitur *in prædictis iurib. & in c. abbate. de re in. lib. vj.* Vel sic articulatè potest libellari.

100

Coram † *vobis,* vt supra in prosaico vsque ad verbum *sufficienter* sequentia. *Protestatur tamen in primis, quòd per aliqua quæ dicat, faciat, proponat, vel confiteatur dici, fieri, proponi, vel confiteri faciat: non intendit parti aduersæ iniuriari: sed nec quicquam de ipsius partis aduersæ intentione, confiteri, & minus iuri ipsius actoris in aliquo præiudicari, vel derogari. Et si secus contingeret,*

101

quod non credit. id totum ex nunc prout extunc: & econtra cassat, reuocat & annullat, próque non dictis, factis, propositis, vel confessatis vult haberi & intendit. In primis igitur dicit & ponit, quòd anno Domini millesimo CCCC. LXXVIII. *& in mense Iulij.* idem dicendo de alio tempore de quo apparuerit *Gaius habebat, tenebat & possidebat tanquam suum & pro suo quoddam pratum, vel quendam equum &c.* cum designat. vt suprà. Item *quòd tunc temporis publicæ apud omnes de eo noticiam habentes reputabatur verus dominus dicti prati* vel *equi.* Item quòd si constet vel appareat dictum Gaium tunc temporis non fuisse dominum. *negat ipse se de illo non domino fuisse certificatum.* Item *dicit & ponit quòd dicto anno &c. mense & die xxij. eiusdem mensis fuit tractatum de emptione & venditione dicti prati vel dicti equi inter Gaium & vendentem ex vna parte, & dictum actorem ementem ex altera.* Item *quòd post tractatus inuicem habitos, processum fuit ad contractum, sic & taliter, quòd dictus Gaius gratis & sponte titulóque purè perfectè simplicis & irreuocabilis venditionis vendidit eidem actori stipulan. & ementi dictum pratum vel equum tali precio &c. inter eos conuento.* Item *quòd dictus actor eidem Gaio dictum precium prati vel equi* &c. *inter eos conuentum realiter soluit,* vel si non fuerit realis solutio articulabitur, quòd *dictus Gaius de dicto precio inter eos conuento fidem habuit*, vel *pro se bene satisfacto & contento tenuit: eum denique actorem emptorem quittauit, quittatúmque haberi & teneri voluit. omne ius possessionem & actionem à se abdicando, & in dictum emptorem trãsferendo.* Item quòd *medio venditionis prædictæ dictus actor & emptor realem corporalem & actualem possessionem dicti prati* vel *dicti equi ex tunc adeptus fuit. illámque ex post palam & publicè tenuit & possedit.* Item *quòd ex his apparet ipsum actorem & emptorem prædictum pratum tenuisse & possedisse spacio decem annorum. inter præsentes* vel *dictum equum per quatuor annos: & sic de iure præscripsisse vel vsucepisse.* Item *quòd ex his non licuit dicto Sempronio reo de facto in dicto prato se intrudere, vel equum, vel pratum detinere seu occupare prout de facto detinet & occupat. ipsúmque pratũ vel equum reddere vel restituere contradixit, & recusauit in ipsius actoris preiudiciũ, quãquam facultatẽ in restituendo habuerit & habeat: déque reddẽdo & restituendo fuerit sæpissimè requisitus.* Item *quòd pariter ex his constat & apparet ipsum reum*

fuisse

sasse & esse illegitimum dicti prati vel dicti equi detentorem. Itē *quòd præmissa sunt vera notaria & manifesta: de eodémq; fuit & est vox & fama publica in prememoratis locis & circumuicinis, inter omnes de præmissis noticiam habentes. Quare ex his petit dictus actor seu eius procurator per vos præfatū dominum* &c. Reliqua cape ex superiori prosaico libello. Potes subiungere post conclusionem vnum articulum pro testationum, quem practici apponere solent, videlicet. *Dans † præmissa, saluo iure addendi, diminuendi, corrigendi, emendandi & in melius reformandi.* Postremò verò ponitur interrogatoriū, per quod petitur ante omnia interrogari reus, si teneat, & si possideat, & si in totum vel pro parte: & si pro parte, pro qua. Et nota, quòd si reus respondet libello nondū responso interrogatorio, nulliter contestatur. *vt no Gl. in l. qui petitorio. ff. de rei ven.* Et aduerte, quia dum libellus datur, & lis super eo cōtestatur, lite contestante, actor seu eius procurator reproducit assertiones cōtentas in libello propositionibus & articulis, & potest petere, si vult singulariter singulis per eum responderi: vel si velit illico intrare probationes, & petere ad probandum admitti, verùm hęc relinquuntur peritis procu. qui secundum cōtingentiam causarū viam quam maluerint sequi possunt. Sciendū tamen est, quòd dum super libello prosaico lis contestatur, oportet exinde ponere & articulare, in quo seruatur alia forma principiandi & finiendi positiones & articulos, quæ sequitur. *Vobis magnifico & potenti viro* &c. vel sic. *Adeo quòd vobis magni* &c. vel sic *Ad fines & effectus quòd vobis clarissimo magnifico & potēti viro domino Senescallo Bellic. & Nemausi seu vestro locū ten. & vestræ venerabili præsidali curiæ constet & legitimè appareat de assertis in libello coram vobis pro parte Titij contra Sēpronium tradito: déque bonis iure & iustitia rectáque intentione seu defensione dicti rei, & per vos vestrámque diffinitiuam sententiam conclusiones ipsius libelli, aut aliæ quæcunque iuridicæ eidem actori adiudicentur, & alia & ius & iustitia eidem actori fiat & administretur, ad hos siquidem fines & alios quoscunque sibi meliores & vtiles: parti verò rei præiudiciale, dicit, ponit, asserit, & quatenus opus erit citra onus cuiuslibet superfluè & non necessariè probationis iustificare. intenditur dictus actor seu eius procurator pro eo, sequentia: protestatur tamen* cape reliqua ex præd. libello sup. & articulato. Ite

101

primis igitur dicit & ponit, &c. cape vt in præd. libello.

203 Post † libello autem narrationem, addenda erit quæ sequitur aut similis alia conclusio. *Concludit igitur dictus actor, seu eius procurator, vt in præsenti intendit, petens quatenus præmissa in facto consistunt & probatione egent, se ad probandum admitti: quatenus verò in iure, ius & iustitiam sibi fieri & administrari, vestrum benignum quod quale aut quantum decet officium, humiliter etiam loco actionis, si opus fuerit, implorando Quæ dat saluo iure latiùs ponendi & articulandi, emendandi, corrigendi, & in melius reformandi.* Præmissæ autem formulæ multas habent clausulas prægnantes, quas si explicari ex dictis dictorum libellātium & super omnibus clausulis appostiliare vellem, hoc breue opusculum nimis dilatarem. ideóque relinquo cogitandum speculatiuis viris. Notandum hîc est, quòd † multi libellantes 204 solent accumulare in eodem libello directam rei vendicationem & publicianam, hoc modo, *Peto talem rem iure dominij vel quasi mihi pertinentem.* Nam per hoc quòd dicūnt *iure dominij*, proponunt directam rei vendicationē. In hoc verò quod dicunt *vel quasi*, proponunt publicianam. Et licet dicta forma libellandi esset impugnabilis, propter alternationē, quæ dè iure reprobatur. *ff. de tribu. l. quod in hæredem. §. eligere & ff. de reg. iur. l. nemo. §. quotiens. cum multis similibus.* De communi tamen vsu & cautela iudiciorum, apud nos indistinctè recipitur talis libellus *per ea quæ leg. & not. in l. vbi autem. §. qui illud ff. de verbo. oblig. & in c. abb. .tc. de re iudi. in vj.* Et dictum est copulatiuè *habet, tenet & possidet & facultatem* &c. quia non sufficeret habere facultatem restituendi, nisi etiam possideret *vt legitur et no. in l. ij. ff. de vsuca.* sufficit tamen probare reū posse desisse tempore litis motæ. *l. non ignorabit, C. ad exhi.*

¶ Et quia suprà in libello publiciano (seu potius *Publicianæ actionis*) conclusimus ad fructus hoc satis iuri conuenit *per ea quæ leg. et no in l. eum qui. §. in publiciana. ff. de publiciana. et in l. ex diuerso. et l. Iulianus. § j. et ij et in l. fin. ff. de rei ven.* & per ea quæ sup. dicta sunt de publiciana, satis apparet forma libellandi in directa rei vendicatione: scilicet omittenda verba *quem dominum esse credebat.* Et illa *iure dominij vel quasi.* & in cæteris planum est: quia libellus in rei vendicatione directa, nihil habet subtilitatis, eo quòd in iure & practica est tota eius forma *per lec. et*

no. in l. in rem. ff. de rei vendi. et in l. vnica. C. de alie. mutan. iudi. causa. fac. ¶ Notandum tamen circa † petitionem 205 fructuum: quia si detentor fuerit malæfidei possessor, tenetur restituere omnes fructus à tempore occupationis ante & post litem perceptos, siue fuerint naturales, siue industriales, si stent per rei vendicationem, vel publicianam. *ff. de rei vendi. l. fructus.* Si vero sint consumpti conditione ex lege repetentur *per l. mala fide. C. de condi. ex leg.* Sed bonæfidei possessor fructus perceptos & cõsumptos ante litem contestatam, siue naturales, siue industriales, facit suos *Insti. de rer. diui. § si quis à non domino. C. de rei ven. certum. ff. eo. l. ex diuerso. §. j. et l fructus.* Si verò non sint consumpti, sed stent: tunc restituuntur *vt not. in dict. iuribus.* In perceptis verò post litem contestatam, non est distinguendum: quia siue sint naturales, siue industriales, semper eos reus restituit, nec facit suos *vt colligitur ex notatis in dict. iuribus.* Vnum tamen est, quòd si fecit sumptus, vel luit hypothecas, compensantur fructus *per lec. et nota. in l. sumptus. et in l. emptor. ff. de rei vendica.*

De Rescissoria & Rescissorio iudicis.

¶ De certis libellorum subscriptorum formis, nihil exordiemur, sed solummodo substantialia verba requisita apponi, post illa *quòd ipse* &c. persequemur prout in proxima sequitur: scilicet in Rescissoria, in qua actione veteres fecerunt vim. An in † eodem libello 206 possint proponi iudicium rescindens & rescissorium. Nam aliquibus videbatur, quòd quia vnum est præparatorium alterius, non poterant simul intentari: quia rescissorium præsupponit rescindens. Nam sine rescindenti, actio extincta non reuiuisceret, *per ea quæ leg. & notantur in l. fina. C. ex quib. cau. maiores. et in l. in actionibus, § sed cum rescissa. ff. de actio. et oblig.* Verumtamen, quia boni † & æqui iudices, totum eorum desiderium & iu- 207 stitiæ zelũ defigere debent in abbreuiandis & decidendis litibus. *l. properandum. C. de iudic. & cap. finem litibus. Extra de dolo & contu. et in aliis pluribus iuris partib.*

Hodie apud nos inoleuit practica, quam arbitror sanctam & iustam *per lec.et no in l.si qua. ff.ex qui.cau. maio.et in l ij ff.commu. et fac.ff fami. hercis.l.haeredes. §.de pluribus, melius in l.ait praetor.§.si minor.ff.de iureiur.* per quam vtrũque iudicium simul intentatur, & maxime in vim illarũ generalium clausularum in libellis apponi solitarum: videlicet *Vestrum benignum officium*,&c. & alias *petit ius & instantiam*,& cõpiae quidem clausulae sunt magni effectus *per ea quae volunt Doc. in capi.fin.de offi.iudi.l.et in l.edita.C. de eden.*Et quanquam † rescissoria competat ei,cuius res in absentia probabili & necessaria est vsucapta vel praescripta, cui per beneficiũ restitutionis subuenit praetor. *vt in l.j.C.de in integ.resti.mi.* & iis, qui reipublicae causa absfuerunt.*ff.de exce.l.exceptiones.§ vlti.quibus ex causis maio.l.vlt* Ergo quantũ meo proposito seruit,extendo illam ad omnem casum,in quo caderet in integrum restitutio. Et si competat deceptio vltra dimidiam iusti pretij *per l.rem maioris.C.de rescin.vend.* & in omni contractu in quo cadit rescissio:vt quia per dolum & fraudem, vel per vim & metum quis vendidit, donauit, permutauit: aut aliàs quolibet modo alienauit. Et ideo post narrata,per quae debuit,vel debet cõtractus,vel praescriptio, seu vsucapio rescindi,concludetur ex causis narratis ad rescissionem, ac etiam ad restitutionem: quod videtur tolerabile *per ea quae leguntur et notantur. ff de rei vendi.si autem. §. j. ff. de pecul.l.quaesitum et ff. de pigno. actio.l.si rem. §.penultimo.* Exempli gratia, in ea potest sic formari libellus. *Coram* † *vobis*, &c. Cape ex libellis superioribus generalia. *et sequitur quòd dictus reus. xv. menses labuntur, vel circa induxit dictum actorem per dolum, fraudem et deceptionem ad vendendum quoddam ipsius actoris pratum, valoris centum librarum turon. pro quadraginta libris turonensib. sic ipsum vltra dimidiam iusti pretij decipiendo. Et quia de iure tales venditiones debent rescindi, quibus dolus dat causam contractui: petit dictus actor per vos et vestram diffinitiuam sententiam, dictam venditionem nullam et inefficacem pronunciari et declarari: aut saltem annullari, ac eadem vestra sententia dictum reum ad reddendum et restituendum eidem actori dictum pratum vnà cum fructibus ac expensis factis, passis et sustentis, faciendis, patiendis et sustinendis per ipsum actorem: de quibus per expres-*

109

expressum protestatur condemnari &c. vt suprà in alio libell. ¶ Dixi notanter *per dolum*: quia vbi † dolus non dedisset causam contractui, sed re ipsa interuenisset: tunc contractus non fuisset ipso iure nullus, seu annullandus *per ea quæ lec. & notantur in l. eleganter. ff. de dolo. & in l. in causæ. ff. de min.* quia tunc etiam est in electione rei emptoris, aut reddere rem, vel supplere iustum pretium. *l. ij. C. de rescin. vendi.* Et vbi non interuenisset deceptio vltra dimidiam, nec dolus dedisset causam contractui: sed tamen in modicitate pretij insurgeret aliqualis dolus, qui tamen non dedisset causam contractui: tunc cessaret actio rescissoria. quia licitum † est contrahentibus se decipere re ipsa vsque ad mediam. *vt in dicta l. in causæ. §. pen. & ff. loca. l. item si pretio. §. vlt.* Dixi etiam † annullari propter deceptionem vltra dimidiam interuenientem re ipsa, & non ex doli proposito: quia tunc non pronuntiatur contractus retrò nullus, sed annullatur ex vi actionis propositæ *vt in dictis iuribus.* & maximè per implorationem officij iudicis. *C. quibus ex caus. maio. l. in contractibus. cum similibus.* Ad idem potest † accedere libellus in actione, quæ datur metum passo, in qua etiam concurrũt rescindendo & rescissorium: in qua actor post exordium libelli, exponit, quòd reus detinet & occupat talem rem, quam actor vendidit per metum. Et quia venditio per vim † & metum extorta, de iure non tenet: petit pronuntiari & declarari venditionem non tenuisse, vel tenere debere. & illa non obstãte condemnari reum ad reddendum. *ar. eorum quæ habentur in l metum ff quod met causa. & Insti. de actio. §. sequens.* ¶ Aduertendum tamen est, quòd hæc actio † competit metum passo, non solùm contra metum inferentem, sed etiam contrà possidentem rem metu venditam vel alienatam. Verumtamen diuerso calle procedunt libelli: quia tertius non succedens in vitio, liberatur, restituendo rem: sed non metum inferens. Item non tenetur possidens sine vitio ad restitutionem fructuum: sed vim inferens sic. Item liberatur possessor, qui possedit interitu rei contingente sine dolo vel culpa sua: non autem metum inferens. prout hæc probantur. *C. de his quæ vi met. causa fiunt. l. si vi vel metu. & ff. quod metus causa. l sed & partus. & ff. de his quæ in fraud. credit. l. ait. § per hanc. & C. de agrico. & censit. l. quemadmodum. & ff. de*

210 211 212 213 214 215

rei vendi. l. si nauis. §. vlt. & ff. quod met. cau. l. si cum. § aliquando. & §. sed & si quis per vim & § fin. ¶ Et nota, quod 216 si † ille tertius possessor vendiderit, & pretium receperit, & deinde res sua esse desierit, nihilominus tenetur: quòd non debet locupletari cum aliena iactura: *vt in d. §. aliquando. & §. Pedius.* Et similiter liberari potest in vi & impressione: & generaliter in omnibus ædiliciis actionibus: vti Redhibitoria & Quanto minoris. de quibus ali- 217 quid subdicetur. ¶ Possent tamen † dictæ actiones vis & metus pœnaliter intentari *vt in d. §. aliquando. & in l. extat eo. tit.*

218 ¶ Et quòd dictum est † de rescissione contractus venditionis ratione minoritatis precij: idem potest dici ratione ætatis vt in minore læso. *C. de in integr. resti. mino. l. vlti. & C. qui & aduer. quos l. j.* Item ratione solennitatis omissæ: vt in prædiis, seu rebus minorum. *C. de admi. tuto. l. lex quæ tutores.* Item in prædiis ecclesiæ. *authen. hoc ius. C. de sacrosan. eccl.* vel in prædiis reipublicæ. *l. si quos. C. de rescin. ven. & in l. si tempora. C. de fide instr. & iure hastæ fisca. lib. x.* Item ratione pacti non seruati. *C. de pact. inter emp. quasi per totum.* maximè quando non obseruatio resoluit contractum. Item in pactis commissoriis, vel adiectionis in diem, quæ omnia curiosis lectoribus & practicis relinquamus. quia hic cuncta pro compendio voluminis exprimere non valemus.

De Seruiana & quasi Seruiana.

219 ¶ In his actionibus proponuntur † rei vendicationes vtiles contra tertios, possidentes res tacitè vel expressè hypothecatas. Tacitè, vt in Seruiana. *Insti. de actionib. §. Item Seruiana. & in §. seq.* quæ actiones sunt euocariæ rei hypothecatę ad fines habendi & intendendi per creditorem. Veruntamen, quia eorum forma non est apud nos in vsu: quia creditores de aliis rêmediis sibi prospiciunt & præuident: ideo earum libellos omitto: Practicam ve- 220 rò tantum adduco. Pone Ticium esse † debitorem. Sed & obligatum viribus alicuius curiæ prout semper in omni obligatione fit, creditor conqueritur iudici curiæ, ad cuius vires est facta obligatio, & iudex concedit literas creditori ad compellendum debitorem per bonorum suorum captionem, ad soluendum creditori: & tunc

habitis

habitis literis deliberat creditor penes se, si debitor sit soluendo in bonis penes se existentibus,& nondum alienatis,aut non.Et iterum,an alienata essent de specialiter, vel de generaliter hypothecatis. Nam si debitor sit soluendo in bonis nondum alienatis, fatuus esset creditor persequi tertios possessores, vbi à principali potest consequi debitum: *argu.lec.& nota.in dicta auhent præsente.C. de pig.* etiam si alienata essent de specialiter hypothecatis. quia sufficit sibi, quòd ex generali hypotheca penes debitorem remanente,debitum assequatur *per lec. & nota.in l quamuis.C.de pigno.*

¶ Debitore verò,† non soluendo existente,tunc creditor facit fieri diligentiam per executorem literarum, de reperiendis bonis debitoris iuxta ordinem. *l.à diuo Pio.§.in venditione.ff.de re iudi.* scilicet primo de mobilibus & se mouentibus. Secundo de immobilibus: & Tertio de nominibus debitorum. Et facta diligenti perquisitione, & nullis repertis: vel repertis, sed non ad sufficientiam, de quo executor debet facere expressam mentionem in suis expletis: tunc recurritur † ad tertios pignorum possessores,& fit executio in bonis hypothecatis licèt alienatis. Et tunc aut ille tertius consentit executioni, aut dissentit. Et si consentit, res est sine dubio: quia creditor facit, subhastari, vendi & liberari, seruata tamen solennitate locorum, vbi res, quæ distrahuntur sunt sitæ *per ea quæ leguntur & notantur in l.si tempora. C. de fide instru. & iure hastæ. fisca. lib. x. & in d. §. in venditione. & in authent. hoc ius porrectum. C. de sacrosan. ecclesiæ.* Si verò ille tertius possessor se opponat, assignatur sibi dies coram iudice, concedente ad dicendum causas suæ oppositionis, & creditor fundat iudicium per instrumentum hypothecarium ad vires curiæ iudicis passatum: & ille tertius auditur volens probare bona, in quibus facta est executio, esse sua propria & creditori minimè obligata, quæ si probauerit, liberatur. Si verò non probet, perficitur executio, oppositione non obstante. Et sic creditor faciliter assequitur suum debitum absque eo, quòd per propositiones seu oppositiones actionum longiorem faciat processum.

¶ Sunt tamen † aliquæ curiæ apud nos, quæ volunt,

221 222 223

quod antequam exactionibus hypothecariis vel personalibus, quis compellatur, summetur & requiratur debitor de soluendo, & tunc solutionis defectu, fiat postea executio. quæ practica notatur *in l.debitores.C.de pigno.* & est vtilis propter expensas, quæ debentur ex mora *vt ibi volunt Doct. & in l.ij.C.de obse.à libe.pa.præstan.* Ego tamen distinguerē, siue hypothecariis, de quibus *in d.l.debitores*, siue personalibus, de quibus *in §.in personalibus alias est ver.in §.sic itaque.Insti.de actio.* quia aut sint dies appositi, aut non. Primo casu, pro summato & requisito habetur: quia dies interpellās pro homine, inducit moram, & facit committi pœnam. *l.magnam. C.de contrahen. & commit.stipu.l.traiectitia.§.de illo.ff.de ac.& obli.cum vbique notatis.* Nam tunc potest debitor exequi sine noua summatione lapso die, & tenetur reus ad expen.*secundum Doct.o.in dictis iurib.& in l.si reus paratus.ff.de procura.* Secun-

224 do verò casu: s. quando non † est dies præfinita: tunc vtilis propter expensas est cautela & practica, quòd debitor interpelletur seu summetur. & ita intelligo *l.pred.debitores.* Sed tamen non necessaria tali necessitate, quòd illa omissa, esset nulla executio. Et hoc clare aperit *dictus §. seu versi. in personam.*

De vtili in rem actione quæ datur superficiario.

225 ¶ *Quod reus † detinet & occupat talem domum quam actor conduxit ad longum tempus, vel cuius fructus emit, quam peti sibi restitui,* & c. Iste libellus sumitur *ex l.j.§.j. & ij. & iij. ff.de superficieb.* Sed apud nos non succurritur expulsis per hanc actionem, sed per interdictum Vti possidetis, iuxta consilium *dictæ l. j. §.j. & seq.* cuius practica habetur infrà in fine libellorum, vbi de legibus regiis adducimus practicam.

De Redhibitoria.

226 ¶ *Quod dictus † reus vendidit mihi quendam equum viciosum & morbosum, vitijs & morbis latentibus, & quem omni vitio carere ipsum commendando, dicebat, quem emi precio decem librarum, alias non empturus si vitia sciuissem. Quare peto, quòd omnia hincinde data, cum accessionibus vltro citróque, reddantur & restituantur.* Et hic etiam libellus probatur,

tur. *ff. de redhibitoria. l. j. & in pluribus alijs legibus dicti tit.* Et nota, quòd hæc actio potest esse pœnalis, si reus restituere differat: & posset actor cumulare ciuilem & pœnalem. *ff. de edil. edic. l. redhibitoria.* & vna sententia terminabuntur, sicut suprà diximus in rescindente & rescissoria. Et idem possumus dicere in omnibus actionibus pœnalibus. Idémque competit etiam ex permutatione *d. l. j.* Sed pro rebus donatis non competit. *l. ad res. eod. titu.* competit tamen vtilis redhibitoria pro libro falso, pro carne leprosa, pro agro salsuginoso: & generaliter pro omni vitio latenti inhærente rei ante venditionem, vel permutationem: dum tamen emens vel permutans ignorauerit *prout hæc omnia probantur ex d. l. j. & C. de edilic. actionib. l. si prædium.* Et debet hæc actio infra sex mēses intentari. *l. sciendum tamen. §. fi. ff. de edil. edic.*

De Quanto minori.

¶ *Quod reus † vendidit mihi equum vitiosum, tali vel tali vitio maculatum, quem credebam non esse vitiosum precio decem librarum, quem si sciuissem fuisse vitiosum, non dedissem vltra sex. Quare peto condemnari dictum reum ad dandum & soluendum mihi quatuor, quia tanto minori empturus erā.* Probatur. *ff. de excep. rei iudi. si is qui. §. j. & l. quod si nolit. §. si quis egerit.* Et debet hæc actio intentari infra annum. *l. sciendum tamen prealleg. de ed. edict.* 117

De act. ex Empto.

¶ *Quod reus † vendidit ipsi actori Digestum vetus in magno volumine, chartis vitellinis, ex litera Bononica descriptum, cuius glossæ procedunt per capita, literas & virgulas, & est illuminatum de auro & azuro, precio xx. scutorum auri, per ipsum actorem eidem reo realiter solutorum quod quidem Digestum tradere contradicit, & contradixit: licèt facultatem tradendi & expediendi habuerit & habeat. Quare petit ipsum reum ad tradendum & expediendum condemnari.* &c. Et iste libellus procedit vbi venditor adhuc habet in posse suo rem venditam, & habet facultatem illam tradendi *iuxta lecta & notata in l. j. ff. de actionib. empti.* Sed vbi actor emptor suspicatur, quòd venditor alibi fortè maiori precio distraxerit. Nūc debet libellus alternatiuè concipi. Et illa verba *facultatem restituendi habet*, non debent inseri, sed 118

sufficit simpliciter narrari venditionem & contradictionem tradendi. Et concludetur hoc modo. *Quare petit dictum reum condemnari ad tradendum dictum librum, aut ad præstandum interesse, quod æstimat dictus actor quinque scutorum: iudiciali tamen taxatione salua* &c. probatur *ex lec. & not. in dict. l. j. ff. de actio. empt. & ex l. & empto. eod. titu.* Requisita præterea ad intentandum hanc actionem & sequentem, vide suprà *in parte secunda, titu. de emp. & vendi.*

Ex Vendito.

229 ¶ *Quod actor* † *vendidit equum talem* &c. *precio* &c. *dictúmque equum dicto reo tradidit: dictus tamen reus precium dare & soluere contradicit, & contradixit: rem & precium simul penes se detinendo & occupando in ipsius actoris maximum præiudicium. Quare petit &c. condemnari dictum reum ad dandum & soluendum dicto actori dictum precium vnà cum omnibus damnis interesse & expensis.* &c. probatur. *ff. de act. empt. l. ex empto. j. respon. & in l. Iulianus. §. ex vendito. eo. tit. & C. eo. l. cum venditorem. & l. fructus.* Cętera vide sup. *parte ij. titu. de emp. & vend.*

De act. ex Locato & conducto.

230 ¶ *Istæ* † *actiones ad instar duarum præcedentium sunt introductæ. ex tit. ff. locati. l. j. & Insti. eo. in prin.* & ideo diligens & solers aduocatus faciliter libellos ex prioribus illis conficere poterit. Cætera vide. *sup. parte ij. de locatione.*

De actione Pro socio.

231 ¶ *Quod reus* † *habet detinet & occupat talem librum, vel talem equum, qui fuerunt & sunt ad causam societatis inter nos olim vice mutua contractæ communes, illósque in communione reponere & communicare tenetur: quod facere distulit & differt* &c. *Quare petit ipsum condemnari ad reponendum in communione.* probatur. *ff. pro socio. l. cum duobus. §. cum duo & l. si quis societatem.* Et nota, quod hæc actio proponitur, vt communia diuidantur finita societate: quia durante societate non competit hæc actio ad fines quòd diuidatur *per l. tamdiu. C. pro socio.* Sed bene competit, vt reponantur in communione. *ff pro socio. l. si quis societatem. & l. actione. §. non-*

§.nonnunquam. Et ideo peritus & cautus aduocatus conspicere debet, an duret societas, vel an sit finita: quia si duret, debet concludere, quòd illa bona communia reponantur in communione & ad communes vsus societatis. Si verò societas sit finita, poterit concludere, quòd media pars illarum rerum ólim communium reddatur & restituatur, tradatur seu expediatur actori, tanquam ad eum pertinens ex vi dictæ societatis olim initæ & contractæ inter eos, prout probantur *ex lec.& not.in dict.iurib.*

De act. & Communi diuidundo.

¶ *Quod talis † habet talem rem, vel talem mansum commu*[232] *nem æquis partibus mecum, & cum nemo inuitus, in communione stare compellatur, velimque seorsum ab eo partem meam possidere: Ideo peto per vestram diffinitiuam sententiam prædictã rem, vel mansum, diuidendum fore decerni, & declarari: & partem seorsum mihi assignari & expediri* &c. ista probantur ex *§.si familiæ.versi.eo quoque.Insti.de offi.iudi.& ff.communi diuidundo.l.j.ij.& iij,* In quo iudicio peti possunt fructus, expensæ, & damna *per lec.& nota.in §.quidam.Inst.de actio.ff.communi diui.l.in communi diuidun.& l.per hoc iudicium.§.sicut.& l.si non omnes. §.venit.* Et si res diuidi non possit diuidatur commoditas per tempora vel pretia. *l.arbor.§ aquarum.eod.tit.* vel forte dirimatur *l.ij.§.in tribus.eo.tit.l.inter cohæredes §.qui familiæ.ff.fami.her.l.in tribus.ff.de iudi.cum ibi not.* Et est sciẽdum atque aduertendũ, quòd antequã hæc actio tutè intentetur, debent prouideri quæ sequuntur requisita. Primum, quòd res quæ diuidi petitur sit communis.*ff.communi diui.l.j.* Secundum, quòd aduersarius fateatur rem esse communem.*ff.communi diui.l.ij.* alias agendum esset rei vendicatione pro parte, quæ prætenditur.*ff.de excep l.fundi.* alia plura possent adduci, quæ hic omitto cum possint colligi.*ex parte ij.ti.de societate.*

De act. ex Permutatione.

¶ *Quod ipse † actor permutauit quoddam suum Digestum*[233] *nouum cum Codice ipsius rei seu defensoris ipséque actor ex parte sua satisfecit: scilicet quia Digestum suũ tradidit: dictus verò reus Codicem vice mutua permutatum eidem actori tradere recusat, quamquam facultatẽ tradendi habeat. Quare petit ipsum condemnari ad tradendum & expediendũ.*&c. Et ista forma

procedit, quando ex parte actoris est adimpletum pactũ, seu placitum permutationis. Sed si non fuerit adimpletum ex parte actoris, tunc oportet concludere alternatiuè, vt in venditione: scilicet ad rei traditionem, vel interesse: quia soluendo interesse liberabitur reus. *argu. lec. & no. in l. ex placito. & in l. cum precibus. & sequen. & in l. emptionem. C. de re. permu. & in l. j ff. eo.* Cætera requisita hîc vide sup. *in præd. parte. ij. de re permu.*

De actione Ex Donato.

234 ¶ *Quod reus † dedit donatione inter viuos titulóq; purè perfectè &c. quandam domum sitam* &c. *quam quidem dictus donator ex post detinuit eámque cũ debuit tradere et expedire, contradixit adhúcque detinet, tradereque & expedire contradicit: licèt de illa tradenda, relaxãda & expedienda fuerit sæpissimè requisitus. Quare ex ijs petit &c. condemnari ad relaxandum dimittendum & expediendum dictam domum cum fructibus & expensis* &c. Colligitur autem iste libellus *ex l. sicut C. de act. & ob.* cuius theorica est generalis ad omnes contractus, qui ab initio sint voluntarij: ex post facto tamen efficiuntur necessarij. Et ideo licet ab initio foret voluntarium donanti donare: ex post tamen facto est necessarium obseruari, & competit actio donatario contra donantem *vt in §. perficiuntur. Instit. de dona. & in l. si quis argentum. §. j. C. de dona.* Reliqua vide *supra parte secunda. tit. de dona.*

De actione ex Mutuo seu Certi condictione.

235 ¶ *Coram † vobis dom. Seneschal.* &c. licit *et proponit in iudicio dictus Actor, quod ipse mutuauit dicto reo decem libras Turon. vnde cùm eas sibi reddere contradicat agit contra eum, vt eas sibi reddat. Et petit à vobis dicto domino iudice, vt dictum reum, ad reddendum et soluendum præd. x. lib. Turon. per vestram sententiam condemnetis, et condemnatum omnibus iuris remedijs compellatis. Petit etiam expensas occasione præsentis causæ factas: et protestatur de faciendis, quas in processu causæ suo loco et tempore declarabit, prout fuerit rationis. Implorans Dom. iudex vestrum officium super prædictis, in illis in quibus est de iure vel fuerit, implorandum.* Probatur *Insti. quib. mod. re contrahen. oblig. in princip. et ff. de reb. cred. l. ij.*

Et no-

Et notandum, quod pro mutuo semper agitur ad certum: licet ex eo petatur aliquid in genere, & sint genera incerta: quia licet bladum seu triticum, pecunia numerata, vel quid aliud mutuo datũ fuerit: semper habetur respectus ad id quod fuit mutuatum. Illud autem certum fuit, ita quod in eadem bonitate & certitudine numeri, põderis, vel mẽsuræ solui debet per functionem sui generis. *vt ff. d.t. de reb. cred l. cùm quid.* Si autem conuentum esset, quod plus redderetur, non esset mutuum, in eo, quod plus ibi esset. *vt ff. eod. l. rogasti me, §. si tibi decem dedero*, immò esset vsura: *vt ibid. not.* Ex mora tamen, bene posset quis in plus teneri in bonitate extrinseca, *vt ff. eod. l. vinum.*

De act. ex Commodato.

¶ *Dicit † & proponit Actor, quod gratis commodauit dicto reo, quendam mulum pili albi, ad vsum extrahendi aquam de puteo suo, pro irrigando horto suo, idque per septem dies. vnde cùm prædicti septem dies iam sint elapsi, agit contra dictum reum, vt sibi dictũ mulũ restituat. Et petit à vobis* &c. *vt dictũ reum ad restituendum præd. mulum per vestram sententiam condemnetis*, &c. Probatur hic libel. *ex §. sequens illa diuisio, Inst. de actionib. & l. ij. C. commoda.* Rectè autem adiecta verba, *Ad vsum extrahendi aquam* &c. aliàs enim, si non esset certus vsus expressus, sed fortè dixisset cõmodatarius, *Rogo vos, quod tradatis mihi, vel commodetis mulum vestrum: quia mihi illo opus est* &c. tunc esset precariũ, *vt l. j. ff. de precar.* Item rectè addita vox gratis: nam mercede interueniente esset locatio, *vt §. item is cui vers. cõmodato, Insti. d. ti. quib. mod. re contrah. obli.* Vel esset alter contractus, fortè innominatus, *vt Insti. de locato. & cond. in princ.* Item rectè dicitur, quod prædicti septẽ dies lapsi sunt, quia ita finitus est vsus certo spacio designatus seu concessus. *d. l. ij. C. cõmod.* nec alias actor agere potuisset ante elapsum illud tẽpus, *vt ff. eod. l. in commodato. §. sicut.*

236

De actione Depositi.

¶ *Quod † cũ ipse actor vellet ire Aureliacum, de suis libris fasciculum fecit, quod optimè ligatũ deposuit penes dictũ reum. Quare agit contra eum, vt sibi prædictum fasciculum restituat. Et petit à vobis &c. vt illũ ad restituendũ per vestrã sententiã condemnetis: & condẽnatum omnibus iuris remedijs cõpellatis.* Probatur *ex l. j. §. si cista. ff. depos.* Et no. quod ipsi actori in-

237

cúbet probatio depositi eorúmque quæ in fasciculo inerant *vt ibi no.* Idémque iuris in nautis, stabularis, cauponis seu hospitibus penes fiunt talia deposita. *vt l.j.ff.naut.cau. stab.cum l.iij.* §.j.*eo.* Ei etenim incúbit probatio, qui petit. *vt l.2.ff.de probat.* Maximè autem deposito venit dolus, *d. l.iij.§.miratur,ff.naut.caup.* & §.*preterea. Instit.d.t.quib.mo. re contrah.oblig.* Venit & lata culpa, cùm & illa dolo comparetur. *vt ff.si mēs.fals.mod.dixi.l.j.* & *ff.si is qui test.liber, l. j.§.nō autē,* & *ff.hoc ti.depos.l.quod Nerua.* ¶ Libelli forma sup.relata, est actionis directæ depositi: alia verò est Contrariæ, veluti *Dicit & proponit* &c. *quod reus deposuit penes se equum quēdam morbosum, quem per tot &c. dies nutriuit & ex morbo curauit, atque ita in nutritione expendit triginta solidos Turonens. & quadraginta in morbi curatione. Quare agit dictus actor contra reum vt septuaginta illos solidos soluat. & petit à vobis Dom.&c.vt ad solutionem condemnatis* &c. Et probatur *ex l.ei, apud quem,* & *l.actione,ff.d.t.depos.*

De actione Mandati.

338 ¶ *Dicit † & proponit in iudicio Idem actor contra eundem reum, quod mandauit dicto reo, vt emeret sibi fundum Titianū, situm prope fontem: sic & sic confrontatum pro centum libris Turonens. Item quod dictus reus, dicto mandato gratis suscepto dictum fundum emit,* & per traditionem à venditore ipsum accepit. Vnde cùm *dictus reus dictum fundum restitue re contradicat, agit contra eum ad dictum fundum, vt eum sibi restituat. Et petit à vobis &c.vt ad illum sibi fundum restituendum cum fructibus inde perceptis, & quod de facto suo caueat, ne dictum fundum iure hypothecæ obligauerit alicui, nec seruitutem in eo imposuerit seu constituerit, & vt actionem quam de euictione habet, cedat ipsi actori, per vestram sententiam condemnetis, & condemnatum ad predicta cunctis iuris remedijs compellatis. Petit item expensas &c. Implorans vestrum officium. Addens idem, Actor, se paratum soluere dicto reo prædictas centum libras pro precio dicti fundi vna cum legitimis expensis in emptione factis.* Probatur *ff.manda. l.si procuratorem,§ dolo, cum l.seq.* Rectè autem in libello dictum, *quod reus susceperit mandatum:* nam aliàs non ageretur mandati actione, *l.si remunerandi,§.j.ff.eo.* Item & rectè adiecta vox *gratis;* aliàs esset locatio vel conductio, vel etiam contra-

ctus

ctus innominatus, *vt ff. eod. l. j. §. mandatum, & Insti eod. §. fin. item & ff. de præscrip. verb. l. naturalis, §. at cum,* licet post mandatum susceptum ex causa remunerationis possit aliquid dari, vel promitti. *d. l. si remunerandi, in princ.* Rectè etiam dicitur, quod *emit fundum:* aliàs si non emisset, ageretur tantum, quatenus ipsius actoris interesset, quod fundum non emisset. *vt d. tit. manda. l. vlt. & fac. eod. t. ff. si procuratorem, & §. mandati actio, cum l. quis alicui, §. qui suscepit mandatum, item, & l. procuratorē, C. eo.* Item rectè quod *fundus fuit traditus reo:* aliàs actor non ageret ad fundum, immò liberaretur reus cedendo actionem actori. *l. si mandatu, in princip. ff. eod. & hoc arg. l. etiam in fi. ff. solu. matrim. & l. quod debetur ff. de pecul.* Item rectè additur *cum fructibus,* vt *l. idémque, §. Labeo. ff. mand.* Nihil enim penes mandatarium debet remanere. *vt d. l. idémque, §. si procurator, cum l. ex mandato, & fac. de procur. l. qui proprio, §. procurator,* Item rectè petitur caueri, ne hypothecam, seu seruitutem imposuerit in fundo. *l. de tuo etiam facto. ff. manda.* Item vt actionem cedat, quam de euictione habet. *vt ff. eod. l. si procuratorem, in fin.* Item rectè offertur precium cum legitimis expensis: aliàs enim posset reus excipere. *argu. l. Iulianus, §. offerri, ff. de act. empt. l. si non sortem, §. si centum, ff. de cond. indeb. & l. j. §. is autem. ff de superfic.* Hic præterea notandum quod si minori precio emisset reus fundum, sufficeret illud reddere: sed si plus emisset, non teneretur actor, nisi in centum, pro quibus mandauit emi, cùm præscripserit reo certam illam summam, quam excedere non debuit seruando fines mandati, *vt §. is qui exequitur. Instit. manda.*

¶ Vt autem depositi directa & contraria est actio, ita & mandati, & pro earum actionum diuersitate, diuersa quoque est libellorum forma. Superior itaque directæ est actionis, quo fit vt & contrariæ mandati actionis formam subiecerimus hic verbis conceptum: *Item proponit in iudicio Actor, quod reus ipsi mandauit, quod emeret sibi pro centum libris Turonensibus fundum Titianum, situm ad SanctumCæsarium, sic & sic confrontatum. Item dicit & proponit quod suscepto gratis prædicto mandato, emit illum fundum pro precio prædicto, & accepit à Sempronio Iudæo prædictas centū libras Turonens. ex causa mutui sub vsuris:*

scil.quatuor denarijs in mense pro libra: quas centum libras Turonens.soluit venditori, & dictum fundum per traditionẽ accepit. Item dicit & prop. quod proxenetæ ex inde habuerunt ab eo decem solid. Turon.pro corractagio dictæ emptionis. Item & expendit dictus actor alios decem solid. Turon.in eundo ad dictum S.Cæsarium,ad videndũ dictum fundum & eius confrontationes. Vnde cùm dictus actor paratus sit restituere dicto reo dictum fundum: agit contra eum, vt prædictas centum libras Turon.sibi det,& alia,quæ prætextu mandati præd. expendit. Et petit à vobis &c.vt dictum reum ad dandum præd. centum libras Turon. pro precio dicti fundi & in xxxiij.solidis & iiij. denarijs,pro vsuris pro vno mense dicto Iudæo debitis,& in decem solid. Turon.quos expendit eundo ad dictum S.Cæsarium, & dandis his actori. per vestram sententiam condemnetis &c.

Probatur *ex l idémque,§.Idem Labeo,& l.si verò non remunerandi,§.si mihi mandaueris,ff.manda.*Notandum autem, quod si mãdatarius habuerit pecuniam ociosam, ipse de ea precium soluere:quia susceptũ mãdatũ tenetur mandatarius omni modo adimplere. *vt l.si mandauero,§.sicut, & l.si quis alicui,§.qui suscepit,ff.d.t.manda. & fac.argu.l.in commodato,§.sicut,ff.cõmo.*Illud etiam facere debet,quod diligẽtissimus faceret,cùm & de leuissima culpa teneatur,*vt l.à procuratore,C.mãda.*& ille non debet ab alio dãno vsurarũ accipere,quod ipse habet ociosum.Nec posset ipse pro pecunia sua vsura petere, cùm sint hodie prohibitæ,*vt no.in auth.ad hæc,C.de vsu.*verumtamen si mandatar. pecunias non habuerit pecuniam ociosam,illam sub vsuris ab ipso Iudæo accipere potuit,cui permittitur vsuras recipere certa quãtitate:s.quatuor denarios pro libra in mẽse ex veteri cõsuetudine inter Iudæos Mõtispesulanos recepta. Itẽ rectè petũtur decẽ pro proxenetis: quia proxenetica iure licito petũtur.*vt l.j.ff.de proxenet.*Quod enim mãdatarius bona fide impẽdit,illud omne debet recuperare.*l.si verò nõ remunerãdi,§.si mihi,ff.mãd.*vnde & rectè petuntur expensæ factæ in eundo ad S.Cæsariũ,*vt d.l.si verò.& d.l.idémq;,§.idẽ Labeo.& l.si quis alicui,§.impendia,ff.e.& fac. l.à tutoribus.§.fi.ff.de adminis.tut.* Huic verò forte deducentur impẽsæ,quas aliàs facturus erat in domo sua,*ar.l.sed & si hæreditas.§.j.ff.ad exhib.*Rectè deniq; offertur fundi restitutio : aliàs dictus actor mandatarius repelli posset exceptione,*arg.l.qui pendentẽ.ff.de act.empt.*

& l.j.

& l.j.§.is autem.ff.de superficieb. Huic denique actioni depositi plura requisita not. Doct. *in d.t.depos. & vid.sup.in rub. De deposito in part.ij.*

De actione Tutelæ.

¶ *Item dicit & proponit quod reus † fuit legitimus seu in testamento, vel per iudicem secundum quòd casus euenit. Datus eidem actori tutor. Qui quidem reus bona ipsius tunc pupilli rexit & administrauit: fructus, iura & emolumenta percepit: de quibus nullam rationem reddidit, nec reliqua quæ supersunt restituit. Quare* &c. *petit condemnari dictum reum ad reddendum plenam & debitam rationem, de per eum administratis: necnon ad dandum, soluendum, tradendum, & restituendum eidem actori omnia & singula bona in inuētario conscripta simul cum fructibus prouenientibus & redditibus per ipsum habitis & perceptis, ex bonis prædictis, & cum reliquorum omnium integra satisfactione. necnon etiam damnorum, interesse & expensarum præstatione & redditione.* probatur præscripta forma *in l.j.§.officio. & in l.nisi finita.ff.de tute. & ratio.dis.& in l.ij.& l.rationes.C.de admi.tuto.* Et vtrobique per Doct. notantur requisita ad hanc actionē *vt s.par.ij.ti.de tutelis.* 235

De Feudo aperto.

¶ *Quod † actor infeudauerat eidem reo castrum Sancti Cosme, & pro quo dictus reus in omnibus capitibus fidelitatis fidelem se erga dictum actorem habiturum promiserat & iurauerat: ijs tamen non obstantibus dictus reus contra naturā feudi & fidelitatis formam directè veniendo, pluresque felonias committendo, dictum actorem atrociter verberauit, vel verbis opprobriosis, procacibus & contumeliosis iniuriatus fuit* &c. Cape articulum infidelitatis, qui occurret, *Quare ex ijs petit &c. ex causis præmissis pronunciari & declarari dictum reum à iure, quod in dicto castro habuerat fuisse & esse priuatum. aut saltem priuandum, ipsumque castrum seu feudum fuisse & esse aptum dicto actori, & ad dictum actorem reuolutum: eademque sententia petit dictum reum ad reddendum, dimittendum seu relaxandum eidem actori dictum castrum cum pertinentijs suis, necnon omnibus dānis, interesse & expensis factis & fiendis sustentis & sustinendis per dictum actorem condemnari, condemnatumque* &c. vt suprà ista quoque forma fidelitatis probatur *ex tit. Feudor. de noua fidelitatis forma, & ex tit. qui* 248

cau. feu. amitt. a. xij. q. vlt. c. de forma. de excess. præla. cap. graue. Cætera requisita vide supra *in rubrica de contractu feudali, parte ij.*

De commisso emphyteosis.

241 ¶ Hunc libellum † potes formare ad instar præcedentis mutata narratiua: quia in ista forma causæ commissionum sunt: s. cessatio solutionis canonis: deterioratio rei non facta inuestitura: Recognitio denegata per emphyteotam, quę causę vel earum altera, secundū quòd accidit, debent narrari. Item si emphyteota alienauerit irrequisito domino, agit dominus directus contra emptorem rei vendicatione. De quo vide sup. *in tit. de loca. & conduc. parte ij.* De petitione hæreditatis ab intestato. ¶ *Quod*
242 *Titius † decessit ab intestato sine liberis & descendentibus, relicto ipso actore eius fratre vnico, qui eidem ex iuris communis dispositione tanquam proximior in gradu ab intestato successit. Quam quidem hæreditatem dictus reus detinuit & occupauit, vt & adhuc detinet & occupat: illámque eidem actori reddere & restituere recusauit, & adhuc recusat indebitè & iniustè &c. Quare petit &c. pronunciari & declarari, dictam hæreditatem eidem actori pertinuisse & pertinere: & eadem vestra sententia eundem reum ad reddendum & restituendum, dimittendum seu relaxandum eidem actori dictam hæreditatem, résque & bona hæreditaria, vnà cum fructibus, damnis interesse & expensis &c. condemnari &c* Probatur *ex l. j. secunda & tertia. ff. de peti. hæred.*

¶ Aduertendum tamen est, quòd aliquotiens actori non competit integraliter & insolidum hæreditas, sed pro parte *vt in rub. ff. si pars hæredit. pet.* & tunc practicus aduocatus deliberare debet, an illa pars sit clara & liquida, aut non. Nam si est clara & liquida, debet secundum illam partē proponere actionē, *l. j. in prin. & §. j. ff. d. t. si pars hæred. pet.* Si verò nō est liquida: puta, quia nescitur, quot partus posthumorum in vtero habeantur, & sic actor de certa quota deliberare non potest: tunc admittetur petitio incertæ partis ipsius hæreditatis. *dicta l. j. in fine. & l. antiqui, ff. si pars hæredit. petat. & l. cum quidam. ff. de acqui. hæredi.*

De Pe-

De Petitione hæreditatis ex testamento.

¶ *Quod Titius † instituit heredem suum vniuersalē ipsum actorem, prout de dicta institutione constat in instrumento publico in notam sumpto & recepto per magistrum Petrum Pagani notarium Nemen. quam quidam institutionem acceptauit & acceptat ipse actor: quam quidem hæreditatem ac bona hæreditaria eiusdem dictus reus detinet & occupat, restituereque, dimittere & relaxare eidem actori contradixit & contradicit indebitè, iniustè & sine causa. Quare petit & requirit &c. pronunciari & declarari ex causis præmissis, dictam hæreditatem eidem actori pertinuisse & pertinere, ipsúmque actorem in possessionem realem dictæ hæreditatis & bonorum immittendum fore, & immitti debere eadémque vestra sententia: ipsum actorem in possessionem amoto dicto reo, & alio quolibet illicito detentore et occupatore, induci et ipsum inductum manu teneri et defendi: paritérque eadem sententia petit dictum reum condemnari et condemnatum cogi ad reddendum et restituendum fructus per eum perceptos si extant: Sin autem pro illorum valore decem libras Turonen. iudiciali taxatione salua: vna cum expensis etc.* Fundatur & probatur libellus *ex lec. & nota. in l. fi. C. de edicto diui Adriani tollen. & l. item veniunt. §. fructus. ff. de peti. hæreditatis.* Quæ autem veniant in restitutione hæreditatis, vide *in l. item videndum. §. fi. cum sequen. vsque ad fin. titu. ff. de petit. here.* quæ ideo hîc à nobis omittuntur, quia lógissimum esset hæc omnia deducere.

243

¶ Notandum tamen est, quòd iste libellus procedit, vbi actor nũquam habuit possessionem hæreditatis, quia si habuisset vel a pretore, vel à iudice, quod hodie sufficit, *vt C. qui admit. ad bon. pos. l. vlti. & Inst. de bon. poss. §. vlt.* & si tamen priuatus fuisset: cõpeteret sibi rei vendicatoria bonorum pos. & concluderet hæreditatem cum fructibus restitui. *ff. de peti. heredi. l. sed si. §. petitio. & Insti. de acti. §. sequens. & ff. de peti. heredi. l. item videndum. § fi. & ff. de possessor. heredi. peti. l. 4. & ff. de peti. heredi. l. veniunt. § fi.* Quod autem dictum est de fructibus, recipit distinctionem, de qua agitur *per Glossa & Doctores in d. §. fructus. & in §. petitam. ea. l.*

Quando petitur hæreditas in vim substitutionis.

144 ¶ *Quod Sempronius † olim suum condidit testamentum, in quo Seium heredem instituit, eidémque substituit ipsum actorem per talia verba* &c. insere ea iuxta dispositionem testantis. *Et quia dictus heres hereditatem non adiuit, vel si adiuerit, sine liberis decessit, & ex his vel aliis secundum casus accidentiam conditio substitutionis euenerit, & hereditas dicti testantis ad ipsum de iure peruenerit. dictus tamen reus de facto cũ de iure non posset, dictã hereditatem occupauit & detinuit, adhuc detinet & occupat, illámque reddere & restituere contradixit & condicit: licet pluries & debitè requisitus in ipsius actoris maximum praeiudicium. Quare petit* &c. *declarari dictam hereditatem pertinuisse & spectasse, pertinere & spectare debere dicto actori, ipsúmque reum condemnari ad reddendum & restituendum dimidiam partem si institutus erat filius testatoris. Quia secundum communem sententiam detrahitur duas quartas, vt in cap. Raynutius. & in cap. Raynaldus, de testa. vel nouem vncias si institutus non erat filius: quia alij non detrahunt, nisi Trebellianicam vnà cum fructibus perceptis, & qui percipi potuerant à tempore ipsius institutionis citra nec non cum omnibus damnis interesse & expensis condemnari* &c. Aduertendum tamen est, quòd in materia substitutionum directarum, quæ directè transeunt ad substitutos sine ministerio hominis, procedit prædictus libellus: sed in obliquis seu fideicommissariis, in quibus bona testatoris non transeunt ad substitutum directè, sed ministerió hominis, tunc aliter concluditur: scilicet quòd ille talis detentor, si sit talis per cuius manus debeat fieri restitutio, cogatur ad restituendum *per l. cogi. & l. nam quod. §. j. & l. postulante. ff. ad Trebellian. cum suis concord.* Si verò ille, qui detinet, non sit talis persona, per cuius manus debeat fieri restitutio fideicommissi: tunc priùs agendum est contra illum qui restituere tenetur, vt restituat saltem verbaliter *per dicta iura cum in eis notatis.* & demum, facta restitutione, agat contra possessorem seu detentorem, intentando fideicommissariam hæreditatis petitionem *per l. fina. ff. de fideicommiss. heredi.*

petit.

Petit. de qua suprà dictum est. Et est sciendum, quia in libello concluditur ad fructus: quod Vbicunque hæres, vel alius rogatus dare legatum, vel restituere hæreditatem, est in mora: tenetur non solum ad omnes perceptos: rerum etiam & ad fructus, quos legatarius vel fideicommissarius hæres percipere potuit, *per lecta & nota in l. apud Iulianum. in prin. ff. de leg. j. & l. si qui fideicommissum. ff. de leg. iij.*

De Practica & vsu legum Regiarum penes possessoria interdicta.

R V B. I I.

Argumenta.

1. Leges Regiæ duæ in Gallia vsitatæ penes possessoria interdicta quæ.
2. Legum Regiarum circa possessoria quanta sit vtilitas.
3. Possessionis diuisio genere qualis.
4. Possessionum Schema legum regiarum.
5. Possessio in genere quid sit.
6. Possessionis definitio communis quæ.
ibid. Possessionis veræ seu naturalis tantum quæ sit descriptio.
7. Possessionem naturalem habentibus seu tenutam; vt competant interdicta possessoria, seu remedia legum regiarum.
8. Colonus.
9. Inquilinus.
10. Vsufructuarius.
11. Emphyteuta.
ibid. Vasallus,
12. Precario possidens,
&
14. Superficiarius.

(8–14:) Qualem habeat possessionem, & quandiu ei remediū possessorium competat, num. 13.

15. Possessoria interdicta, cur dentur colono, inquilino, vsufructuario & aliis id genus.
16. Possessorium interdictum, vt ei competat, qui emit à non domino, ante vsucapionem completam.
17. Interdicta directa vero domino, vt vtilia quasi domino competant.
18. Interdictorum directorum & vtilium, qualis sit conuenientia & differentia.
19. Dominium fictum, vt transeat in rerum completa vsucapione.

48. Spo-

48. Spoliatis & vi à possessione deiectis, vt iura prouideant.
49. Violentia vt circa possessoria quatuor modis committatur, veluti, expellendo, compellando, inquietando aut auferendo.
50. Violentiis aduersus possessiones commissis, vt occurratur.
51. Articulandi forma, ad obtinendam recredentiam, seu vindicias.
52. 53. Possessorium { Semiplenum & Plenum } quod.
54. Possessio vera, vt in se ius habeat: & quę sit possessionis definitio. vid. nu. pręced
55. in Possessorio obtinens, vt non excludat aduersarium in petitorio.
56. Sententia lata in possessorio, quando noceat in petitorio: & è contrà.
57. Articulantium in possessorio, per iustificationem petitorii, qualis sit practica.
58. Probationes omnes vt admittere debeat iudex penes interdicta possessoria.
59. Protestatio pragmaticorum in interdictis persequendis, *Quod non intendunt petitorium deducere, nisi ad confortationem possessorii*, quid operetur.
60. Articulorum possessorii qualis sit forma.
61. Inquestæ seu Testium depositiones & Probationes, vt clausæ à commissariis ad Curiam deferendæ sint.
62. Prouisio seu Possessio } momentanea quæ.
63. 64. Legum regiarum { Primum Secundum } caput quale.
65. Legum regiarum de possessionibus tam primi, quàm secundi capitis vsus. vid. & nu. 66.
67. Iudex quæ considerare debeat, antequam ad definitionem procedat respectu secũdi capitis legum regiarum de possessionibus.
68. Possessorii primi capitis requisita quæ.
69. Dominium rei cõtentiosę vt in beneficialibus sit probandum.
70. in Beneficialibus habens titulum, vt non habẽti præferatur: nisi in quibusdã casibus, de quibus nu. seq.
71. in Beneficialibus, qui per triennium pacificè possedit etiam sine titulo, vt habenti titulum præferatur.
72. Inlocutionis adiudicationis recredentię possessionis forma qualis sit.
73. Facta contraria, vt aduersus recredentiam dare liceat.
74. Articulos producendi in secundo capite pleni possess

sorii forma qualis.

ibid. Articulandi vt non possit certa forma dari.

75. Possessionem vi,clam, vel precario impetrantem habuisse,vt pluribus modis probetur.

76. 77. 78. Possidere { Vi, Clam aut Precario } quid sit.

79. Precarii & commodati differentia quæ.

80. Interdictum contra precario possidentem, intentare volenti,quid necessarium.

81. Probationes factæ in summario iudicio,vt non præiudicent in plenario.

82. Probationes factæ in primo capite possessorii, vt prodesse debeant in secũdo,cùm pro vno processu habeantur.

83. Articulandi latiùs, vt in probationibus possessorii resarcito detur licentia: & qualis sit huius forma.numer.84.

85. Reo vt nihil licere debeat,quin,& actori liceat.

86. contra Testes, vt obiicere liceat : & quàm multę sint obiiciendi causę.nu.87.

88. Testes,sibi inuicem contrarii,vt repellantur.

89. Testes,vt contrarii dupliciter dicantur.

90. Testes,vt varii repellantur.

91. Testium contrariorum, & vacillantium, quę sit differentia.

92. Testes,qui sint varii.

93. Testes vacillantes qui.

94. 95. 96. Testes periuri, Testes infames, Testes falsarii } vt repellantur.

97. Falsarius testis quis dicatur.

98. Testes singulares, vt repellantur : & quare : & qui dicantur singulares.vid.nu 99.

100. Testis vnius vox,vt quandoque operetur.

101. Testes non iurati,vt repellantur.

102. Testes vt in facto proprio non admittantur.

103. Factum proprium,quoad testimonium dicendũ,quod dicatur.

104. Testes non reddentes vel causam dicti sui, vt repellãtur.

105. Testis non interrogati de causa,vt valeat dictum,nisi in quibusdam casibus,de quib.nu.seq.

106. Testis dum deponit super dominio, vt dominii causam dicere debeat : & quatenus Dominiũ per testes probetur.

107. Testis de alieno auditu deponens,vt non admittatur.

ibid. Testis quilibet vt de proprio sensu debeat deponere.vid.& 109.

petrationem & executionem turbantis.
138. Testium numerus vltra decem, vt effrænatus dicatur, nec admittatur, nisi cum dispensatione.
139. Iudex quid in iudicando de turbata possessione considerare debeat antequam iudicium ferat.
140. Possessio continua vt probetur.
ibid. Possessionis turba vt probetur.
141. Possessionem per instrumenta probare, vt non sufficiat.
142. Possessionem alicuius qui turbat, an pœnitere possit turba illata.
143. Legum regiarũ de possessionibus effectus, vt sit, quod ablata per turbantem restituantur turbato.
144. Possessorii impetratus, si clarissimè doceat de vero titulo, impedietur resarcimentum ferendum.
145. Ordinario cõmissarii in possessoriis vt tripliciter diuersificetur.
146. Sententiæ commissarii circa possessoria qualis sit forma.
147. Sententiæ forma qualis quando impetrans non iustificat possessionis titulus, vel impetratus opponit.
ibid. Sententiæ commissarii forma, quando originarius impetrans competet.
148. Possessionis iuribus melioribus si impetratus, & impetrans secundo loco fulciatur, vt pro eo contra originarium impetrantem feratur sententia.
ibid. Sententię pro impetrato contrà impetrantem forma.
149. Possessione ab vtraque parte probata, quid fieri debeat, quídve iuris sit.
150. Petitorii & possessorii ęqualitate existente, quid faciendum.
151. Sententię forma qualis sit, vbi pronunciandum *vti possidetis ita possideatis.*
152. in Legum regiarum de possessionibus, primis capitibus, vt duo regulariter cessent. primò, obiectus contra testes, secundò appellatio ab ordinatione.
153. Testium reprobatio, vt non admittatur regulariter in iudicio summario.
154. Exceptio requirens altiorem indaginem quàm iudicium vel causa, ad quod vel quam, proponitur, vt deferatur in alio iudicio.
155. à Possessione momentanea, vt regulariter non admittatur appellatio.
156. Appellari, vt possit à denegatione visionis seu concessionis copię commissionis.
157. Commissarius quilibet, nisi doceat de sua commissione, vt priuata persona censeatur.

Appella-

158. Appellari vt possit, { Ab arcta dilationis concessione.
159. & Ab audientiæ denegatione.

160. Iudex litem suam alterius partis faciens, vt aduersæ parti teneatur ad omnia damna & interesse.

161. Appellatio sinè iusta causa interposita, vt sit refutanda.

162. Appellationum exordiis,vt non possit dari certa forma.

163. Appellationi respondendi forma qualis sit.

164. Legis regię de nouis dissaifinis secūdi capitis forma seu processus.

165. Manutenentiæ petitio contra manum regiam qualis sit in vsu.

166. Articulandi in secundo capite legis regię de nouis dissaisinis forma qualis sit.

167. Articulorum replicatorialium forma,qualis.

168. contra Testes & documenta obiiciendi forma qualis.

169. Sententię tenor qualis sit in secundo capite legis regię de nouis dissaisinis.

170. Appellantibus,vt respōdeat iudex seu commissarius pro confirmatione suę sententię.

ibid. Appellationis tenor qualis.

171. Causę quę in iudiciis aguntur, vt sint in duplici differentia.

172. Litis contestatio formalis,vt nō exigatur in iudiciis, in quibus summariè proceditur.

173. Litis contestatio vt fiat negatiuè vel affirmatiuè.

174. Iuramentum calumnię,vt in circa tempus litiss contestatione incidat aliquando , & vt tacitè remitti possit à parte parti.

175. Iuramentum calumnię , vt quatuor contineat capita.

176. Iuramentum calumnię,vt exigere possit iudex.

177. Iurare nolens,vt pro confesso habeatur.

178. Iurare , vt teneantur principales personę si adsint aut compareant in iudicio.

ibid. Iuramentum calumnię , vt absente parte per procuratorem pręstari possit.

179. Iuramentum vti ab vtràque parte defertur,quis prius præstari teneatur.

180. Iuramentum calumnię , vt expressè remitti non possit.

181. Reus si respondeat obscurè litem cōtestando, vt clarè respondere compellatur.

182. Respondere dubitanti , vt detur tempus ad deliberandum.

Dictum est suprà vt in actionibus & interdictis procedatur de iure communi: verùmtamen quia Alius est hodie in hoc Galliæ regno stylus & vsus procedendi secundum leges regias regni Francorum in expeditione possessoriorum vtilissime introductas: Ideo de illis legibus nouam fecimus rubricam. Harum autem vna vocatur † *Querimonia nouitatis.* Alia verò *Querela dissaisinæ*: quarum vtilitates fundatæ sunt super theorica *l. is qui destinauit. ff. de rei ven.* rationes verò illarum super interdictis recuperandæ & retinendæ possessionis: etiámque naturalis, per habentem ciuilem secundum diuersas practicas & modos practicandi illarum, in idem effectualiter tendentium, hodie apud nos in vsu & stilo tritissimarum, immò trutinatissimarum: & in tantum, quòd quia stylus & praxis illarum animos rusticorum pulsauit, deferûntur omnes viæ ordinariæ agendi & experiendi pro hæreditatibus, substitutionibus & fideicommissis: & intẽtantur remedia possessoria, ac si ipso iure essent aditæ, transmissæ, aut restitutæ hæreditates: Quæ practicæ, dum tamen eis quis non abutatur, fuerunt † summè vtiliter adinuentæ in fauorem pauperum & ruraliũ virorum, qui in decem diebus assequuntur, quod olim via ordinaria interdictorum, in decem annis non assequebãtur. Et quamquam in tantum, vt præmisi apud nos inoleuerit dictarum legum stylus & practica, quòd quasi ridiculum videatur aliquid de eis scribere: ad instructionem tamen minorum aduocatorum, aliqua de praxi illarum iuxta stylum præsentis præsidatus seu senescallæ Bellicardi & Nemausi, breuiter subnotabo. Et pro euidentia subdicendorum præmitto, quòd possessio in genere subdiuiditur. Et primo † vt vult Iurisconsultus *in l. ij. §. genera. ff. de acqui. pos.* diuiditur in duo membra: scilicet in ea, quæ fit cum bona vel mala fide. Alia fit diuisio. *in c. cum nostris, de concess. præben.* vbi diuiditur in possessionem iuris tantum facti tantum, & possessionem iuris & facti simul. Alij in ciuilem tantum, naturalem tantum, & ciuilem ac naturalem simul. *vt in glo. l. j. C. de acquiren. possess.* Alij in vacuam & non vacuam *gloss. in l fin. C. vnde vi.* Alij verò diuidunt, in possessionem propriam impropriam, & impropriè sumptum. Et quamquam præfatæ diuisiones & differentiæ sint veræ: sunt tamen nouis pra-

uis practicis difficiles. Et ideo, quia hoc opusculum nouis practicis edidi, legis etiam regiæ hanc rub. adieci, penes possessoria in illorum gratiam. Et illa ad clariorem intelligentiam in sex membra distinguere decreui: vt seques figura edocet,

Typus siue Schema diuisionis possessionum secundum leges Regias.

Possessionum alia † est.
- Vera tantùm, seu Naturalis tantùm,
- Propria tantùm, seu Ciuilis tantùm,
- Vera & propria simul, seu Naturalis & ciuilis simul.
- Non vera, seu Precaria,
- Impropria tantùm, seu Clandestina,
- Non vera & impropria, seu Violenta.

4

Caplo hîc igitur primum membrum: videlicet possessionis veræ tantùm. Et incipiam eius & cæterarum specierum declarationem à definitione cuiuslibet speciei. Quæ quidem diffinitiones probantur ex iuribus & singulis membris ipsarum allegatis. ¶ Quæro † igitur primo, Quid est possessio in genere sumpta. Et est insistentia causæ possidēdi factáque in his quatuor verbis generaliter prolatis comprehenduntur omnes species & membra præmissę figuræ. Nam siue veræ tantum siue non veræ tantum: siue propriè tantum, siue impropriæ tantum: siue veræ & propriæ non veræ & impropriæ: siue alterius cuiuslibet specierum, tā in figura, quā extra supra enumeratarum, possunt sub iis verbis comprehendi, ex quibus præfata diffinitio satis potest dici generica, pro eo quòd definitio generica, debet esse talium verborum conflatu contexta, quòd verba conueniant omnibus speciebus sub genere contentis *per lec. & nota. in §. plebiscitum Inst. de iure natu. gen. & ciuili.* Quod † tamen non faceret, si definiremus possessionem seu possessorium, vt communiter solet definiri: scilicet ius insistendi rei corporali non prohibitæ possidendi. Nam Primō verbum *ius* non conuenit violentæ & clandestinæ, cum sint præter & contra ius. *vt in ti. ff. quod vi aut clam.* Et tamen sunt species sub genere contentæ. Secundum verbum, est *Insistendi*, satis scilicet genericum. Tertiò verba *rei corporalis* non conueniunt ciuili tantum, cum possidens non insistit rei. *l. si quis fundum, cum ibi not. in prin.*

5

6

ff.de acquir.pos. Quartò autem, & vltimò, verba hæc, videlicet *non prohibitæ possideri*, non conueniunt precario sine tempore, quòd licèt sit permissum, per hoc tamen non est vera possessio: quia reuocabilis est ad nutum. *ff. de preca. quasi per tot.* Et hæc pauca definitione generica sufficiant. ¶ Venio iam ad definitiones specificas, primo ad primum membrum videlicet possessionis veræ seu naturalis tantum. Definitur igitur sic. Est possessio naturalis insistentia rei ab alio ciuiliter possessæ, animo vtendi re possessa facta. Et hæc dico: quia in possessione vera seu naturali tantum, consideratur sola detentio principaliter *vt vult Glo. in l. naturaliter. in prin. ff. de acquirenda pos.* Et ideo dico *animo vtendi*: quia illum animum habent fructuarius, colonus & inquilinus: qui licet propriè non possideant *per lec. & no. in l j. & in d. l. naturaliter. ff. de acqui. pos. & in §. possidere. Institu. de interdic.* verè tamen seu naturaliter possident: prout possessio ex lata vi & significatione vocabuli comprehendit pedaneam & corporalem possessionem seu tenutam. *d. l. j. in prin.* veruntamen est, quòd illa talis naturalis possessio seu tenuta, operatur suos effectus principales fauore habentis ciuilem. vti patris, domini, locatoris, constituentis & similium. Et filius, seruus, colonus, inquilinus, fructuarius & similes sunt instrumenta naturalia, quibus possessio ciuilis exercetur in naturali, per regulam qua cauetur, quod is possidet, cuius nomine possidetur, de qua *in l. quod meo. in prin. ff. de acqui. pos.* ¶ Et
7 quòd † habentibus naturalem seu tenutam, competant interdicta possessoria, seu remedia dictarum legum re-
8 giarum pluribus probatur. Primò † de colono probatur *ex lectis & nota. in l. j. §. deiicitur. & in l. colonus. versi igitur. ff. de vi & vi armata. & in l. communi diuidundo. §. neque. ff. communi diuid.* & ad contrarium. *d. l. non solum. §. cum hæc. ff. de vsucap.* Responde *vt Glo. d. §. super verb. Recipienda:* videlicet nullam possessionem competere præiudicialem habenti vtilem, vel nullam scilicet ciuilem *vt vult glo. in eo. §. nequaquam. in verbo possideant.* Et quod colonus habeat naturalē, clarè tenet *Glo. in l. si id quòd. §. j. super verbo Intelligimus. ff. de acquirenda possess. & fa-*
9 *cit. l. quamquam. ff. quod vi aut clam. De † inquilino, probatur, ex lectis & notatur. in l. ædem. & l. emptorum.*

C.

C. loca. & l. si vt certo. §. si duobus. ff. commo. cum vtrobique notatis. De † vsufructuario, *ex lec. & nota. in l. iij. ff. de vsufruct. l. in prouinciali §. fin. ff. de oper. noui nunciat. l. j. & fi. ff. vti. possi. ex §. equè. Institu. de actio.* 10
De † emphyteota & vassallo, probatur *ex notatis in dicta. l. si vt certo. §. si duobus. & in l. iij. §. econtrario. ff. de acquirend. poss. & in l. si finita. §. si de vectigalibus. ff. de dam. infec. & in l. cum sponsus. §. in vectigalibus. ff. de publicia. & in l. j. & quasi per totum. ff. si ager. vectiga vel emphyteot. pe.* De † precario possidente, probatur *ex notatis ex l. in rebus. §. j. & in l. et habet. §. eum qui. & in l. qui precario. ff. de precario, cum similibus.* ¶ Quod autem † dixi dari eis remedia possessoria interdictorum seu dictarum legum regiarum, intelligo ad tempus colonatus, inquilinatus, vsufructus, aut precariatus. *d. l. in rebus. §. fi. cum l. sequen. ff. de preca.* Emphyteota verò † aut vassallus habent perpetuo vt & similiter superficiarius *per lecta. & nota. in l. j. §. proponitur. & §. fi. ff. de superficiebus. pro quo etiam faciunt lec. & notata. in l. litibus. C. de agri. & censi. lib. xj. & est glos. in l. iij. C. vbi in rem actio.* 11 12 13 14

¶ Et † licèt propriè non possideant, verè tantum possidenti & ideo dantur eis interdicta possessoria. Sed pone † aliquis emit à non domino, quem tamen dominum esse credebat, & possedit: sed præscriptio non est completa, An ei cōpetet interdictū? Dic, quòd sic: quia verè seu naturaliter possidet. Et quemadmodū † vero domino turbato, cōpetunt directa interdicta: ita etiā quasi domino cōpetunt vtilia, quorū † idem est effectus, salté tuendæ possessionis. ideóque ante completam præscriptionem, competunt vtilia. *l. si ego. §. j. ff. de publi. l. quotiens ff. si ser. vendi. & in d. §. proponitur.* Post verò cōpletam competūt directa: quia fictum † dominiū transiuit in verum *per lec. & nota. in l. ij. & l. si emptor. ff. pro empto. & l. nō est mirum. ff. de pig. actio.* Et ille casus sæpe contingit. Propria verò † tantum, seu ciuilis tantum, potest sic definiri. quod est ciuilis insistentia rei naturaliter permissæ possideri alterius ministerio factā. Et dictū est *alterius ministerio*: quia alterius ministerio exercetur: *l. j. in prin. & ibi gl. sup. verb. naturaliter. & §. per seruū. ea. l. naturaliter. & in l. iij. §. ecōtra-* 15 16 17 18 19 20

rio.& §.Neratius.ff.de acqui.pos.& in l.acquiritur.§.non so 21 *lum.ff.de vsucap.* Et dantur † ciuiliter possidenti interdicta seu remedia dictarum legum regiarum.*per lec.& nota.in l.clam possidere.§.penul. & §. qui ad nundinas. & ibi* 22 *glo.ff.de acqui.pos.*Et intelliguntur † turbatus, possidens ciuiliter, cùm is cuius ministerio suam possessionem exercebat deiicitur à possessione *per let. & nota. in l. j.§. non autem.cum sequen.ff.de vi & vi arma.*Et ideo quandiu possidens naturaliter tantum,non est expulsus,non com petit interdictum ciuiliter possidenti *dicta.l.j.§. si quis.ff.* 23 *de vi & vi arma.*Veruntamen posset etiam habens † ciuilem turbari extra personam habentium naturalem: putà,quia aliquis tertius vult vsurpare iura feudalia vel emphyteotecaria, quæ domini habent in vassallos vel emphyteotas.Nam tunc habens ciuilem,potest intẽtare interdictum:licet non sit deiectus vassallus, vel emphyteota à re feudali vel emphyteotecaria, *per lect.& not.in l.secunda.C.vbi in rem actio.& in l.cuiuscunque.ff.de vsufru. & per lec.& not.in dicto.§.equè. Insti.de actio.* ¶ Vnum ta- 24 men not.quòd si † habens ciuilem succumbat in interdicto,per hoc non præiudicatur habenti naturalem: nec econtra *per lecta & nota in l.Pomponius.§.si is qui.ff.de ac-* 25 *qui.posses.& super rub.ff.de rei ven.*¶ Vera † & propria,seu ciuilis & naturalis possessio, potest sic definiri. quòd est iuridica insistentia rei non prohibitæ, sed permissæ possideri per se,vel suo mandato facta. Hæc definitio omnia membra comprehendit, siue quis per seipsum, siue per filium,seruum,procuratorem, tutorem,curatorem, creditorem,depositarium,aut quemcumque familiarem possideat:& comprehendit effectus tam naturales,quàm 26 ciuiles: quia simul concurrunt. Qui quidem effectus † probantur ex multis legibus.Nam primo parit vsucapionem seu præscriptionem. *vt toto titu.ff. de vsucap. & in l. iij.§.econtrario. ff.de acqui.pos.& in l.malè agitur. C. de præscrip.xxx.vel xl.annor.& in l.comperit.eod.tit.& in l. finita. §.si vectigalibus.ff.de dam.infec.cum multis similibus præalle.* & in hac specie nullum cadit dubium, quin competant interdicta & dictarum legum regiarum remedia &c. Et sic pro primis membris hæc sufficiant. Nunc venio ad 27 alia. Et primo † ad non veram seu precariam, quæ sic potest definiri. quod est ab initio permissa insistentia

rei propter sequentem voluntatis concedentis mutationem, aut temporis effluxionem prohibita. In qua † quidem definitione duæ sunt notandæ species precarij: Vna, quæ fit sine præfinitione temporum: alia, quæ fit cum præfinitione. Et pro prima † competit interdictum precario possidenti contra omnes, excepto cōcedente: quia turbando reuocat precarium per quam reuocationem desinit rogator precarij possidere *vt tit. ff. de preca.* Et ipso desinente possidere, non potest intentare interdictū retinendæ: sed neque recuperandæ, cùm non habet ius in re, nec ad rem. Sed contra alios tertios habet interdicta seu remedia dictarum legum regiarum vtilia: vt supra dictum est in vera seu naturali tantum, & hoc est satis expressum *in l. j. §. fi. ff. vti pos. vbi glo.* ¶ Pro † secunda vero specie: scilicet quando est cōcessum ad tempus. *vt in l. in rebus. §. fi. cum l. sequen. in fi. ff. de precar.* competit interdictum roganti pro illo tempore, tam contra extraneos, quàm etiam contra concedentem: quia non debet fraudari tempore concesso, ex quo concedens se necessitauit tempore, per dicta iura. & facit quod volunt Glo. & Doct. *in d. §. fin.* ¶ Nunc † de impropria dicendum est possessioné. Et dic, quòd impropria tantum, est idem quòd clandestina, & potest sic definiri. quod est inciuilis insistentia rei, animo appropriandi facta. Pro † ista verò nullum datur regulariter interdictum, nec vllum competit dictarum legum regiarum remedium *ff. quod vi aut clam. quasi per totum. ff. vti possi. l. j in prin. & in fine. gloss. C. de seruis fugi.* *Et † regulariter*: quia potest vitium clausulæ possessionis purgari, si habens ciuilem, negligit repetere naturalem, quam scit occupatam per clandestinum possessorem. Quia tunc videtur possessionem illam habere pro derelicta. *l. si idem. §. quod autem. ff. de acqui. possess.* Et sufficiet, si per annum integrum à tempore scientiæ occupationis neglexerit: quia interdicta in quorum locum leges † regiæ prædictæ subrogantur, sunt annalia. *per lec. & nota. in l. j. §. fi. ff. de interdic.* Et tempus † debet arbitrari iuxta materiam subiectam. *arg. eorum quæ vult Glossa. in l. fructum. §. j ff. de vsucapio.* Et dixi *à tempore scientiæ*: quia Ignoranti † non præiudicat. *l. quamuis saltus. ff. de acquiren. possess.* Similiter nec scienti: dum

28 29 30 31 32 33 34 35 36

tamen intra annum intentet remedia possessoria. ¶ Vlti-
37 mo, restat de non † vera & impropria: hoc est violenta dicendum. quæ sic potest definiri. quòd est iniusta insi-
38 stentia, animo vsurpandi facta. Et pro ista † nullum datur interdictum aut legum prædictarum regiarum remedium : quia violentus non possidet. *l. fina. in principio. ff. quod vi aut clam.* quod maximè dicitur in pre-
39 iudicium violenti. Quinimmò † violentatus, etiam si sine quouis titulo per prius possedisset remedium violentiæ ante omnia tamen venit restituendus *l. incerti iuris. C. de interdict. l. si quis conductionis. C. loca. l. momentanea. C. vnde vi. C. si per vim vel alio modo. l. j. c. in literis. de restitu. spolia. cum multis similibus.* Nec refert quòd violentans potior sit in titulo *per lect. in l. j. §. j. ff. quod vi aut clam.* posset tamen purgari vitium, si violentus alienaret in bonæfidei emptorem, qui per annum possideret *per lec. & nota. in l. semper. §. hic autem. ff. quòd vi aut clam. & in c. quia. Ext. de iudic. & ibi*
40 *Doct.* Generaliter † nota, quòd in omni possessione turbata, datur remedium dictarum legum regiarum, exceptis tamen casibus fallentiarum præannotatis singulis membris. Sciendum igitur, quòd † in querimo-
41 nia nouitatis, & in querela dissaysinæ proceditur per duo capita: scilicet per primum & secundum: & quod secundorum capitum vtriusque legis idem est effectus: scilicet, quòd pars potior in pleno possessorio manu tenetur, & manus regia, ac omne aliud impedimentum in rebus contentiosis per executionem primi capitis appositum, tollitur & amouetur: & pars in dicto capite secundo succumbens, in omnibus tam primi quàm se-
42 cundi capitum condemnatur. ¶ Quoad verò prima † capita ipsarum legum est differentia: quia ex primo capite querimoniæ nouitatis, fit sequestratio rei contentiosæ sub manu regia: & neuter contendentium est possessor, donec per iudicem oppositionis adiudicetur alteri partium gaudentia seu recredentia: Sed in querela nouæ dissaysinæ, remanet possessor in possessione sub manu tamen regia. ¶ Præsupponamus ergo nunc vnam impetrationem in casu querimoniæ nouitatis, & aliam in casu querelæ dissaysinæ. Et inde transibimus ad for-
43 mam practicandi. Forma † igitur literarum querimo-

niæ

n:æ nouitatis talis est, *Ludouicus Dei gratia Francorum rex*, &c. Forma verò † literarum querelæ nouæ dissay- 44 sinæ est talis. *Antonius de Lauro miles consiliarius*, &c. Quæ formæ in tanto vsu habentur, quòd non est opus inserere. Obtentis † igitur literis querimoniæ no 45 uitatis impetrans facit illas primò registrari penes registrum ordinarium curiæ regiæ vbi fienda imminet executio, & sic obtinet literas annexæ seu de pareatis, per quas mandatur primo seruienti regio super hoc requirendo, quatenus omnia vniuersa & singula in dictis literis querimoniæ contenta, exequatur: & hoc secundò. Tertiò, pars impetrans præsentat dictas literas cum annexa vni seruienti, & si potest homini literato, qui sciat facere processum suum manu sua propria. Si verò non reperiat talem, habeat alium cum adiectione notarij publici, qui suppleat defectum executoris. Quartò, faciat citari partem impetratam, & illam si possibile sit apprehendat personaliter: alioquin in domicilio agat. vt suprà diximus *in tractatu citationis*. citet inquam comparituram super loco contentioso die & hora opportunis: & caueat, quòd terminus non sit arctus, sed competens, & talis infra quem possit citatus verisimiliter instructus comparere: quia aliàs citatio non arctaret citatum, cùm esset indiscreta, *per ea quæ suprà diximus in materia citationis*. Quintò, euento termino, executor se exhibet super loco contentioso, ibique præparata aliqua honesta sede propter honorem regis, sedet, & pars impetrans de nouo quatenus opus est, cum modica præfatione alloquitur dictum commissarium, Dicens *Domine commissarie, de mandato vestro & ad instantiam talis vel talis impetrantis, fuit adiornatus talis vel talis impetratus ad hos diem locum et horam compariturus, visurus per vos, procedi ad interinationem (seu potius interminationem) et totalem executionem vestræ commissionis. Quare petit antequam ad vlteriora procedatur, summarium aprisiam siue informationem per vos fieri cum testibus hic præsentibus.* si iste sit locus ad quem pars compariturа fuit citata, item si dies & hora, quibus cōparere tenebatur sint euētæ, & tunc cō missarius facit summariam inquisitionem, quā aprisiam

dicimus, cum testibus ibidem præsentibus, de loco, die & hora prædictis. qui si ita esse reperit, facit fieri audientiam de parte, de cuius præsentia vel contumacia, quæ accusatur per impetrantem, impetrans narrat substantialiter contenta in suis literis, & concludit vt in eis: scilicet, se manu teneri, & parti impetratæ inhiberi ne turbet. Et si pars impetrata non compareat: tunc executor manu tenet impetrantem, & inhibet, inhiberique mandat, & iubet parti impetratæ, ne de cætero impetrantem turbet, inquietet, seu molestet: in possessionibus & saysinis, in quibus eundem impetrantem fuisse & esse reperit: & in signum præmissorum affigit arma regia floribus lilij depicta, in aliqua parte eminenti rei contentiosæ & hoc de quinto. Sexto, his gestis, executor gesta parti impetratæ intimat & inhibet, vt suprà. Et tunc impetrans respondet quod sibi videtur. Et de omnibus his executor facit mentionem in suo processu. Aduertendum tamen est, quòd aliquotiens aliqui impetrati, dum tales ei fiunt intimatio nes, se opponunt. Sed executor, qui iam functus est officio suo, eos non recipit: prouidetur tamen de remedio opponenti per iudicem oppositionis: scilicet per eum cui oppositio dictæ querimoniæ nouitatis dirigebatur, qui quidem iudex concedit literas impetrato, per quas citatur impetrans portaturus literas & expleta, visurus impetratum ad oppositionem admitti. Et tunc impetrās illas & illa portat, quibus portatis iudex admittit impetratum ad oppositionem, & facit quod fecisset executor si citatus coram eo comparuisset. ¶ Notandum tamen, † quòd antequam executor, vel iudex, admittant oppositionem, impetratus tenetur restituere ablata realiter, vel figuratiuè, super quo est attendendus tenor literarum querimoniæ. Nam, si mandatur fieri restitutionem, seu restabilimentum realiter, oportet quòd etiam fiat realiter, vt forma mandati obseruetur. *cap. cum dilecta. de rescriptis.* Si verò mandatur fieri restabilimentum sine illa adiectione, *realiter* tunc stylus habet, quòd recipitur figuratiuum cum promissione de faciendo reale arbitrio iudicis curiæ, cui oppositio dirigitur. Et hoc vltimum procedit ex eo, quòd verba illa per quæ mandatur fieri *re-*

47

stabili-

stabilimentum, sine adiectione dictionis restringentis significatum, sunt amouologa ad reale vel significatiuum restabilimentum. Et quia possunt verificari in figuratiuo, executores illam partem tanquam benigniorem sequuntur, quod videtur etiam consonum iuri, vt in simili dicimus in cautione præstanda. quia aut adiicitur verbum coarctans: puta, *idonea* vel *legitima*: vel non. Nam primo casu, non sufficit nuda, vel iuratoria. Secūdo sic. *per ea quæ leguntur & no. in l. sancimus. C. de ver. sig. & in ca. ij. de vsur. lib. vj. & in authent. generali. C. de epi. & cle. & in l. vnica. C. de assertione tollen.* Facto igitur restabilimento, altero de prædictis modis, reponitur res contentiosa ad manū regiam, & deputātur sequestri seu tertiarij, qui sub eadem manu regia dictam rem contentiosam ad saluum ius habentis lite pendēte, & donec aliud ordinetur, gubernāt, regunt, & administrant: & de reddendo computum & reliqua, quando & quibus pertinuerit in forma se obligant. Et his gestis recipitur impetrās ad oppositionem, & assignatur sibi terminus ad illam prosequendā in curia iudicis oppositionis. Et hic ordo rectè & iuridicè seruatur ad odium violentorum, qui nō debent audiri post, nisi purgata violentia. *ar. lect. & no. in l. si per impressionem. C. quod metus cau. & in ca. in litteris. & ca. sæpe. de resti spo. & in c. reintegranda. iij. q. j.* Et bona ratio est: quia iura † 48 voluerunt & volunt prouidere spoliatis & violentatis omni via ciuili vel criminali, agendo vel excipiendo. *vt in ca. cum dilectus. & ca. super spoliatione. de ord. cog. & l. j. §. nequit autem. & §. illud. ff. de vi & vi armata.* Quæ violentia turbatiuæ poss. † committitur altero quatuor modorum: scilicet expellendo, compellendo, inquietando, & auferendo. *vt not. Gl. in l. extat. ff. quod met. causa.* Et de 49 prima specie: scil. expulsiua, loquitur totius titulus. *ff. de vi & vi arma. & C. vnde vi de resti. spo. in antiquis.* De secunda specie: scil. de compulsiua, loquitur totus titulus. *ff. & C. quod met. causa.* De tertia scilicet inquietatiua seu turbatiua, loquitur totus titulus. *ff. & C. vti possidetis.* De quarta verò & vltima: scilicet ablatiua, loquitur totus titulus. *ff. de vi bono. rapt.* Et licet † aduersus dictas violen- 50 tias & species violentiarum diuersis remediis, actionibus, & interdictis succurratur: hodie tamen apud nos per alterum remediorum dictarum legum regiarum, quas

Regia statuta appellamus, nobis & clientulis nostris prospicimus per condictionem ex dictis statutis & legibus, prout facere possumus *arg. l. lec. & no. in l. j. ff. & C. de condictio. ex lege.* Et exequimur illas ad instar interdictorum, siue sit turbata possessio rei immobilis *ff. & C. vti possid.* siue rei mobilis *vt ff. vtrobi. l. j.* siue etiam sit turbatio iurium *secundum Gl. & Doct. in l. j. C. vti possid. & facit ad idem l. sicut. §. Aristo. & l. ij. in fi. & l. si fortè. § sciendum. ff. si seruitus vendi. & not. per Glo. magnam. in fi. in ca. licet de probatio.* His verò sic gestis & euentatis, die oppositionis litigatur casus per partes, quod appellatur *Facti verbalis propositio.* Aliquotiens verò partes conueniunt, quòd omittatur illa verbalis propositio: qua omissa, de consensu partium, assignatur partibus ad proponendum & articulandum super possessorio, ad fines obtinendi recredentiam: in quibus habent deducere recentiores possessiones, & per magis vltima tempora & expleta, & signanter ab anno & die citra, ex eo quod interdicta sunt annalia, & possunt partes ad omnes fines possessorios, si velint, articulare cum protestatione, quòd primò fiat eis ius super recredentia obtinenda, & vtroque modo sub dicitur

51 articulandum. ¶ Et primò, quando † simpliciter articulatur ad fines obtinēdi recredētiam, articulatur sic, *Adeo* &c. & sic potes principiare, vel aliis sequentibus modis, vt *Vobis* &c. vel sic. *Ad fines & effectus per vos magnificum & potentem virum dominū Seneschallum Bellicardi & Nemausi, commissarium in hac parte, auctoritate regia deputatum, status causæ & rei contentiosæ, de qua subdicetur, recredentia tali, vel talibus impetrāti, seu impetrantibus, per vos & iudicium curiæ vestræ, saltem lite pendente preambulæ, & ante omnia adiudicetur: & alias circa hac & alia ius & iustitia sibi fiat & administretur: ad hos siquidem fines, dicit, ponit, asserit, & quatenus opus erit: citra tamen onus cuiuslibet superfluæ & non necessariæ probationis, iustificare intendit dictus impetrans seu eius procurator pro eo sequentia. Protestatur tamen in primis, quòd per aliqua, quæ dicat, faciat, proponat, vel confiteatur, dici, fieri, proponi seu confiteri faciat, non intendit parti impetratæ iniuriari, nec quicquam de eius intentione confiteri, & minus iuri ipsius ponentis in aliquo praeiudicari, vel derogari. In primis igitur dicit, ponit, & asserit: quod ipse impetrās certis, iu-*

stis

stis & legitimis titulis, loco & temporibus declarandis, & tam medio sui quàm suorum prædecessorum, à quibus ius, titulum seu causam habuit, & habet: fuit, est ac esse debet in veris usu, possessione, facultate, & saysina seu quasi, habendi, tenendi & possidendi castrum S. Cosmæ cum toto eius territorio, & omnimoda iurisdictione, diocesis Nemaus. & in valle nigra eiusdē diocæsis. Item in possessione & saysina, seu quasi, fructus, proventus, redditus, & emolumenta illius exigendi & recuperandi, exacta & recuperata in suos usus convertendi, & aliàs de eisdem, prout quilibet verus dominus & iustus possessor facere potest & debet disponendi. Item in possessione & saysina seu quasi in dictis castro territorio, & iurisdictione officiarios, uti baliuum, iudicem procuratorem, notarium, servientes, & alios officiarios necessarios pro administratione iusticiæ exercenda, iurisdictionis instituendi, institutósque habendi & tenendi. Item in possessione & saysina, seu quasi, omnimodam iurisdictionē in causis tam civilibus quàm criminalibus, medio & ministerio dictorum suorum officiariorum exercendi, administrandi: exerceri seu administrari faciendi. Item quòd de dictis usibus, possessionibus, facultatibus & saysinis, seu quasi, medijs prædictis, usus & gavisus fuit ab uno, duobus, tribus, decem viginti. xxx. xl. ita & centum annis citra & ultra, ac per ultima & novissima tempora seu expleta palam, publicè pacificè & quietè, sciente. vidente. patiente, & non contradicente dicto impetrato, & alijs cunctis hoc scire & videre volentibus. Item quòd ex his non licuit tali impedimento &c. ipsum impetrantem in dictis suis usibus, possessionibus, facultatibus & saysinis, seu quasi, turbare, inquietare vel molestare &c. Item quòd his non obstantibus, dictus impetratus ipsum impetrantem ab anno & die citra turbavit, inquietavit, seu molestavit, seu turbari per suos servitores & mandatarios fecit, & procuravit se, pro domino dicti castri gerendo, actus iurisditionales, suo nomine exercendo, seu exerceri faciendo, fructus, proventus & emolumenta exigendo, recipiendo, seu exigi & recipi faciendo ipsúmque impetrantem expellere, seu expelli facere intendendo. & alias plures turbas, inquietationes, novitates & molestationes inferendo, seu inferri faciendo, de quibus per processum liquebit. Item quòd ex his dictus impetrans meritò querulus, supplicavit, seu doluit, & planxit, et litteras vestræ com-

mißionis impetrauit atque obtinuit: & per consequens status causæ seu rei contentiosæ recredentia venit, & est eidem impetranti per vos adiudicandus & adiudicanda. Item quòd præmissa sunt vera, notoria, & manifesta: eisdem est vox & famã publica in loco prædicto & omnibus circumuicinis inter noticiã habentes. Concludit igitur, vt in præcedenti intendit & petit quatenus in facto præmissa consistunt, & probatione egent, se ad probandum admitti: quatenus verò in iure, ius & iusticia sibi fieri & administrari vestrum benignum officium humiliter implorando. Dans præmissa saluo iure latius deducendi, ponẽdi, & articulandi, emendandi, corrigendi, & in melius reformandi. Et hic modus articulandi procedit, cùm articulatur in primo capite, non ad omnes fines possessorios, scilicet deducendo semiplenum possessoriũ pro recredentia obtinenda.

52 ¶ Dico autem † semiplenum, illud in quo quæritur de nuda possessione, nil considerato de titulo: sed prout possessio nuda plus habet facti, quam iuris *vt in l.j.§.j. versi. sed pupillus. & §.si vir. ff. de acqui.posses.& in ca.cum*

53 *nostris, de conces.preben.* Plenum † verò possessorium est, in quo adducitur titulus: vt in secundis capitibus dictarum legum, prout definitio possessionis, quam ponunt Doct. *in d.l.j.* sonat: videlicet est ius quoddam insistẽdi rei non prohibitæ possideri. Nam verbum *ius*, ponitur vt sonet in titulum, & non in violentiam illa realis possessio: quia

54 vera † possessio habet in se ius *per l. peregrè in prin. & l. cum hæredes. ff. de acqui.poss. & l.nemo. C. eo. tit. & in l.non ideo, C.de lib.causa. & per lec & not. in d.c.cum nostris.* Ve-

55 runtamen † est, quòd etiam si impetrans obtineat in pleno possessorio seu secundis capitibus ipsarum legum, per hoc tamen non præcluditur via petitoria impetrato in possessorio succumbenti: quia poterit contra resarcitum, resarcimento non obstante, intentare petitorium, ex eo, quia petitorium & possessorium nihil habẽt commune, nec vnum parit exceptionem rei iudicatæ in alio. *per lec. & no. in l.naturaliter. §.nihil commune. ff.de acquir.pos. & in ca.pastoralis. & ibi glo. & Doct. de cau.pos. & prope. & in ca. significauerunt. Ext. de testi.* licèt sit fienda differentia inter possessorium adipiscendæ vel retinendæ possessionis. *vt*

56 *nota in dictis iuribus.* ¶ Et vt † aliquid ex practica attingamus: videlicet, quando sentẽtia lata super possessorio,

noceat

noceat petitorio:vel econtrà. Possumus sic distinguere, faciendo tria membra. Quia aut loquimur de possessorio recuperandæ: Aut de possessorio retinendæ, Aut de possessorio adipiscendæ possessionis. Primo casu, sententia super petitorio lata non impedit agere possessorio recuperandæ possessionis, pro fructibus perceptis, vel qui percipi potuerunt à tempore deiectionis. *per ca. granum. de resti. spo.* quos non consequentur per rei vendicationem, nisi a tempore litis contestatæ. *l. certum, C. de rei vendi.* Itē proficit sibi ad consequendum mobilia etiam aliena, quę erant in re inuisa. *l. j. §. si fundus. ff. de vi & vi armata.* ¶ Secundo vero casu quando agitur interdicto retinendæ, dicimus, quòd agenti possessorio hoc interdicto regulariter non obstat sententia lata in petitorio, si de eius iusta possessione constet, vt sentire videtur Glo. *in l. si de eo. §. fi. ff. de acquir. pos.* Si verò non constet de eius possessione perfectè: puta, quia eius probationes super possessorio. eliduntur per paritatem contrariarum possessionum: certè tunc sententia lata super petitorio, prodesset & faceret succumbere super possessorio illum contra quem esset lata sententia in petitorio *per lect. & nota. per. Docto in l. prima. C. vti possid. & in d. §. nihil commune.* Nam vtroque æqualiter probante possessionē, æqualiter proficit probatio in possessorio. Sed si possessio vnius per titulum iuuatur, ille obtinebit: & hinc inoleuit illa apud nos practica, quòd Articulantes in † possessorio, adminiculantur illud per deductionem & iustificationem petitorij: præcedente tamen protestatione, quòd non intendunt deducere petitorium, nisi ad confortationem possessorij. & hoc ad cautelam, ne si succumberent in possessorio, cum quo simul petitorium deduxissent, pareret eis in petitorio exceptionem rei iudicatæ, quæ practica sumpta est ex theorica Doct. *in ca. cum dilectus, de ordi. cogni.* Nec dicuntur impertinentes tales articuli: quia iudex † admittere debet omnes probationes, facientes pro fundanda intentione partis siue plenæ, siue semiplenæ *per lec. & no. in l. ad probationem. C. de probatio.* ¶ In tertio verò casu: scilicet quando agitur interdicto adipiscendæ, tunc si pro impetrato lata fuerit priùs sentētia in petitorio, distinguendum esset: quia aut ille talis impetratus, fuerat victus in petitorio: quia non potuerat docere

57

58

de iure suo:& sic per exclusiones. Et tunc secundũ vnum intellectum Doct. *in d.§ nihil cõmune*, talis exceptio proprietatis nõ impedit interdictum nec executionem querimoniæ prædictæ. Sed si impetratus succubuisset in petitorio, postquam plenè de iuribus suis edocuisset, puta, quia pars aduersa de potentioribus & melioribus iuribus & titulis edoquisset: tunc exceptio dominij in promptu probata, impedit executionem legis regiæ, querimoniæ nouitatis seu statuti querelæ *per lec. & not. in l. si de vi. ff. de iudi. & in c. cum dilectus. de cau. pos. & propriè. & in ca. literas. de restit. spol.* quia iustior est proprietatis causa, quàm possessionis. *l. bona fides. ff. deposi.* Et ideo † apud nos, vt prædixi, aduocati & practici, præmissa protestatione, quòd non intendunt petitorium deducere, nisi ad confortationem possessorij, deducũt petitorium, maximè in secundo capite dictarum legum querimoniæ nouitatis, & querelæ de nouis desaysinis: quia sufficit iudici, vndecũq; veritas elucescat, & animi sui motũ ex plurib. probationib. & indicijs informare debet, *vt in c. indicantẽ xxx. q. v.* Cũ verò articulatur in primo capite dictę querimoniæ nouitatis, vt in pleno possessorio omnes articuli, prædicti possessorij deducũtur. Sed aliqui petitorium concernentes, præponuntur, aut simul cum illis deducuntur secundum quòd congruentiùs adaptantur, quorum quidem articulorum forma talis est. *Vt* † *vobis* vel sic. *Adeo quòd vobis* vel sic. *Ad fines effectus, quòd vobis magnifico & potenti viro Domino Senascallo Bellicardi & Nemausi commissario in hac parte specialiter deputato, seu vestro locum tenenti, et vestræ venerabili præsidali curiæ constet, et legitimè appareat, de bonis, iure et iustitia, rectáque intentione talis etc. Litterarum vestræ commißionis impetrantis, et de iniustitia, maláque et peruersa oppositione, exceptione, seu defensione talis etc. impetrati déque possessionibus vsibus, facultatibus et saysinis seu quasi ipsius impedimentis, turbis, nouitatibus et impedimentis, per impetratum illatis in literis vestræ præfatæ commißionis latæ descriptis et mentionatis, et inferiùs latiùs exprimendis et declarandis. Et vt per vos, vestrámque definitiuam sententiam dictus impetrans in suis iam dictis vsibus, iuribus, possessionibus, facultatibus, et saysinis seu quasi, manu teneatur et conseruetur, et manus regia ac omne aliud impedimentum in dictis castro, territorio, iurisdictione, et aliis rebus con-*

59, 60 (margin)

bus contentiosis appositum tollatur et amoueatur: Dictus verò etc. impetratus tanquam temerè opponens in omnibus expensis factis & fiendis, de quibus dictus impetrans contra eundem impetratum per expressum protestatur, condemnetur, condemnatúsque cogatur compellatur. Et in eum casum, in quem causa præsens tractum haberet status, causæ & rei compendiosæ recredentia saltem lite pendente ante omnia præambulæ eidem impetranti adiudicentur: & alias ius & iusticia eidem impetranti fiat & administretur. Ad hos siquidem fines & alios quoscunque sibi meliores & vtiliores, parti verò aduersæ damnosos & præiudicabiles: dicit, ponit, asserit, & quatenus opus erit, citra onus cuiuslibet superfluè & non necessariæ probationis iustificare intendit dictus impetrans seu eius procurator pro eo sequentia. Protestatur tamen in primis, &c. Reliqua cape vt præcedentib & alijs vulgat. libellorum clausulis vbi de protestationibus agitur.

¶ *Hijs igitur & alijs protestationibus, in talibus fieri & proponi solitis, pro factis, præmissis, & in qualibet parte litis seu præsentis processus & repetitis habitis: dicit, ponit, et asserit* prout suprà &c. *quòd fuit in rerum natura Titius ipsius impetrantis pater, ac dum viueret dominus et possessor castri, territorij, iurisdictionis et pertinentiarum S. Cosmæ in valle nigra* Nemausensis diœcesis. Item *quòd dictus Titius quandiu in humanis egit, fuit ab omnibus de eo noticiã habentibus, verus dominus et possessor dictorum castri, territorij, iurisdictionis, et pertinentiarum, habitus, tentus et reputatus.* Item *quòd dictus Titius, quandiu vixit, omnes actus et possessorios tam per se, quàm per officiarios seruitores et mandatarios suos exercuit, seu exerceri fecit, causas ciuiles et criminales quascunque audiendo examinando et terminando: fructus, prouentus et emolumenta quæcunque exigendo, percipiendo, et in vsus suos conuerti faciendo: et aliàs de eisdem disponendo prout quilibet verus dominus et iustus possessor de re sua propria facere et disponere potest atque debet, palã, publicè pacificè et quietè: scientibus, videntibus, patiẽtibus et non cõtradicentibus quibuscũque hoc scire et videre volẽtib.* Itẽ *quòd dictus Titius ipsius impetrãtis pater, ab humanis decẽ anni lapsi sũt, intestatus, relicto ipso impetrãte suo vnico filio, decessit.* Itẽ *quòd dict. impetrãs pro hærede vniuersali dicti quondã Titij sui patris, se gessit à tẽpore mortis seu decessus dicti quõdã sui patris, citra et adhuc de præsẽti gerit.* Itẽ *et quòd possessionẽ corporalẽ, realẽ et actualẽ hæreditatis et bonorũ quæ fue*

re dicti quondam sui patris dicto eius patre de medio sublato adeptus fuit, habuit, tenuit, & possedit, vsque in diem turbarum, nouitatum, & impedimentorum, ab anno & die citra, per dictum impetratum sibi illatarum & praestitarum, de quibus subdicetur. Item *quòd mediis titulis, & iuribus praedictis: & tam in medio sui, quàm suorum praedecessorum, quorum possessionibus accedit, & à quibus ius, titulum, seu causam habet, & habuit: fuit, est ac esse debet in iuris vsu, iure facultate, possessione & saysina, seu quasi: habendi, tenendi & possidendi praedictum castrum territorium & iurisdictionem cum pertinentiis vniuersis.* Item *in possessione & saysina* &c. Cape vt suprà in primis articulis proximè praecedentibus, in quibus deducitur possessoriũ & conclude, vt in eis: quia conclusiones sunt eaedem, eo quòd referuntur ad fines propositos & intentos in exordio articulorum praemissos. Datis igitur & redditis articulis per impetrantem, debet vicissim & eodem contextu impetratus dare suos, si vult super simplici possessorio, ad fines recredentiam obtinendi, vt dictum est in impetrante, vel super pleno possessorio & cũ cautela suprà posita in articulis impetrantis: mutatis tamen mutandis in praefationibus articulorũ, vt loco impetrantis ponatur impetratus: quae mutationes faciles & grossae sunt quare in iis aliter non insisto. Quibus quidem articulis hincinde datis & redditis, iudex admittit eos, saluo iure impertinentium & non admittendorum. *iuxta theoricam Glo. in ca. ij. de confes. lib. vj. & in cle. constitutionem. de elec. in cle.* partes faciunt earum inquestas seu

61 probationes super eorum articulis. Et † dictas inquestas seu probationes, clausas seu secretas curiae reportant, quod est octauum. Reportatis verò inquestis seu probationibus, super iam dictis articulis factis, recipiuntur per iudicem inquestae ad fines iudicandi super recredentia possessorij, nec fit hoc capite aliqua publicatio respectu partium: sed iudex secretè in suo consilio examinat processum & probationes, & adiudicat possessorium, id est, recredentiam lite pendente, illi, quem inuenit nouissimã seu recentiorem, non clandestinam, precariam, violentam viciosam aut improbam possessionem habuisse & ha

62 bere. Et haec † adiudicatio, non est nisi quaedam prouisio momentanea, de qua loquitur titulus. *C. si de momentanea pos. fuerit appel. & C. qui legitimam perso. stan. in iudicijs hab.*

vel

vel no. l. fin. Nam sæpenumero vidi accidere in practica, quòd ille qui obtinebat recredentiam in semipleno seu summario possessorio, quod nos primum † caput dicta- 63 rum legum regiarum appellamus, succumbebat in pleno possessorio: hoc est, in secundo capite dictarum legum. quia in † secundo capite maximè habetur respectus ad ti- 64 tulum, licet etiam habeatur respectus ad possessorium. Et sic est ordo conuersus in primo & secundo capitibus dictarum legum. Nam in † primo capite principaliter ha- 65 betur respectus ad possessioné, & consequẽter aliqualiter ad titulũ coadiuuando & confortando possessorium. Sed in † secundo capite econuerso, principaliter habetur res- 66 pectus ad titulum seu proprietatem, & consequenter ad possessionem coadiuuando proprietatem: quia quantumcunque bonum titulum quis haberet, si non habuisset aliqualem possessionem, non obtineret in secundo capite: quia vtrumque caput tractat de possessorio, licet alio & alio respectu, vt dictum est. Sed antequã † iudex ad suam 67 procedat in secũdo capite definitionem. multa habet considerare, de quibus infrà suo loco dicetur. In primo † ve- 68 rò capite quo ad iudicationem possessorij: sufficit probare se recentem possessionem. quia possessio antiqua, quantuncunque longæua, non sufficeret ad obtinẽdum in primo capite: nec est necesse in ipso primo capite, probare dominium, vel quasi, rei contentiosæ: nisi in † causis be- 69 neficialibus *per regulam primã de regu. iur. lib. vj.* quoniam in beneficialibus † habens titulum, præfertur etiam in 70 possessorio non habenti. Fallit si † possessor possedisset 71 pacificè per triennium *per lec. & no. in cle. vnica. de sequestra. possess. & fru.* & magis modernè. *in ca. quicunque non violentus, tit. de pacifi. pos. in sacris Basill. consilys & pragma. sanctione.* Vel nisi eo casu, quo vterque tam impetrans, quã impetratus, æqualiter docerẽt de possessione. Nam tunc vtile est docere de titulo ad confortationem & colorationem possessorij. Ille etenim qui de domino, vel quasi, simul cum possessorio melius probat, vincit in primo capite *per doctrinam. Docto. in d. l. j. C. vti possid. et in d. ca. licet. de probatio.* Forma † autem interlocutionis, adiu- 72 dicationis recredentiæ, possessionis, quæ fit per iudicem communiter est talis. *Visis cunctis hincinde per vtramque partium coram nobis deductis, productis & iustificatis, statym*

causa, seu rei contentiosæ recredentiam adiudicamus Titio impetranti lite pendente & donec aliud per nos, partibus latius auditis fuerit ordinatum litteras & seruientes super ijs concedendo. Et pariter ordinatur & adiudicatur impetrato mutatis mutandis.

73 ¶ Decimo adiudicata,† vt dictũ est, recredentia alteri partium, assignatur parti contra quam adiudicatus est terminus ad ponendum & articulandum in secundo capite, & per modum pleni possessorum, quod apud nos appellamus *dare facta contraria*, quæ dantur prout in proximè præcedentibus articulis, mutatis mutandis. quia dicti articuli narrant & concludunt pro impetrante & resarcito, isti verò narrare & concludere debent pro impetrato, in quo seruatur alius modus faciẽdi præfationem, siue intendit articulorum: qui modus potest esse talis,

74 *Adeo quod† vobis* &c. vel sic. *Vt vobis magnifico* &c. vel sic *Ad fines & effectus, quòd vobis magnifico & potenti viro domino Senescal Bellic. & Nemausi. cõmissario in hac parte specialiter deputato, seu vestro locum tenenti, & vestræ venerabili præsidali curiæ constet & legitimè appareat de bonis iure, & iusticia: déque veris & iustis possessionibus, facultatibus & saysinis, seu quasi: nec non recta & iuridica oppositione & defensione Sempronij impetrati et opponentis in materia querimoniæ et nouitatis aduersus impetrationem et executionem dictæ querimoniæ, pro parte et ad instantiam Titij et insuper rebus contentiosis in dictis literis querimoniæ mentionatis et infra latius specificandis, mentionandis et declarandis: déque non iure, iniustitia, mala intentione, ac etiam dolosa, vexatiua, temeratiua, et iniusta impetratione ac executione dictæ querimoniæ ipsius impetrantis, et vt per vos vestrámque diffinitiuam sententiam dicatur, pronuncietur et declaretur dictum Titium impetrantem ad malam et iniustam causam se doluisse et planxisse, et exequi fecisse: dictum verò Sempronium impetratum ad bonam et iustam causam se aduersus impetrationem et executionem dictarum litterarum opposuisse, parique et eadem vestra sententia dictus Sempronius impetratus manu teneatur et conseruetur in dictis suis iuribus, facultatibus, possessionibus et saysinis, de quibus latius infra dicetur: manúsque regia ac omne aliud impedimentum.* Cape residuum vsque ad finem vt in

præ-

præcedentibus articulis. Cape etiam protestationes vt suprà. ¶ Super articulis autem non potest certa forma dari: quia articulatur secundum quòd impetratus habet exceptiones & defensiones. Sed quilibet cautus aduocatus faciliter hoc perpendere potest. Et pro oppositione seu defensione impetrati, aduertendum est, quòd si ipse impetratus probaret, quòd possessio impetrantis fuisset habita ab ipso impetrato, vi, clam, vel precario: tunc non prodesset impetranti talis possessio *l. j. in prin. & §.fi.ff. vti pos.* Probatur † autē, quòd vi, clam, precario possederit impetrans ab impetrato, pluribus modis. Primo, probando de ipsius impetrati antiquiori possessione. nam tunc sequens possessio impetrantis præsumitur clandestina vel violenta, nisi impetrans probet titulum legitimum suæ possessionis *vt volunt Doct. in præalleg. ca. licet de proba. & ca. sæpe. de rest. spo. & in d.l.j.ff. vti possid.* Et dictum est *ab impetrato*, quia nihil prodesset ipsi impetrato violenta, clandestina vel precaria possessio, quam haberet impetrans ab alio quàm ab impetrato *per ea quæ leguntur. & no. in l.j. in fi. & l.ff. vti possidet in l.j.§. quod vi aut me. ff. de vi & vi arma. et in ca.j. de resti. spo.* 75

¶ Quid † autem sit vi, clam aut precario possidere, notat Glo. *in l.j.§. quod ait prætor. ff. vti possid.* Et potest quis dici à me vi possidere, cùm me prohibet ædificare, reficere vel colere, seu similia facere. *ff. de vi et vi arma. l. vim facit.* & ita ponitur primus casus illius legis *si duo. ff. vti possidetis.* Nam qua ratione vi me prohibet ne possideam, eadem ratione vi facit, vt ipse possidere videatur: & violentia, quæ mihi auferre possessionem videtur, illi possessionem attribuere reputatur. Clam verò † quis à me possidere dicitur, cum clanculo, me absente, sibi possidere quis volens, ingreditur fundum meum, quem ego possideo: nec inde suspicor me posse repelli. & ita me absente & inuito sæpissimè facit. *ff. quod vi aut clam, in l. iij. §. vlt.* Precario † aut quis a me possidet, quando eius precibus aliquam rem ei petenti vtendam concessi, quamdiu mihi concedenti placuerit: & ab eo recepturus quam primum mihi libuerit: & est quasi simile ius in commodato. nam quando commodatorem suam sic commodat, vt non faciat rem ac- 76 77 78

cipientis: sed vt re commodata eum vti permittat.
79 *ff. de preca. l.* j. Est tamen † differentia inter commodatum & precarium: & ideo sunt diuersi tituli, sed non quantum ad propositum attinet: quia in rebus mobilibus & immobilibus, & in seruitutibus: veluti, si me precario rogaueris vt per fundum meum ire vel agere tibi liceat, vel vt in tectum, vel domus meæ stillicidium, vel tignum immissum habeas, semper præsumitur precaria.
80 *ff. de preca. l. ij. §. vlti. & l. iij. & l. iiij. in prin.* ¶ Vnũ tamen † est notandum, quòd intentare volens interdictum contra precario possidentem & recusantem relaxare, per quam recusationem incipit turbare, debet primò reuocare precarium, quàm iam intentare interdictum, vt detinens & impediens reperiatur sine possessione *per theoricam dictorum iurium.* Et his gestis, impetrans, qui fuit resarsitus, si vult potest replicare contra factam seu articulata opponentis, super quo attenditur hæc cautela. Quia si impetrans resarcitus in primo capite possessorij articulauerit, & deduxerit ad omnes fines, & sentiat se satis munitum iuribus & probationibus ex illa prima inquesta, seu ex illis primis probationibus, potest si vult ad euitandum expensas, seu sumptus, reproducere primam inquestam, ad elidendum intentionem opponentis: quia in eo mos est sibi gerendus ad abbreuiandum litem. *arg. lect. & not. in l. circa. ff. de probat.* Nec obstat, quòd commu-
81 niter dici solet: videlicet, quòd † probationes factæ in summario iudicio, non præiudicant in plenario *per lect. & not. per Doct. in ca. veniens. lo. ij. de testi. & in ca. sollicitè, de resti. spol. & in l. ait prætor. §. ij. ff. de iureiuran.* & in multis aliis iuris partibus. quia hoc verum est, quando summarij & plenarij iudicij sunt diuersi effectus: secus si idẽ ex vtroque resultet effectus: hoc est, quòd sit sententia lata in summario: quia tunc attestationes & probationes factæ in summario, prosunt in plenario *per lec. & not. per. Doct. in ca. inter dilectos. §. porro. de fide instru. & in l. à diuo Pio. § si super rebus. ff. de re iudi. & in l. Titio. ff. de ijs qui sunt sui. vel alien. iu.* vt sentiunt effectualiter *in dictis iuribus Doctores.*

82 ¶ Quia nunc † sic est, quòd ex primo & secundo capitibus, idem resultat effectus: scilicet, vt indebitè turbatus, impeditus vel molestatus in sua possessione, pa-

cificus remaneat & sic turbæ,seu inquietationes & molestationes tollãtur, conueniẽs est vt probationes factæ in primo capite possessorij,prosint in secundo,cum pro vno processu habeantur: & de sua natura secundũ caput trahat ad se primum.Et licèt videretur primum caput finitum per adiudicationem recredentię,hoc tamen non est verùm : quia immò remanet pendens & sub futuro sententiæ in secundo capite ferendæ euentu, & ex interlocutione in primo capite non fit,nisi quædam prouisio ad fines, quòd possessor remaneat possessor lite pendente, nec cogatur litigare spoliatus *ca.frequẽs, de resti.spo.in vj.* ideóque,cum non censeantur diuersi processus, probationes factæ in primo capite, probant & faciunt fidem in secundo. Et hoc iure indistinctè apud nos vtimur &c.

¶ Si verò † refarcitus non confidat in probationibus suis factis in primo capite, & latiùs velit deducere, ponere & articulare: hoc facere potest, exordietúrque præfationem suorum articulorum, vt sequitur. *Ad repellendum.* † vel sic *Ad elidendum quædam somniata & dolose adinuenta; ac longè à veritate deducta pro parte Sempronij impetrati & opponentis in præsenti causa querimoniæ & nouitatis, coram vobis magnifico & potenti viro domino Senescallo Bellicardi & Nemausi seu vestro locum tenenti commissario,in hac parte specialiter deputato inter ipsum Sempronium:opponentem ex vna; & Titium prædictum impetrantem ex altera:&,vt illis non obstantibus,nullóque per vos respectu ad ea habito conclusiones pro parte ipsius Titij impetrantis iampridem adiudicari petitæ:& ex aduerso deductis,productis & iustificatis,non obstantibus eidem Titio impetranti per vos, vestrámque diffinitiuam sententiam adiudicentur, & adiudicando dictus impetrans in suis sæpèdictis iuribus, vsibus, possessionibus,facultatibus,& saysinis,seu quasi,manu teneatur & conseruetur manus regia, & omnia alia impedimenta apposita tollantur & amoueantur: dictus verò impetratus & opponens in omnibus expensis factis & fiendis, de quibus contra eum dictus impetrans protestatur, condemnetur: & aliàs ius & iustitiam eidem impetranti fiat & administretur* &c. Residuum cape vt supra in præcedentibus articulis. Quomodo verò ad articulos replicatorios subordinãdos post prædictum intendit, non potest dari regula: quia illud

83

84

relinquitur contingentiæ facti & peritiæ aduocati.

85 ¶ Sciendum † est etiam, quòd quia nihil debet licere reo, quin liceat actori: nec econtra. quemadmodum impetratus descendit contra facta seu articulata impetrantis, vt in proximè præcedenti forma: sic etiam potest impetrans replicare contra facta & articulata impetrati: sic tamen & taliter, quòd non excedatur vltra tertiam inquestam, seu testium productionem *iuxta lec. & no. in ca. vltra, de testib.* & sic fit inquesta & reportatur. ¶ Vndecimo, his † actis & gestis, partes si volunt, possunt obiicere contra testes, & contradicere documentis productis.

86

87 Et quia † causæ obiiciendi contra testes, & contradicendi documentis productis, sunt multæ: non possum in hoc breui opusculo singulas enarrare causas, sed aliquas magis occurrentes paucis verbis adduco. Primo igitur opponi potest contra testes, quòd sunt sibi inuicem contrarij.

88 Nam testes † sibi inuicem contrarij repelluntur à testimonio *vt in ca. licet causam, de proba. ca. sollicitudinem in fi. de appellatio. l. j. in princ. & l. ob causam. §. si testis. & l. qui falsa vel varia. ff. de testi. iij. quæst. ix. nihilominus. iiij quæstio. iij. versi. item qui falso.*

¶ Et dicuntur testes contrarij † dupliciter: vel quia vnus sibiipsi contrariatur, vel quia vnus alteri in depositione est contrarius. *vt notatur in dictis iuribus.* Opponitur

90 tur † secundo contra testes, quòd sunt varij, quorum testimonium pariter repellitur. *cap. preterea. de test. cogen.*

91 Et † assignatur differentia inter contrarios & vacillantes. Nam contrarij dicuntur, qui super vno capitulo dicunt contractum factum fuisse Nemausi, & in alio, dicunt

92 celebratum fuisse in Montepessulano. Varij † verò sunt, qui primò dicunt vnum, scilicet Titium aggressum fuisse Sempronium: & in alio dicunt Sempronium aggressum fuisse Titium. quod est totum contrarium. Vacil-

93 lantes † verò, dicuntur illi, qui dubitando, aut timendo loquuntur. *ff. de fal. l. eos quos ff. de testi. & l. ij. §. qui falsa.* quorum omnium testimonium est nullum. *per lec. & no-*

94 *ta in l nullum. C. de testib.* Opponitur & tertio, quòd sunt † periuri. qui enim periurus est, à testimonio faciliter repellitur, ex eo, quod præsumitur faciliter deierare. *vt in ca. testimonium. de testib. & in ca. accusatus. §. licet. de hære. lib. vj. & notatur in l. ucius. ff. de his qui not. infa.* Quod proce-

dit †

dit † non solùm in periurio: sed etiam in omni crimine 95 irrogante infamiam *per lec.& no.in ca.testimonium.de testi. & in ca. cùm oporteat. de accusa. ff.eod.l.iij. §. lege Iulianus.* Quartò † opponitur, quòd sunt falsarij, quoru testimo- 96 nium similiter reprobatur *ca. j. de fal.* Et dicitur falsarius, † hoc casu, quando corruptus dedit testimonium, 97 vel instructus & subornatus testificatur. *C.eod.l.si quis.& l.eos.& ca.j.& ca.sicut nobis eo.tit.* Opponitur † & quin- 98 tò, quòd sunt singulares. Et dicuntur singulares, † quan 99 do vnus solus de aliquo testificatur, nec habet alium sibi contestem concordantem in depositione eius cum ipso. Et ideo eius testimonium non valet, tanquam singulare, seu vnius, ex eo quòd In omni iure, diuino videlicet & humano, requiritur testimonium duorum vel trium *l. iusiurandi. C.de testi. cap.licèt ex quadam. de testi. ca. licet.§. quamquam. de proba.* Sunt tamen † aliqui casus, in qui- 100 bus operatur vox vnius, saltem ad præsumptionem: de quibus *per Gl.in ca.nuper.de testi.* Sextò opponitur, quòd † 101 deposuerunt non iurati: & sic eorum depositio non valet. *d.l.iusiurandi.C.de testibus.& ca.nuper de testibus.* Opponitur septimò, quòd † in facto proprio deponunt, quo- 102 rum testimonium non est recipiendum. *iij.q.ij.ver.nullus.& in ca.insuper.de testib. & in l.omnibus.C.de testi. & in l.nullus.ff.eod. de testi.* Et dicitur factum † proprium hoc 103 casu, omne illud, ex quo potest testis commodum singulariter reportare. *vt in dictis iurib. & in ca.cum nuntius.de testi.cum ibi not.faciunt etiam lect. & nota. in l. intantum. §. vniuersitatis.ff.de rerum di.* Et dictum est singulariter: quia si vniuersitatis non per modum singularium, tunc valeret testimonium secundum doctrinam Doctorum *in dictis iurib.* Octauò opponitur, quòd † non reddunt ratio- 104 nem vel causam eorum dicti, quod tamen requiritur ad validitatem attestationis testis, *per lec. & not.per Doct. in l.solam.C.de testibus.& in l.cum hii.§.nihil.ff. de transac. & in ca.cum causam.de testibus.* Ideo, si testis interrogatus super aliquo capitulo, dicat contenta in ipso capitulo esse vera, & interrogatus de ratione & causa scientiæ, dicat, *quia audiui sic à pluribus personis dici:* certè talis ratio, vel causa, tanquam friuola confundit dictum testis præcedens, quo dixerat contenta esse vera. *vt not.in l testiū.C.de testi. & in ca.licet ex quadam de testib.* Vbi autē † testis nō 105

interrogaretur de causa, valet dictum eius regulariter, *vt in d.l.solam.C. de testib. cùm ibi not.* Fallit hoc, vbi eius dictum esset potius iuris quàm facti:quia tunc etiam non interrogatus debet reddere rationem sui dicti:putà,cum
106 deponit † super dominio, quia debet dicere causam dominij: putà, quòd vidit aliquem se gerere pro domino, & gaudere tanquam dominum tempore longissimo. *arg. l.Titia.ff.de solu & l.ij.C.de acqui.pos.faciunt lec. & no.in d. ca.cum causam.de testib.*

107 ¶ Opponitur nono,quòd de † alieno auditu testificatur,quia quilibet testis de proprio sensu debet deponere *vt not.in d.l.testium.C.de testi.& in d.c.licet ex quadā.de te-*
108 *stib.in fi.* Et hoc † verum est,cum testis deponit super facto recenti: quia si deponeret super vetustissimo negotio, tunc bene valeret testimonium de auditu alieno *per ea quæ leguntur & not.in l.si arbiter. & in l.sensus.ff. de proba.et in l.ij §.ante pe.ff.de aqua plu.arcen. et Gl.in d.ca.licet.*
109 Testis † enim de proprio sensu conuenienti rei, super qua deponit, deponere debet *.xiiij.q.ij.super,de testi.ca.cum causam quæ et ca.præterea iiij. q.iij. §.alia est,et C.de testib.l.*
110 *testium.* Decimò opponitur, quòd † deponunt de credulitate: quia ad officium testis pertinet deponere sic esse, vel non:non autem sic se credere, vel non credere *.iiij. q.ix.ca.testes.et not.in d.l.testium.* Item vndecimò, singu-
111 laria plura opponuntur: veluti, quòd † est inimicus capitalis, aut alius magnus inimicus *in authent. de testi. §.si*
112 *verò quis dicat. Nouel.90.* Item quòd † est parens vel filius eius, pro quo attestatur. *l.parentes.C.de testib.* Item,
113 quod † est frater habens bona communia. *C eo.l.ij.et ca.*
114 *multis.Ext.eod.titu.* Item,quòd † est mercenarius *per lec.*
115 *et no.in l. j. §.si seruus.ff. de quæstio.* Item quòd † deponit obscurè, vel confusè. *iiij.q.iij ver.in testibus.ij.ca.cum clamor. de testi.ca.præterea, de testi.cogen. et in authent.testes.C.*
116 *de testi.* Item, quòd est † pauper non habens quinquaginta aureos in bonis contra quē præsumitur. *in authent. de testi.§.j.et §.sancimus.ij.q.j.in primis,ver.sed et de personis. et §.prohibentur.l.iij.§.j.ff.de testi.* quod procedit, quando
117 propter † paupertatē viuit inhonestè:quia si non obstāte paupertate, esset honesta persona, valeret eius testimoniū
118 *per lec.et no.in c.si qui testiū.de testi.* Itē, quòd reportaturus † est cōmodū propter similitudinē causæ, *c.personas.de testi.*

vel

vel propter honorem victoriæ.*c.Romana.de testi.in sexto.* *ff.eod.l.fin.* vel quia venditor propter commodum euictionis, vel donator, vel fideiussor: & generaliter omnes, qui reportaturi sunt commodum.*per d.l.omnibus.* *C.eod.l.nullus.ff.eod.* Alios casus, causas, & modos opponendi contra testes, quilibet curiosus & cautus aduocatus, ex doctrina Doctorum *in dictis iuribus* colligere potest.¶ Contra instrumenta, seu † documenta, multipliciter potest opponi seu contradici, super quo attendendum est primò, qualis sit scriptura: sc. an † publica, vel priuata: quia † publica scriptura regulariter probat, & fidem facit: dum tamen non sit rasa, vituperata, aut aliàs suspecta. *vt in authent.de fide instr. §. si verò moriantur. Nouel.73.* alias non statur ei.*c.ex literis.& c.inter dilectos.de fide instrumen. cum l.ij.ff.eod.* immò vtens punitur.*l.si veteris. de fide instrument.C.* econtrario verò, in scriptura † priuata regulariter non probat *per lec.& no.per Doct. in l.rationes.C.de proba.& in l.admonendi.ff. de iureiurand. & in l.quædam.§. nummularios.ff. de eden.* Scriptura † tamen qualiscumque sit ex archiuo publico producta, facit plenam fidem *secundum glo.in c.cum causam.de proba.* dum tamen habeat signa consueta *secundum glo. in c. ad audientiam de præscrip.* Alia, quæ possunt dici, vel obiici in scripturas publicas & priuatas, potest per se diligens accuratus aduocatus colligere ex dictis Doctorum *in præalleg. iurib.* prout necessitas casuum occurrentium dictabit. Duodecimo † & vltimo, præmissis omnibus gestis, concluditur in causa, & fertur sententia definitiua pro impetrante vel impetrato, sub sequenti verborum vel similium forma. *Viso processu & eius meritis in peritorum curiæ nostræ consilio maturè & accuratè examinatis, per hanc nostram definitiuam sententiam, quam more maiorum nostrorum pro tribunali sedentes in his ferimus scriptis, pronuntiamus & declaramus, præfatum Titium impetrãtem ad bonam & iustam causam se doluisse & planxisse literas querimoniæ nostræ commissariæ impetrasse & exequi fecisse. Dictum verò Sempronium impetratum ad malã & iustam causam se opposuisse: & per consequens dictum impetrantem in suis vsibus, iuribus, possessionibus, facultatibus & saysinis, seu quasi, in dictis literis & processu mentionatis & declaratis manutenendum, manúmque regiam & omne aliud impedimentum tollendum fore quem etiam hac eadem ne-*

119 120 121 122 123 124

stra sententia manutenemus & conseruamus, manúmque regiam & omne aliud impedimentum sibi oppositum tollimus & amouemus. Parique & eadem nostra sententia dictum Sempronium impetratum dicto Titio impetranti, procuratorum ipsarum partium ministerio, in omnibus expensis hucusque factis condemnamus, illarum taxatione nobis & curia nostra in po-
115 *sterum reseruata.* ¶ A qua † sententia, potest si vult condemnatus appellare, cuius appellationis forma elici poterit ex generali forma appellationum, quę ponitur infra prope finem operis. Et hæc sufficiunt pro eruditione nouorum aduocatorum quo ad generales terminos tenendos in practicá primi & secundi capitum legis regiæ
116 querimoniæ & nouitatis. ¶ Nunc verò † ad practicam legis regiæ querelæ de nouis dissaysinis, stilum verto: in qua terminos generales & practicabiles prosequor. & in multis breuitatis gratia ad practicam præcedentis legis me remittam: quia in multis leges regiæ prædictæ simbolizant: & in formam ponendi, & articulandi, & in pluribus aliis terminis, de quibus per discursum practicæ dictæ legis dicetur. Et meritò in multis conueniunt practica & stilus ipsarum legum regiarum: quia etiam ipsarum idem resultat effectus respectu impedientium & impetratorum prout singula membra discurrendo, ap-
117 parebit. In eo † tamen primum differunt: quia literæ querimoniæ nouitatis, obtinentur à principe: sed literæ querelæ de nouis dissaysinis, obtinentur à præsidibus prouinciarum: scilicet à seneschallis, vel balliuis, seu vigueris regis suffraganeis, & id genus subalternis præsidum. Secundò, quia in casu nouitatis fit sequestratio rei contentiosæ & in statuto querelæ de nouis dissaysinis, resarcitus dissarcitus vt supr. dictum est. Tertiò, quia literæ querimoniæ nouitatis, principaliter dantur pro vi expulsiua: & literæ querelæ de nouis dissaysinis, dãtur principaliter pro vi inquietatiua siue turbatiua. Sed hodie sunt apud nos exequatæ dictæ querimoniæ quo ad cau-
118 sas impetrandi. Turbato † igitur aliquo in sua possessione ex regia querelæ de nouis dissaysinis de remedio prouidet. Quæ quidem lex ita practicatur. Nam primò
119 † turbatus recurrit ad seneschallum, præsidem prouinciæ, vel ad baliuos seu viguerios regios, qui quo ad hæc adeun-

adeuntur, & narrata querela, obtinet litteras super dicta lege regia querelæ de nouis dissaysinis fundatas tenoris huius. *Antonius* &c. † vel *Ioannes baliuus*. vel *Paulus viguerius* &c. obtentis igitur † dictis literis, adit impetrans commissarium sibi deputatum, & datum per seneschallum baliuum, vel viguerium: cui quidem commissario præsentat literas suæ commissionis, petens & requirens per eum procedi ad incumbentia dictæ suæ commissionis. Et tunc dictus commissarius concedit literas parti impetranti, ad citari faciendum per esse impetrantem compariturum coram ipso commissario super loco contentioso, vel altera parte eiusdem, pro cæteris partibus & locis electa, & specialiter assignata ad certum diem & horam diei: putà primæ tertiarum, meridie, vesperarum, vel completorij visurus per eum procedi ad interinationem & totalem executionem contentorum in literis suæ commissionis. Et ad omnes ac singulos actus etiam vsque ad ordinationem inclusiuè, & continuatione dierum, horarum & locorum per ipsum commissarium fienda quæ citatio peremptoria, licèt regulariter † non possit fieri vno edicto *per ea quæ leg. & not. in l. ad peremptorium. ff. de indi.* hic tamen in casu, in quo agitur de momentanea possessione & leui præiudicio, apud nos iuxta stilum dictæ legis regiæ, quæ summariam importat cognitionem, admittitur: ac in vsu & stilo habetur, etiam ex iuris communis dispositione *per ea quæ leg. & not. per Doct. in clem. sæpe. de verb. sign. & in l. consentaneum. & autem. qui semel. Cod. quomodo & quando iudex. & in l. contumacia. §. j. ff. de re iudic.* Verumtamen, licèt pars impetrata fuerit citata vno edicto peremptorio pro omnibus: pro vberiori tamen iuris cautela consueuerunt commissarij in termino ordinationis ferendæ iteratò citari facere partem ad illum actum: scilicet ad videndum ordinari. quæ cautela fundari potest super theorica gl. *c. eum qui. de dolo & contu. in vj.* Cætera de materia citationis vide. supr. *in rub. de citatione* vbi satis dictum est. Et hæc de secundo sufficiant.

¶ Tertio cuento termino citationis, commissarius

se exhibet super loco contentioso, ad quem est facta citatio: & ibidem super aliqua præparata sede honesta sedente, comparet impetrans, qui suo, vel alicuius causidici, seu aduocati organo, summatim exponit se fuisse turbatum per impetratum in suis possessionibus & saysinis rei contentiosæ, propter quod recursum habuit ad dominum senescallum, baliuum, vel viguerium, secundum quòd emanauit commissio & literæ, quas super lege regia querelæ de nouis dissaysinis fundatas, dicto domino cõmissario directas, & alias præsentatas obtinuit: & quas quidem literas, iterum & ex abundanti eidem commissario præsentat & exhibet, petens, supplicans & requirẽs, per dictum commissarium procedi ad interinationem, interminationem & totalem executionem cõtentorum in dictis literis suæ commissionis. Qui quidem commissarius dictis literis commissionis cum honore & reuerẽtia debitis receptis, facit fieri illarum lecturam: qua facta, assumit seu adiungit sibi duos probos & honestos viros, quos hincinde sedere facit: deinde facit summariam aprisiam cum probis testibus præsentibus, de loco, die & hora citationis: scilicet si locus vbi sedet, est locus ad quẽ fuit citatus impetratus, & de die & hora. Si est dies & hora diei euenta, ad quam comparere in prædicto loco fuerat pars citata: & comperto ex dicta inquisitione summaria ita esse, iubet tunc fieri audientiã de parte, cuius si non comparet, contumacia per impetrantem accusatur, & in eius cõtumaciam procedi petitur; vel etiam in eius præsentia, si compareat. Et his gestis, impetrans, in contumacia impetrati iam accusata, vel in eius præsentia si compareat, litigat casum suum iuxta contenta in dictis literis suæ commissionis. Sed antequam litiget, præmittit solitas fieri protestationes sequentes. In † primis protestatur dictus impetrans, quòd per aliqua, quæ dicat, faciat, proponat, vel confiteatur, dicit, fieri, proponi, seu confiteri faciat, non intendit parti impetratæ iniuriari: nec petitorium cum possessorio, nisi ad confortationem ipsius possessorij, commisceri. Sed neque quicquam de dictæ partis impetratæ intentione cõfiteri, & minus iuri ipsius ponentis, in aliquo præiudicari vel derogari. Quas quidem protestationes, & alias necessarias fieri solitas in qualibet parte processus, pro factis & repetitis vult & intendit

intendit haberi. Et his præmissis protestationibus, tunc exorditur litigatum suum, narrando iura, possessiones, vsus, facultates & sarcinas, turbas item & impedimenta, descriptos, descriptas, descriptáque in literis: & etiam latiùs ampliando vel restringendo, cùm etiam illa facultas sibi concedatur ex tenore literarum commissionis. Est tamen in † optione impetrantis verbo litigare, vel scriptis per modum articulorum litem deducere: quæ quidem sanior & vtilior via est deducere in scriptis. Quod si in scriptis articulatis quis deducere voluerit, eundem modum, quem præmissimus in lege querimoniæ nouitatis tenere poterit: saluo, quòd vbi in exordio dicit. *Ad fines* &c. *quòd vobis domino Seneschallo, baliuo, viguerio, vel iudici* &c. Ponit, *quòd vobis domino Ioanni vel Petro* &c. *commissario ad exequendum statutum querelæ legis regiæ de nouis dissaysinis impetratum & obtentum pro parte Tityj contra Sempronium, ad causam rerum contentiosarum in literis vestræ commissionis, mentionatarum & declaratarum, & latius mentionandarum & declarandarum specialiter per dominum Seneschallum, baliuum vel viguerium, deputato, constet & legitimè appareat de possessionibus, iuribus, vsibus, facultatibus, & saysinis turbis item & nouitatibus, impedimentis & dissaysinis in dictis literis vestræ commissionis, pro parte ipsius impetrantis mentionatis, declaratis & specificatis. Et vt constito vobis de præmissis, & alijs constare mandatis, saltem ad sufficientiam: per vos dicatur, pronuncietur & declaretur locum fuisse, & esse statuto legis regiæ querelæ de nouis dissaysinis prædicto, quódque etiam locus debuit, & res contentiosa resarciatur & restabiliatur, turbæque nouitatis & impedimenta, apposita & apposita tollantur & amoueantur ad vtilitatem dicti Tityj impetrantis, & alias in omnibus & circa omnia per vos procedatur iuxta mentem, tenorem, stilum, & practicam dictæ legis regiæ. Ad hos siquidem fines & alios* &c. Capé residuum vt supr. ¶Datis igitur & redditis articulis prædictis, vel facto litigato verbali, vt dictum est, dictus impetrans dicit, quod de mandato dicti commissarij, quod producit, cum executione, citari fecit certos testes, de quibus petit audientiam fieri, & ipsos si compareant, recipi & examinari. Si verò non compareant, contumaces reputari, & in eorum contumacia ac defectu, iterato eos, eorum sumptibus & expensis, súbque pœna citari, qui qui-

dem commissarius per suum notarium & processus scri bam,facit fieri audientiam de dictis testibus. qui si compareant,iurant in manibus commissarij super sancta Dei Euãgelia,de veritate dicenda, super his: de quibus ipsos interrogari & examinari continget: & quod precibus precio,amore, vel odio,à veritate non deuiabunt. Ipsis verò testib.iuratis,cõmissarius inter loquitur quod ipsos recipit more testium de iure recipiendorum: non comparens verò, & debitè citatos, ponit in contumacia & defectu ordinando,quod citentur iterato eorum sumptibus, & sub pœna decem marcarum argenti domino nostro regi applicanda. Qui si sic iterato comparere nolint, mulctantur & pignorantur, donec veniant prohibituri testimonium veritatis.& hoc quartò. Quintò,commissarius procedit super loco contentioso ad examinationem testium vt melius valeant deponere *ar.lec.& no. in l.si irruptione.ff.fin. regund.* attamen benè possent alibi examinari: dum tamen super loco fuerint recepti, & locus contentiosus semel fuerit subiectus oculis ipsorum testium:quia per hoc satisfactum esset iuri communi,& etiam dispositioni dictæ legis regiæ querelæ de nouis dissaysinis quę mandat locum debati seu contentionis cum probis viris id est testibus,adiri, & de veritate cum eisdem probis viris seu testibus inquiri.Ad tollendum tamen omne scrupulum commissarij, si loca & temporum dispositiones hæc patiantur examinare, consueuerunt testes super loco, vel si loca & tempora ac non patiantur, de partium consensu, de quo constat, sibi in processu,in diuersorio,vel in alio loco aperto, examinãt testes: & in his non est magna vis. Sexto, examinatis dictis testibus, commissarius interrogat impetratum, si præsens sit, vel eius procuratorem, qui pro eo interuenit,si vult aliqua deducere, producere vel iustificare: & tunc dictus impetratus nõ potest deducere alteram triũ exceptionum, secundum stilum & practicam dictæ legis regiæ admissibilium:scilicet litis pendentiã seu præuentionem causæ in possessorio alibi pendentem,de eadem re inter easdem partes, & eodem modo agendi. *iuxta theoricam.l.& an eadem.ff.de excep. rei iudi.* vel quod alias executa fuit similis querela,vel æqualis:scilicet querimonia nouitatis, quod appellamus *Casum supra casum*, quod

non

non est permissum, quia execútio vnius, parit exceptionem rei iudicatæ in altero, maximè concurrentibus præmissis: & exceptio rei iudicatæ impedit cursum cuiuslibet litis *vt in c.exceptionem.de lit. contes.lib.vj.* & de hoc pœnaliter prohibens, quæ appellatur *lex de sino*, alia *sine gradu*, quòd si reperiatur executa querimonia supra querimoniam, vel casus supra casum, quod idem est, annullatur executio expensarum impetrantis per iudicem committente: quia commissarius de validitate vel inualiditate expletarum, non habet cognitionem, vel tertio, potest impetrans deducere contrarias possessiones possessionibus impetrantis, & illas probare & iustificare, quas si probauerit & iustificauerit, meliores, iustiores & recentiores obtineret contra impetrantem, iuxta mentionem suorum articulorum, quæ differt ab intentione impetrantis. Et ideo impetratus suos articulos contrarias possessiones continentes exorditur, vt sequitur: *Vt vobis † venerabili & c. commissario vel sic. Ad fines, quod vobis & c. assertum commissariũ ad exequendum statutũ querelæ legis regiæ de nouis dissaysinis impetratum per Titium contra Sempronium ad causam rerum contentiosarum, mentionatarum & declaratarum in literis vestræ commissionis, vestrãque sententiam siue ordinationem dicatur, pronuncietur & declaretur non fuisse, vel esse locum statuto querelæ legis prædictæ. Et per consequens dictus impetratus ab impetratione dicti impetrãtis relaxetur: dictus verò impetrans in omnibus expensis factis & fiendis, de quibus idẽ impetratus per expressum protestatur, condemnetur, & alijs ius & iusticia eidem impetrato fiat & administretur: ad hos siquidem fines* &c. cape vt sup. ¶ Aduertendum tamen † est, quòd quando impetratus scit se habere bonas & validas possessiones & saysinas, si velit vtiliter procedere, pôt impetrare aliã cõmissionem, per quã mãdetur eidẽ cõmissario, vel ei alteri adiuncto, quæ faciliter adiũgitur, quãdo habet primũ suspectũ, vt quotidie videmus fieri, & satis pôt de iure sustineri: quia in his vterq. est actor & reus *per lec. & no. in. §. iij. Insti. de interdi.* quod ipsũ impetratũ audiãt in dictis suis cõtrariis possessionib. & saysinis: & partem melius probãtẽ, & potius ius in possessorio habentiũ resarciãt. & aliis partib. iuxta mẽtẽ, stilũ & practicã dictæ legis regiæ querelæ de nouis dissaysinis, cuius tenor etiã in dictis literis inseritur, iusticiã ministrent. Hoc effectualiter continent illæ literæ: & hoc

135

136

casu impetratus non articulati ad fines in proximè præcedenti intentione scriptos: scilicet, quod simpliciter pronuntietur, non esse locum statuto, sed concludit etiam, vt ipse resarciatur possessionibus & saysinis, ex aduerso per impetrantem deductis non obstantibus, & cuius quidem intentionis seu præfationis tenor talis est. *Vt vobis dominis commissarijs* &c. vel sic *Adeo quod vobis* &c. vel sic. *Ad fines & effectus quod vobis venerabilibus viris dominis &c. commissarijs in hac parte specialiter deputatis ad exequendum statutum querelæ legis regiæ de nouis dissaysinis, hincinde impetratum & obtentum per Titium originarium & Sempronium consecutiuum impetrantes & impetratos constet & legitimè appareat, de veris, iustis & legitimis possessionibus & saysinis dicti Sempronij: deque turbis, nouitatibus & impedimẽtis per dictum Titium sibi illatis, in dictis literis vestræ commissionis mentionatis & specificatis, & infra latius specificandis & declarandis & vt constito vobis saltẽ ad sufficientiam de constare mandatis per vos vestrámque sententiam seu ordinationẽ dicatur, pronuncietur & declaretur locũ fuisse et esse statuto querelæ legis regiæ de nouis dissaysinis prædicto ipsius Sempronij impetrato & obtento, ex aduerso pro parte dicti Titij deductis, productis, allegatis & iustificatis non obstantibus & per consequens locus debati seu res contentiosa resarciatur & restabiliatur ad vtilitatem dicti Sempronij; & aliàs per vos in omnibus & circa omnia fiat* &c. Cape residuum vt supr. Productis igitur dictis articulis admittitur ad probandum, & producit testes suos qui examinantur vt supr. dictum de testibus originalis impetrantis & seruatis cautelis prædictis in originali impetrantis in productione testium seruari declaratis. ¶ Ad-

137 uerte tamẽ, quod in † articulis turbæ, iste Sẽpronius impetratus, qui nunc efficitur impetrans, non habet necessariò deducere alias turbas, quàm impetrationem & executionem Titij originalis impetrantis, quę sunt formalis turba ipsi Sempronio. Sed si alias reales turbas habeat: putà, quia Titius se pro domino rei contentiosæ gessit, fructus percepit, aut ipsum Sempronium possidere prohibuit, seu impediuit, vel similia fecit, poterit pro abundantiori cautela illas turbas specialiter deducere.

138 ¶ Sciendũ tamen est, quod in † dictis primis capitibus legum regiarum prædictarum, secundum statuta præ-

fatæ

fatæ curiæ, reprimitur numerus effrenatus testium: ita quòd nõ est permissa examinatio vltra numerum decem quæ prohibitio fundari potest *per ca. significauerunt. cum sequen. Ext.de testi.& in ca de testi.e.ti.& in l. j.in fi.ff.de test.* attamen vbi eminet multitudo articulorum, seu capitulorum probandorum per testes, tunc faciliter dispensatur super ampliori numero, ne ius partis probantis inopia probationum pereat: quia probationes non sunt illo casu coangustandæ. ¶ Septimò factis hincinde inquestis, seu receptis attestationibus per commissarium, seu commissarios, & omnibus productis per vtramque partium receptis, commissarius, vel cõmissarij, procedit, seu procedunt ad ordinationem secundum tamen diuersos stilos prædictos, qui sunt tres, de quibus in forma sententiarum siue ordinationum dicetur. Sed senescallus Bellicardi, & Carsione commissarius, non consueuit procedere ad ordinationem, sed remittit curiæ committenti, in qua comparentibus partibus, viso processu, fertur ordinatio super dicto primo capite. Sed hoc non variat ius partium neque substantiam legum prædictarum. ¶ Sed antequam † commissarius, seu commissarij, procedat, seu procedant, considerare debet, vel debent, ad fines benè vel rectè iudicandi, tam ex parte impetrantis, quàm ex parte impetrati sequentia. Et primò ex parte impetranti: attendere debet, quòd impetrans ex parte sui probet turbam & dissaysinam *per lec. & nota.in §.retinendæ. & in §. commodum.Insti.de interdic. & in l.j.§. quod ait prætor.ff.vti passi.& in l.ij.C.eo.* 139

¶ Et præsumitur † probata possessio continuata, si probetur ante turbam & tempore turbæ possedisse, *vt volunt Doct.in l.non ignorabit. C.ad exhi. & in l.siue possidetis. C.de proba.* ¶ Et dicitur probari turba sufficiẽter, probato quocunque actu, per quem impetratus nõ finitur liberé, quieté possidere *per lec.& no.in præalle. l.vim facit.ff.de vi & vi arma.& in l.vim facit. ff. quòd vi aut clam.* Nec requiritur de necessitate, quòd turbans prætendit se possidere, sed sufficit turbam illatam fuisse: putà, præcidisse arbores, fructus collegisse, colonum expulisse laborantẽ, censum vel canonem soluere prohibuisse, vel quid aliud damni vel inquietationis intulisse *per Glos. d.l.j.ff.vti pos. in § huiusmodi aut interdicti.& §.restituẽdæ.fac.item l.si duo,* 140

in prin.& § si vicinus.& § item videamus.ff.vti possid. quinimmo etiam si inhibitus per litteras manu tenentię ne turbet, se opponat, consueuit talis oppositio accipi pro turba. quæ practica inoleuit *ex dictis Docto. in cap.mandatum de rescriptis.et in ca.suborta.de reg.iu.* & hoc iure vtimur. Notandum tamen est, quòd † non sufficeret probari possessionem per instrumenta *per lec.et nota. in l.iniquè instructus. C.de acqui.pos.et in l.prædia. ff.eod.et in ca.inter dilectos.de fide instrum.* ¶ Quæritur, An turba † illata, possit turbans pœnitere, sic & aliter, quòd turbatus non possit contra eum intentare remedium dictarum legum? Et videtur, quòd turbans esset audiendus: dum tamen offerret omnia integrè emendare & reparare *arg.lec.et not. in l.reus paratus.ff.de procu.et Insti.de offi.iud.§.fi.et l.fideiussor.ff.de doli exceptio.* Si verò non offerat omnia integrè emendare & recuperare, non impediret eius pœnitentiā, *per lec.et nota.in l.insulam.ff.de ver.obl.et in d.l.j. §.fi.ff.vti possid.* quia effectus † dictarum legum, est, quòd ablata per turbantem, restituantur turbato, & quòd à cætero nō molestet seu turbet. *l.penul.ff.de aqua quoti.et æsti.* Sed si turba fuerit facti, non debet de facto reparari. Habet etiam impetratus alia remedia, de quibus supra dictum est in practica querimoniæ casus nouitatis vbi lectorem remitto, ne repetitio membranas occupet.

141

142

143

144 ¶ Quæri tamen potest, † An si impetratus clarissimè doceret de vero titulo, impediret resarcimentum ferendum? Et videtur prima facie, quòd deberet impedire, *per regul.iuris dolo facit et per l dolo.ff.de dol.except.et per glo. in d,l.si de vi.ff.de iudi.* In contrarium *fac.text.et glo.in l.si de eo.§.si seruum. ff.de acqui.pos.* Et his accedunt *lec. et not. in ca.pastoralis.præalle.de caus.pos.& propriè. & in ca.licet causam. §. ex præmissis. ver. maximè, Ext.de proba.* Et ideo est pro hac parte bona ratio; quia petitorium & possessorium nihil habent commune *præalle. §.nihil commune. in l.naturaliter.ff.de acqui.pos.* Cum & alia ratione, ne quis scilicet sua audacia ius sibi dicat *authent.propria,in rub.& nigro. C.ne quis in sua causa. & C. quando liceat vnicuique, & in l.si quis in tantam. C. vnde vi.* Cætera vide in præcedenti lege querimoniæ nouitatis, quę possunt practicæ huius legis regiæ de nouis dissaysinis adaptari. Octauò, his omnibus completis, commissarius procedit ad suam

ad suam ordinationem, quæ † diuersificatur tripliciter 145 secundum triplicem modum experiendi supra præmissum. Nam Aut impetrans solus facit processum, sic quod impetratus nihil obstat, vel opponit: & tunc fertur vno modo sententia. Aut impetrans non iustificat, sed impetratus opponit, & obstat, propter liquidas contrarias possessiones: & tunc fertur alio modo. Aut & tertio originarius impetratus pariter côimpetrat, vt suprà dictum est: & tunc fertur sententia in alia forma, quarum formæ sequûtur & possunt esse tales. Et primò, quando impetrans solus facit processum sic, quòd impetratus nihil obstat, vel opponit, potest sic formari sententia. *Visis nostræ commissionis litteris, necnon deductis, productis, probatis, & iustificatis per dictum Titium impetrantem: quia nobis constitit, & constat saltem ad sufficientiam de contentis in dictis litteris dictæ nostræ commissionis, ratio legis regiæ prædictæ mentem nostræ commissionis tenorem, stilúmque, & practicam curiæ domini committētis insequentes: Pronunciamus & declaramus locum fuisse & esse statuto querelæ legis regiæ de nouis dissaysinis, & propterea locum debati fore & esse resarciendum, & restabiliendum ad vtilitatem dicti Titij impetrantis, quem nostra præsenti ordinatione resarcimus & restabilimus, turbas, nouitates, & alia impedimenta tollendo & amouendo, debatúmque & rem contentiosam & per partes interdictas ad manum regiam, tanquam superiorem ponimus & reducimus: inhibendo & inhiberi mandando dicto Sempronio impetrato, ne in præiudicium dicti resarcimenti manúsque regiæ appositionis quicquam attentet, vel innouet, attentarique seu innouari faciat, vel procuret, per se, vel per alium, directè seu per obliquum: & in signum omnium præmissorum arma regia floribus lilij depicta in altera parte loci contentiosi iubemus affigi: assignantes partibus, si super secundo capite dictæ legis experiri voluerint ad talem diem, &c. in curia domini talis vel talis à qua nostra emanauit commissio, literas & seruientes super hoc concedendo* & hoc nono.

¶ Decimò, lata † dicta ordinatione, cōmissarius concedit literas executorias dictæ suæ ordinationi parti resarcitæ pro illa executione demandanda, & in vim illius compellitur turbator, inquietator, seu molestator, ad fructum per eum medio turbæ inquietationis, seu molestationis præceptorum restitutionem *per l. j. §. ex* 146

die.cum ibi not ff.de vi & vi arm.& l.videamus.§.in Fauiana.de vsur.cum similibus. Et si opus est, ipsemet commissarius partem ad hoc prætoriæ viribus constringit. ¶ Se-147 cundo vero † casu: scilicet quando impetrans non iustificat, vel quidem iustificat, sed impetratus opponit & obstat, propter liquidas contrarias possessionis deductiones & iustificationes: & tunc fertur, vt sequitur sentẽtia. *Viso nostræ commissionis litteris, necnõ hincinde deductis, productis, probatis & iustificatis, per vtranque partium, cùm nobis non constiterit, seu constet, ad sufficientiam, de constare mandatis, narratis, & expressis in litteris nostræ commissionis: ideo pronunciamus & declaramus non fuisse vel esse locum statuto querelæ leges regiæ de nouis dissaysinis pro parte Tity contra Sempronium impetrato, & per consequens nos non posse procedere ad vlteriora nostræ dictæ commissionis, nisi in assignando dicto impetranti ad comparendum coram domino nostro cõmittente visurum ad causam temerè impetrationis se condemnari erga impetratum in expensis: quem nostra præsenti ordinatione ad diem.&c. immediatè sequentem assignamus, literas, & seruientem super his concedendo.*

¶ Tertio autem casu: s. quando originarius impetratus pariter comparet, tunc si originarius impetrans potioribus iuribus & possessionibus *fulciatur*, fertur pro eo sententia: vt suprà dictum est. Si verò impetratus † & se-148 cundo loco impetrans, similiter melioribus iuribus & possessionibus fulciatur, fertur tunc pro eo contra originarium impetrantem sententia seu ordinatio, & forma vnius, est forma alterius, vt sequitur. *Visis nostræ commissionis litteris, nec non hincinde per vtramque partium deductis, productis, probatis & iustificatis vt suprà in prima forma: Pronunciamus & declaramus fuisse & esse locum statuto querelæ legis regiæ de nouis dissaysinis pro parte Tity contra Sempronium, vel econtrà prout casus euenit, impetratum ex aduerso pro parte talis vel talis. supple contra quem fertur resarcimentum, deductis, productis, allegatis & iustificatis non obstantibus: & per consequens turbas nouitatis & impedimenta appositas & apposita fore & esse tollendas, amouendas, & quæ nostra præsenti ordinatione tollimus & amouemus, debatum & rem contentiosam ad manũ regiam tanquam superiorẽ &c.* Cape residuum, vt in prima, & de executione eiusdem, vt suprà dictum est, post primam formam. ¶ Aduertendum

dum tamen est,quòd † in vtraque lege regia prædicta, 149 potest euenire casus, quòd vtrâque partium æqualiter probat possessionem & titulum:& iste est casus multum inopinatus cõmissariis & executoribus dictarum legũ, nec reperitur alia via tutior commissariis, quam remittere causam decidendam consilio curiæ, cuius est cognitio secundi capitis,in qua quidem curia, speculari debet, si sit omnimoda paritas tituli & possessionis: quia quantuncunque parua insurgat disparitas, sufficeret pro resar cimento ferendo in fauorem præcellẽtis in petitorio,vel possessorio.*arg.lec. & not.in prædicta.l.j.C.vti possi. & in c. licet,de probatio.* ita quòd,vbi vterque probaret recentem, antiquam possessionem, sed vnus antiquiorẽ de vno anno,vel fortè minus,illa pauca disparitas sufficeret.*arg.lec. & no.in dict.iurib. & in ca.cum ecclesia, de ele.* Vbi † verò 150 tanta esset petitorij & possessorij æqualitas,quod vix vel rarò contingit,tunc pronunciãdum esset *Vti possidetis,ita possideatis*,ex mente dictorum iuriũm,cum additione tamen prohibitionis in sententia, ne altera ipsarũ partium ad arma,seu viam facti,procedere haberet,sub pœna. Et posset eo casu talis formari sententia. *Visis † cunctis, quia* 151 *hincinde per partes corã nobis deducta & iustificata iura possessoria partiũ æqualia reducuntur,sic & taliter,quòd sine pleniori iuris & possessorij partium prædictarum examinatione,pro præsenti non possumus alteri partium iam dictarum statum causæ, seu rei contentiosæ recredentiam adiudicare: Ideo per hanc nostram sententiam,seu ordinationem pronunciamus & declaramus,quod partes prædictæ vti hucusque possederunt, ita & in futurum sub manu tamen regia possideam, omnem portum & vsum armorum,ac omnem viam facti dictis partibus sub pœna centum marcharũ argenti vigintiquinque,quinquaginta,centũ, aut mille intra inhibemus.*&c.& hoc secundũ qualitatẽ per sonarũ applicandarũ domino nostro regi, *& hoc totũ per modũ prouisionis & donec partibus latius auditis per curiam,à qua nostra emanauit commissio aliud fuerit ordinatũ: assignando dictis partibus legitimè comparituris in dicta curia ad diem* &c. *de dictis eorum iuribus & possessionibus latiùs docturis & iustificaturis,vt cunctis visis,partibúsque prædictis latius auditis per eãdẽ curiã ordinari valeat,quod iustũ fuerit, & rationis litteras & seruientẽ super his concedendo.* Ego tamen tutius reputarẽ,quòd hoc casu practicaretur sequestrũ ad instar

legis querelæ nouitatis,ne partes sub colore proximè di ctæ sententiæ, prohibitione non obstante, venirent ad arma:& esset consultius processum,de quo suprà dictum est,in practica dictæ legis querimoniæ nouitatis, quæ sequestratio, de iure hoc casu satis videtur permitti *per lec. & not.in l.æquissimum.in prin.ff.de vsufruc* per quam probatur,quòd debet iudex prouidere ne partes contendentes veniant ad arma. ¶ Notandum autem, quòd in † istis primis capitibus dictarum regiarum,duo regulariter cessant:Primo,obiectus contra testes: secũdo, appellatio ab ordinatione. Et dico primò, obiectus contra testes, salua tamen distinctione,quæ sequitur.Nam licet regulariter,

152

153 Testium † reprobatio non admittatur in iudicio summario,*per lec.& not.per Doc.in ca.veniens,de testi.*ex eo, quòd primum caput dictarum legum est summarium,& obiectus testium altam exigunt indaginem, vt suprà visum

154 est,in casu nouitatis. Et de iure † est, quòd exceptio requirens altiorem indaginẽ,quam iudicium, vel causa ad quod,vel quam proponitur,defertur in alio iudicio *secundum lec.& no.per Doc.in l.ij.C.de edic.diui Adri.tollen.* Vbi verò non requirit altiorem indaginem,sed illicò possunt expediri:tunc debent admitti. *ar.notatorum.in ca.pastoralis.§ præterea,de offi.dele. & in ca.non solùm, de app.lib. vj.et in l.ait prætor.ff.de iureiur.* ¶ Dixi secundo, quòd non admittitur appellatio.& hoc regulare est *in rubro et nigro, cum ibi lec.et nota.per Glo.et Doc.C.si de momẽtan.poss.f.appel.fue.* Verumtamen circa hoc cadit distinctio: quia licèt regulare sit, quod † ab adiudicatione momentaneæ

155 possessionis non appelletur: potest tamen à mediis, per quæ ad dictam adiudicationem peruenitur,appellari:pu-

156 tà,à denegatione † visionis seu concessionis copiæ com

157 missionis:quia quilibet † commissarius præsumitur priuata persona,nisi doceat de sua commissione *per lec.et no. in ca.cùm in iure,de offi.dele.* Vel abarcta † dilationis con-

158

159 cessione *per lec.et not.in c.præterea.de dilatio.* Vel à † denegatione audientiæ.*ar.lec.& not.in l.fi.§.illud.in fi.C.de tem. appella.& in ca.cum sit generale.de foro compe.* quia non solum permittitur à talibus appellari: immò etiam in partem formalem iudex accipitur. *vt in ca.dominus xxiij.q.ij. & faciunt lec.& no. in c.fi.de rescrip.*Et hinc vidi sæpissimè apud nos practicari, quòd commissarij, qui circa præ-

missa delinquebant, ex ordinatione curiæ, viso processu abusiuè per eos facto, adiornabantur instante procuratore regio intitulato contra eos, responsuri, & meritò. *per ea quæ leg. & no. in l. fi. C. de pœna iudic. qui malè iudic. & ij. quæst. vj. cap. hoc etiã. & in ca. cum æterni. de re iud. in sexto.* Sic igitur caueant sibi tales commissarij, quòd prece, precio, fauore, vel odio, non procedant: sed regulatè, iuridicè, ritè ac rectè exæquantur. quia quanquam prima capita dictarum legum sint summaria, non tamen adeo sunt summaria, quin partes audiantur. *per lec. & nota. in clemen. dispendiosam, de iudicijs. & in clemen. sæpe de verbo. significa. et in l. etiam. §. vlt. ff de minoribus. et in l. illatæ. C. de fide instrumento. et in authent. si quis in aliquo. C. de edend. et in cap. Albericus de testibus, et in pluribus alijs iuris partibus.* Et iudex † vel commissarius faciens litem suam, tenetur parti ad omnia damna & interesse *secũdum lect. et no. in d. l. fi. C. de pœna iudi. cum sequentib. iuribus præalle.* Et ideo cauti debent esse tales commissarij, & iudices primorum capitum dictarum legum, quòd omnia prudenter faciant: quia melius est modicũ tardare, quàm præcipitanter & temerè procedere, & se periculis spiritualibus & temporalibus exponere. 160

¶ Vbi verò † appellatio sine iusta causa vel grauamine interponitur, ab ipso commissario iustè illam refutare potest & debet *per lect. et no. in ca. cum appellationibus friuolis. de appella. lib. vj.* Et potest esse forma appellandi talis. 161

¶ Aduertendum † est præambulè, quòd in exordiis appellationum interponendarum, non potest certa forma dari: quia exordia non sunt de substantia: & ideo fiunt secundum motum animi dictantis. aliqui enim sic, vt sequitur, exordiuntur. *Existens coram vobis* &c. vel sic. *Constitutus coram vobis* &c. vel sic. *Comparens coram vobis* &c. vel sic. *Veniens coram vobis* &c. vel sic. *Secundum trutinatam formam appellationis remedium.* &c. Alij verò magis rethorici & in practica triti exordiuntur ab aliquo eleganti dicto: super quo tanquam in cardine reuoluitur appellãdi causa, & retéto themate præmissorũ grauaminũ, scil. denigrationis seu potius *denegationis*, visionis seu concessionis copiæ commissionis, & dationis 162

arte dilationis, ac denegationis audientiæ, istum exordium autem communem habēs respectum ad dicta tria grauamina, potest esse talis. Scriptum autem est, quòd in iudiciis non debet esse acceptio personarum. *vt in ca nouit. de indic.* vel sic. Potissima iudiciorum pars consistit in partium disceptione, *per lec. & not. in ca. j. de sequestra. poss. & fruc.* quia Negotiorum merita partium assertione pandūtur. *C. si per vim vel alio modo. Et cùm ita sit, quòd vos venerabilis vir domine talis &c. commissarius assertus ad exequendum primum caput legis regiæ querelæ de nouis dissaysinis pro parte & ad instantiam Titij contra me Sempronium impetratum, quo zelo dictus nescitur, denegaueritis mihi visionē seu copiam literarum vestræ prætensæ commissionis. Et his non contentus, tamen coram vobis compatiturum infra trium horarum spatium in loco contentioso assignastis, quod mihi impossibile erat ex eo quod domicilium meum, in quo moram facere consueui distabat & distat à loco prædicto contentioso quatuor leucis: & sic non fuit mihi possibile, quòd in tam breui termino instructus coram vobis comparere potuerim. Et licèt ex post facto, & quamprimum potui, coram vobis comparuerim, & ad deducendum, probandum & iustificandum iura mea, admitti petierim: vos tamen grauamina prædicta iampridem mihi illata multiplicando, me admittere & audire noluistis: quinimmò præcipitanter & me inaudito, ad vestram talem, qualem nullam abusiuam, iniquam & iniustam processistis ordinationem per quam me iusta, legitima, pacifica & quieta mea possessione, iure incognito, fauore nimio, dicti Titij impetrantis, priuastis: & alia plura grauamina, de quibus per processum liquebit, mihi intulistis, amplioráque inferre comminati fuistis, ex quibus & alijs ex processu resultantibus, sentiens me supra modū oppressum & aggrauatum, timénsque magis atque magis in futurum opprimi & aggrauari, à vobis, totalique vestra potestate, audientia, & cognitione: dictisque grauaminibus mihi illatis, & inferri amplius cōminatis, in & cum his scriptis prouoco & appello, ad serenissimum & Christianissimū dominum nostrum regem, eius metuendam parlamenti supremam curiam: neque non ad dominum &c. & ad illum, seu ad illos, ad quē, vel quos, mea præsens appellatio deuolui de iure, stilo, vel consuetudine potuerit, seu debuerit: petēs appellationes & litteras dimissorias semel, secundo, & tertio sæpius instanter & instantissimè mihi dari et concedi: petendo à quorum denegatione iterum, prout*

et ad

& ad quos suprà prouoco & appello: potestãs de huiusmodi mea appellatione prosequenda, via nullitatis, querelæ, iustitiæ, defectus ab vsus, seu iniquitatis, aut alia qualibet via iuridica & mihi permissa: submittens me & bona mea protectioni & saluagardiæ domini, seu dominorum prædictorum: inhibens quantum de iure possum & valeo, vigore meæ præsentis appellationis, ne quicquam in contrarium mei præiudicium attentare seu innouare habeatis, de quibus pro responsione peto instrumentum à vobis notario, testes præsentes inuocando. Forma verò respondendi † appellationi potest esse talis: *Visa tali quali cedula appellatoria, nobis pro parte Sempronij impetrati reddita, in qua se per nos grauatum fuisse prætendens à nobis appellare satagit., quanquam dicta appellatio tanquam super merè falsis & dolosè adinuentis fundata responsionem non mereatur: attamen ne aures dominorum ad quos appellare satagit falsis & dolosis grauaminum adinuentionibus imbuerentur, necessarium duximus, vt sequitur, respondendum. Et primo, ad id quod dicitur, nos visionem seu copiam nostræ commissionis denegasse contrarium apparet ex actis & processu coram nobis agitato, per cuius tenorem apparet, quod dicto impetrato visionẽ & copiã, dictæ nostræ commissionis, votinè concessimus. Ad secundum verò, ex aduerso grauamen prætensum, de arctatione dilationis respondemus, quod appellare nitens, ex eo, quod grauatũ legitimè prætẽdere non potest: quia dictus Sẽpronius impetratus fuit de die ad diem citatus, comparituris ad locum contentiosum, distantem à loco suæ habitationis per duas leucas: & sic apparet quòd habuit amplissimam dilationem ad comparendum.* Quoad *verò tertium & vltimum grauamen super denegatione audiente fundatum. Respondemus quòd totum oppositum est veritas, vt à tenore processus coram nobis agitati apparet. Nam semper & continuè obtulimus dicto Sempronio impetrato, & appellare nitenti ipsum benignè audire in omnibus admissibilibus, & sic ex his apparet ipsum sine causa, aut saltem sine legitimo grauamine appellare. Quare ex his & aliis ex processu resultantibus, dictam eius appellationem, tanquam friuolam & inanem à nullo saltem legitimo grauamine interiectam, & tanquam in materia & forma peccantem, non admittimus: dictã responsionem pro appellationib. refutatoriis, cum dimissoriis non sit locus: honore tamen & reuerentia dominorum ad quos appellare nititur semper saluis concedendo.* ¶ Expedito † igitur, vt præmissũ est, primo capite dictæ legis

163

164

rege querelæ de nouis dissaysinis, fit transitus ad secundum, vt sequitur. Nã die assignata, partibus per commissarium primi capitis processuris, super secũdo, in curia, à qua sua emanauit commissio, comparet pars resarcita cum processu, seu expletis primi capitis, si illum tam citò habuisse potuerit, aut cum literis resarcimenti, in quibus inseritur ordinatio resarcimenti, & in pœnitentia partis contra quam processit resarcimentum, si compareat, vel in eius contumacia petit procedi: super dicto secundo capite: & procedendo, nisi pars aduersa det factum seu ponat, det & articuletur de iure suo, petit resarcitus se diffinitiuè manuteneri, & manum regiam ac omne aliud impedimentum in re contentiosa appositum tolli & amoueri ad vtilitatem ipsius impetrantis: & tunc, aut pars impetrata & citata captat terminum ad hoc faciendum, aut non. putà, quia non comparet. primo casu petit copiam expletorum primi capitis & terminum congruum ad dandum facta: hoc est ad deducendum, ponendum & articulandum latius de iure suo. quæ quidem copia & dilatio sibi conceduntur. Impetrans verò & resarcitus, petit interim, quòd resarcimentum suum sortiatur effectum: super quo interloquitur iudex. Si non impugnetur ordinando, interim illud suum debere sortiri effectum, & super hoc concedit literas suas. Si verò impugnetur: putà, de nullitate. quia impetratus dicit expleta nulla, ex eorum tenore deducens nullitates in scriptis, quas reperit resultare ex actis: & tunc talis nullitas in promptu proposita & probata, impedit sortimentum dicti resarcimenti, donec visis expletis appareat, si processus sit validus, vel nullus. *per l.iiij.§.condemnatum. cum ibi lectis & not. ff. de re iudi.* Sed appunctat inde nihil noui fieri, donec visis expletis, seu processu primi capitis, aliud fuerit ordinatum. Si verò aliud proponatur ad impediendum sortimentum dicti resarcimenti, quòd altiorem indagmen exigat: tunc talia non impediunt sortimentum, immò ordinat iudex resarcimentum suum sortiri effectum. Cùm verò impetratus est contumax, & non comparet, iudex concedit literas impetranti, ad iterum citari faciendum impetratum, pro-

cessu-

cessurum in causa dicti secundi capitis: ídque cum intimatione, quòd impetrans & resarcitus, diffinitiuè & fortiùs manutenebitur, & quòd manus regia tolletur ad vtilitatem impetrantis & resarciti, & super hoc concedit suas literas, quas exequi facit pars: interim tamen resarcimentum sortitur effectum. ¶ Adiornata igitur † parte impetrata, comparet impetrans ad diem assignatam, qui in præsentia partis, si compareat, aut in eius contumacia, quam accusat, petit se manuteneri diffinitiuè, & manum regiam tolli ad sui vtilitatem, cum expensis: & si citatus non compareat, manutenetur impetrans, & tollitur manus regia ad sui vtilitatem, condemnatúrque impetrans in expensis. Si verò citatus compareat, & velit de iure suo docere, audiatur, & copia processus primi capitis sibi conceditur, suis tamen sumptibus & expensis: qua quidem copia habita, dat, ponit & articulat de iure suo sub forma sequenti: *Adeo † quòd vobis domino. super, à quo emanauit commissio, & cui secundi capitis cognitio pertinet* &c. vel sic. *Vt vobis* vel sic. *Ad fines & effectus quòd vobis clarissimo, magnifico & potẽti viro domino Senescallo Bellicardi & Nemaus. seu vestro locũtenenti, & vestræ venerabili præsidali curiæ constet & legitimè appareat de bonis, iure & iustitia, rectáque oppositione & defensione, iustis & legitimis possessionibus, vsibus, iuribus, facultatibus & saysinis, seu quasi Sempronij impetrati: déque malo iure, iniusta causa & temeraria impetratione: nulláque & abusiua per commissarium primi capitis statuti querelæ legis regiæ de nouis dissaysinis pro parte Titij impetrantis executione: & vt per vos vestrámque diffinitiuam sententiam dictus Sempronius impetratus in dictis suis possessionibus, iuribus, vsibus, facultatibus, & saysinis, seu quasi, manuteneatur & conseruetur: manúsque regia, ac omne aliud impedimentum in rebus contentiosis appositum tollatur & amoueatur ad vtilitatem dicti Sempronij, dictus verò Titius tanquam temerè impetrans in omnibus expensis factis & fiendis, de quibus dictus Sempronius protestatur, condemnetur, condemnatúsque cogatur & compellatur: & aliàs ius & iustitia eidem Sempronio fiat & administretur. Ad hos siquidem* &c. Cape vt supra. Datis igitur dictis articulis, iudex eos admittit, saluo iure impertinentium & non admittendorum, & fit inquesta, seu recipiuntur

165

166

atteſtationes ſuper eis, & curiæ reportantur, quibus reportatis, ſi impetrans reſarcitus velit replicare, latiúſque ponere & articulare de iure ſuo, admittitur: quo admiſſo deducit, ponit & articulat vt ſequitur. *Ad* † *repellendum quædam pro parte Sempronij impetrati contra Titium impetrantem inciuiliter, iniuſtè, dolosè, adiunctè & impertinenter deducta: & vt illis non obſtantibus, per vos magnificum & potentem &c. veſtrámque diffinitiuam ſententiam dicatur, pronuncietur & declaretur per commiſſarium primi capitis dictæ legis regiæ benè & debitè fuiſſe proceſſum cognitum & ordinatum, & pro parte dicti Sempronij opponentis perperam debitè, & iniuſtè oppoſitam: & vt per vos, veſtrámque præfatam ſententiam dictus impetrans ex aduerſo deductis, productis & iuſtificatis non obſtantibus, in dictis ſuis poſſeſſionibus, iuribus, facultatibus & ſuyſinis, ſeu quaſi, manuteneatur & conſeruetur, manúſque regia ac omne aliud impedimentum in dictis iuribus contentioſis appoſitum tollatur & amoueatur ad vtilitatem dicti Titij impetrantis. Dictus verò Sempronius impetrans & opponens in omnibus expenſis, factis & fiendis, de quibus in contrarium proteſtatur, condemnetur, condemnatúſque cogatur & compellatur ad hos ſiquidem* &c. Cape reſiduum vt ſupra. Datis igitur prædictis articulis ad probandum ſaluo iure impertinentium & non admittendorum, admiſſis: fit inqueſta, ſeu recipiuntur atteſtationes, quæ factæ producuntur: & ſi Sempronius impetratus velit replicare, admittitur: qui replicando impugnat articulata Titij impetrantis. Et ſtilus replicandi ſatis pôt colligi ex præcedẽtibus. Pariter Titius faciet ſuper articulis ſuis inqueſtam ſeu atteſtationes, & reportabit curiæ: & pariter vice mutua Sempronius, ſi velit duplicabit: & ſic hincinde fient pares in numero inqueſtæ: quia nihil debet licere impetranti, quin liceat impetrato. Et iis geſtis, concluditur proceſſus, niſi partes velint obiicere, vel contradicere teſtibus, & documentis: quod eis licet, ſi velint: & ſuper obiectib. & contradictis quatenus in facto conſiſtunt, facere inqueſtas, ſeu recipi facere atteſtationes, & illas reportare curiæ: & in eiſdem & obiectib. & contradictis, poteſt obiiciens vel contradicens, de iuribus ſuæ partis, per deductionem & allegationem rationum & iurium, edocere, in quibus quidem obiectibus contradictis & allegationibus, poterit obii-

ciens,

ciens, contradicens & allegans, vt sequitur intendere & exordiri: *Vt per† vos clarissimum, magnificum & potentem* 168 *virum &c. nullus respectus habeatur in iudicando processum super secundo capite legis regiæ querelæ, de nouis dissaysinis, coram vobis exorditum, & pendentem indecisum, inter Titium impetrantem & certum impetratum ad testificata producta & allegata pro parte dicti Sempronij: & quòd illis non obstantibus, conclusiones pro parte ipsius Tity impetrantis sæpe petitæ ac repetitæ, assumptæ & adiudicari, petitæ eidem adiudicentur: & alias ius & iusticia* &c. Cape residuum, vt suprà, Item & de obiectionibus contra testes, pariter supra in casu nouitatis. Et his igitur omnib. sic gestis, assignatur partibus ad audiendum sententiam in causa ferendam, ad certam diem tunc futuram. Et potest iudex interim, si causam habeat dubiam, reportare in consilio curiæ suæ, & iuxta, dicti consilij deliberationem ferre sententiam, cuius tenor potest esse talis. *Viso † processu,* 169 *& eius meritis, in petitorium, curiæ nostræ consilio maturè & accuratè examinatis, per hanc nostram diffinitiuam sententiam quam more maiorum nostrorum pro tribunali sedentes in his ferimus scriptis: Pronunciamus & declaramus, per commissarium primi capitis benè & debitè fuisse processum & resarcitum, dictúmque Titium impetrantem fore & esse fortiùs manutenendum, manúmque regis, & omne aliud impedimentum, appositam & appositum, tollendam & amouendum. quę nostra eadē sententia manutenemus & conseruamus, dictámque manū regiam, & alia quæcumque impedimenta tollimus & amouemus, dictúmque Sempronium impetratum præfato Titio impetranti, procuratorum ipsarum partium ministerio, in omnibus expensis hucusque factis, condemnando, illarum tamen taxatione nobis & curiæ nostræ in posterum reseruata.* Et quia hæc sententia est diffinitiua, potest grauatus verbaliter appellare, cui appellanti tenetur iudex respondere & deferre per l. quoniam iudices. C. de ap. cuius quidē responsionis tenor † poterit esse talis. *Et nos iudex prædictus, vobis Sempronio appellare nitenti respondemus, quòd intendimus benè & iustè iudicasse, & vos in nullo grauasse: & per consequens dictam vestram talem qualem appellationem minimè fore admittendū prout nec admittimus, nisi & inquantum domini, ad quos appellare nitimini, illam duxerint admittendam præsentem responsionē pro appellationib. debitis, honore tamen*

& reuerentia dictorum dominorum, ad quos appellare satagitis semper saluis concedendo. Oblatis igitur libellis prædictis, proceditur quinto ad litis contestationem, in quo
171 præmitto, quòd † causæ, quæ in iudiciis aguntur, sunt in duplici differentia. Nam quædam sunt in quibus plenaria: Quædã verò, in quibus summaria requiritur cognitio: de quibus *in cle. dispendiosam. de iudi. & in cle. sæpe. de*
172 *verbo.sig.* Et in † iudiciis, in quibus proceditur summariè, non exigitur formalis litis contestatio: quia sufficit quęcunque iudicialis contradictio, *vt in c. quoniam frequenter, vt lit. non contest. & per lec. & nota. per Doct. in l. si fundus. §. in vendicatione. ff. de pigno. & in l instrumenta. C. de proba.*
173 *& in l. sancimus. §. cum autẽ. C. ad Treb.* ¶ Fit autem † litis contestatio negatiuè, vel affirmatiuè. De negatiua litis contestatione, satis aperiunt. *l. j. C. de litis contesta. & l. ij. C. de iura. cal. & c. j. de li contesta.* De affirmatiua verò loquuntur. *l. Iulianus. ff. de confes. l. si debitori ff. de iudi. & l. proinde. §. vltim. ff. ad leg. Aquil.* Qualiter autem fiat litis contestatio, iura prædicta satis aperiunt. Nam fit seu fieri potest vt dictum est, negatiuè vel affirmatiuè. Et quando fit negatiuè probata intentione agentis, sequitur condemnatio. Si verò fiat affirmatiuè, nullæ sunt partes iudicis in cognoscendo: sed tantummodo in pronuntiando.
174 & ita intelligatur. *§. si. l. proinde, præalle.* ¶ Circa † verò tempus litis contestatæ: aliquando incidit iuramenti calumniæ præstatio. Et dixi *aliquando*: quia tacitè potest remitti à parte parti: *ar. no. ff. de procu. l. filiusfa. §. veterani.* Et ideo considerare debet actor, si expedit quòd iuretur in causa
175 de calumnia. Quod quidem † iuramentum continet quatuor capita vnde versus,

> *Illud iuretur, quod lis sibi iusta videtur.*
> *Et si quæratur: verum non inficietur.*
> *Vt lis tardetur, dilatio nulla petetur.*
> *Nil permittetur, vt falsa probatio detur.*

176 Si autẽ † tale iuramentũ calumniæ omittatur, non autẽ expressè, pôt iudex exigere ex officio, si velit. Et tũc esset danda dilatio ad iurãdum de calumnia, si petat. Et si vnà
177 † pars iuret, & alia nolit iurare, asserta in libello contra
178 eũ, habẽtur pro confessatis. Et principales † personæ, si sint præsentes, tenentur iurare. Si autem sint absentes, possunt iurare per procuratorem, habentẽ ad hoc mandatum

datum speciale *vt in d.l.ij.C.de iura.calū.& auth.ibi posita.* *& in c.j quasi per tot. de litis contesta.* Vbi autem † petitur 179 præstari hincinde iuramentum: primò, præstandum est ab actore, quàm à reo *vt in.d.l. ij. in prin.C.de iura. calum.* Et † licet, vt dictum est, possit tacitè remitti iuramentum calumniæ: non tamen remittetur expressè. *d. l.ij.§. sed quia veremur.* ¶Notandum præterea, † quòd si reus 181 respondeat obscurè, litem contestando, compellitur respondere clarè: alioquin punitur, ac si taceret: *vt ff.de interrog.ad l.de ætate §.qui tacuit.& §.quod autem.& §.nihil interest*, si autem † dubitat, datur ei tempus ad deliberandum: nisi esset persona suspecta ad malignandum. *ff. de interro. ac l. qui interrogatur. & qui satisda.cog. l.si fideiussor.* Hæc pauca de iuramento calumniæ pro nostro breuiario hîc sufficiant: quia cætera faciliter possunt videri & haberi *per lecta & no.in præalleg.iurib.*

180

De Probationibus.

R V B. I I I.

Argumenta.

1. in Probationibus vt processum anima consistat.
2. Probationum vt sint quatuordecim, de quibus passim tota rub.
3. Testes vt producendi sint parte aduersa presente, vel absente sed per contumaciam.
4. Testes vt iurati producendi sint.
5. Testium sumptus, vt pars producens ministrare debeat.
6. Testium interrogatoria, quomodo fieri debeat, tam in ciuili, quàm criminali causa. vid & nu.7.
8. Interrogatoria testium, vt in scriptis redacta iudici sint tradenda.
9. Testes vt non amplius quàm ter producendi sint, nisi cum solennitate à iure prescripta.
10. Testium productio, quot dilationes habeat tam de iure, quàm de consuetudine.
11. Consuetudo vt sit optima legum interpres.
12. Testis obscurè deponens, vt dictum suum interpretari possit.
13. Testis, vt errorem suum incontinenti possit corrigere.
14. Testium publicatione facta, vt iudex illorum depositiones examinet.
15. Testes, quo casu sint iterum examinandi.

68. Crimina an per instrumenta probari possint.
69. Iudex vt animum suum informare debeat per omnẽ probationis speciem.
70. Crimina qualiter probentur per testes.
71. Testis vnicus vt vnicum faciat indicium & præiudicium.
72. Testiũ pluralitas vbi requiritur, vt nõ sufficiat vnitas.
73. Testis vnius depositio vt in criminalibus non sufficiat ad torturam.
74. ex Præsumptionibus vt nemo condemnetur.
75. Indicia vt sint duplicia, { Dubitata & Indubitata.
76. per Indicia indubitata, an procedatur ad condemnationem vid. & nu. 78.
77. Probationes vt in criminalibus luce meridiana clariores esse debeant
79. Singula quæ non prosunt, vt multa iuuent.
80. Indicia homicidii quæ indubitata.
ibid. Præsentia in loco maleficii, vt faciat contra præsentem.
ibid. Gladius sanguinolentus vt sit homicidii indicium.
81. Fuga vt fugientem accuset.
82. Causa vt ex articulis decidatur.
83. in Dubiis vt sit tutior via tenenda.
84. Indicia non euidentia, quæ.
85. Negocia vt sint plura, quàm vocabula.
86. Indicia non euidentia quomodo probentur.
87. Pallor vt sit indicium delicti.
88. Probationes vt nullæ sint validiores, quàm quæ fiunt per facti euidentiam
89. Indicia quando locum habeant.
90. Causæ vt nullæ sint, eius quod non est.
91. Torqueri qui possint.
92. Mulier prægnans vt non torqueatur, nec puniatur.
93. Impubes vt non torqueatur.
94. Decrepitus vt non torqueatur. & quis decrepitus dicatur.
95. Milites vt regulariter non torqueantur. vid. & nu. 99.
ibid. Decuriones vt regulariter non torqueantur. vid & nu. 99.
96. Clerici an sint verberibus vel tormentis subiiciendi.
97. Testes qui & quales torqueãtur tam in ciuilibus quã criminalibus causis.
98. Quæstio an in omni causa habenda sit.
ibid. Tormenta an in omni causa sint adhibenda.
100. Tormentis iudex confessionem extorquens à reo indiciis non præcedentibus, aut ab eo qui torqueri non potest: An idẽ reus ex tali cõfessione obligetur.
101. Fieri vt multa prohibeantur, quæ tamen facta tenẽt.

102. ex

132. Reus in confessione in tormentis facta si perseueret, & de casu confessato constet, vt condēnari possit.
133. Iudex vt in condemnando ad mortem se cautè habere debeat.
134. Processus septimus terminus vt sit tempus exclusionis ad plus probandum per testes, & illorum publicationes.
135. Iudicis exclusio sine consensu partium facta, vt partibus non claudat probandi viam.
136. Exclusione de consensu partium per modum renunciationis facta, vt postea nō admittātur probationes.
137. Instrumentorum & documētorum vt non fiat exclusio propriè: immò illorū productio sēper fieri possit.
138. Processus octauum tempus, vt sint testiū obiectiones.
139. Processus nonum tempus, vt sit renunciatio & conclusio in causa tēpus cū adsignatione ad sententiā.
140. Iudex vt antequam sententiam ferat sæpius partes interroget an plus probare velint, ídque ante conclusionem in causa.
141. Allegationes iuris vt per partes tradi debeant antequam renunciatum sit & conclusum in causa.
142. Renunciationes & conclusiones in causa vt in curia Nemausensi expressè, sed tacitè quidem fiant.
143. Allegationes iuris quare fiant in fine causæ, dum ius sit finitum & certum.
144. Processus decimus terminus, vt sit tempus sententiæ ferendæ, seu prolationis.
145. Iudex quatenus consilio Iurisconsultorum acquiescere debeat.
146. Iudex vt in dubio consilium alienum sequi potius debeat.
147. Consilium, vt iudicem à dolo releuet.
ibid. Syndicari vt non possit iudex, qui consiliū sequitur.
148. Sententiæ præcipitatæ & indeliberatæ, vt tristem soleant exitum parere.
149. Sententia, quæ continere debeat.
150. Sententia vt in publico ferri debeat.
151. Sententia vt Vtraque parte præsente ferri debeat.
152. Sententia vt Secundum iuris ordinem ferri debeat.
153. Sententia, vt certa esse debeat.
154. Iudex, vt lata sententia definitiua desinat esse iudex.
155. Iudex, An lata sententia definitiua addere, mutare vel diminuere possit.
156. Iudex vt victum victori in expensis condemnare debeat.
157. Iudex sententia definitiua lata, & cognoscens se malè iudicasse, neque à suo sententia fuerit appellatū, qualiter sibi consulere possit. vid. & nu seq.
158. Iudex superior consultus, vt sententiā iniquè ab inferiore

ibid. Appellantis attentata, vt non transeant in desertionem.

184. siue Appelletur à definitiua, siue ab interloquutoria, vt nihilominus fiat attentatorum reparatio.

185. Attentata ab appellante ante inhibitionem vt cõtra iudicem non reparentur.

186. Appellatione deserta, vt iudex à quo sententiã mandet executioni.

187. Criminosus detentus appellans, vt ad iudicẽ ad quem mitti debeat.

188. Processu facto vt detur sententia.

189. Procurator quatenus in causa criminali admittatur ad defendendum.

190. Procurator vt absentiæ legitimæ causas allegare possit.

191. Absentia voluntaria vt excusationem non probet.

192. Acta quibus ex causis annullentur.

193. Procuratoris reuocatio post litem contestatam quatenus acta annullet.

194. Citatio omissa quatenus processum annullet.

195. Processus, vt annulletur, si primo agatur super possessorio retinendæ, & ante finitam instantiam offeratur libellus in petitorio.

Processus, vt annulletur:

196. Si alia quàm debeat actio intentetur.
197. Si inter patrem & filium agatur.
198. Si cum falso tutore.
199. Si cum datiuo tut. vbi legitimus esse debet.
200. Si cum testibus pecunia corruptis.
201. Si ex falsis instrumentis procedatur.
202. Si habeat locum legitima tutela, & proximior non sit datus tutor, cùm tamen esset idoneus.
203. Si aliqua persona in causa ratione proximitatis agat, quàm personam alius præcedat in gradu.
204. Si ordo perturbetur in actionibus & exceptionibus proponendis.
205. Quando qui agit, non habet legitimã personam standi in iudicio.
206. Si filius agat sine consensu patris pro rebus in quibus pater habet vsumfructum.
207. Si tutor agens non fecit inuentarium.

Processus, vt item annulletur:

208. Si factus fuerit coram non competenti iudice.
209. Si delegatus exequatur contra rescripti formam.
210. Si libelli petiti oblatio omittatur.

211. Si

211. Si iuramentum calumniæ præstari requisitum, prætermittatur.
212. Si testes producantur absente, vel non vocata parte.
213. Si sententia parte non præsente, aut vocata feratur.
214. Si definitiua feratur sine scriptis.
215. Quando iudex corruptus, vel concussus, venalem profert sententiam.
216. Circa Sententiæ prolationem nullitate proueniente, vt saltem sententiæ terminus annulletur.
217. Processu annullato, vt sit ex integro de nouo agendum.
218. Reus petens absolui ab instantia annullata; vt absolui debeat.

NVnc sexto † loco de probationibus dicendum restat, in quibus anima processuum cōsistit. Sed quia materia est de se in vtroque iure diffusa, quam hic repetere, esset operis nomen tollere: ideo aliqua pauca practicabilia, & sæpius contingentia; adducam. Et primò generaliter † requisita ad materiam probationum. Primum; quod præsente parte aduersa; debent † produci testes; vel etiam absente, si absens sit per contumaciam. *vt C. de testibus. l. si quando, cap. in nomine domini. de testi.* Secundum, quod † debent esse iurati: *vt præallega. l. si quando. & l. iurisiurandi. eod. titu.* Tertium, quia † expensæ ministrari debent à parte, quæ producit. *C. de testib. l. quoniam liberi.* Quartum; quod † super circunstantiis à parte, contra quam producuntur, vel eius aduocato, interrogatoria fieri possunt. *ff. de interro. acti. l. ij. cum multis sequen.* Et hoc in ciuili. In criminali † verò habetur. *ff. de quæstio. l. j. §. qui quæstionem.* Et † redacta in scriptis interrogatoria; consueuerunt tradi iudici, vt per ipsum fiant.

1 2 3 4 5 6 7 8

¶ Nam si pars ipsa per se interrogaret; quodammodo videretur didicisse testificata. & ideo; quamquam à parte tradantur: sunt tamen per iudicem facienda: *vt in dictis iuribus.* De quo vide *Gloss. in capitulo penulti. de iuramen. calum.* ¶ Quintum, quòd † ex 9

quo quis testes produxerit ter: non poterit quartò producere, nisi cum solennitate, quæ habetur *in §. quia verò multi. in authent. de testi. & in cap. vltra tertiam. de testibus.*

10 An † autem danda sit tantum vna dilatio? Et quod ex causa plures productiones fieri possunt, vel plures dilationes dandæ sint, habes notatum. *in d. §. quia verò. ff. de præto. stipul. l. vlt. & d. ca. vltra. de testi.* De cõsuetudine autem potest. quia consuetudo † optima legum interpres.

11 *ff. de leg. & se. consul l. si de interpretatione.* potest iudex plures ex iusta causa dare dilationes. Sextum, quòd † si te-

12 stis verbum obscurum in depositione sua posuit, poterit declarare: cùm eius qui dicit sic interpretari. *ff. de præto. stipu. l. imperatores. & ff. de verbo. obliga. l. in conuentionalibus. & ff. de iudic. l. si quis intentione. C. de legi. & consti. si imperialis.* Potest etiam † testis si in testificando errauerit non

13 studiosè, incontinenti se corrigere. *vt de testib. cogen. ca. preterea.* Septimum, quòd iudex † post publicationem te-

14 stes examinat, si confusè fuerint testificati. *vt ff. de quæstio. l. repeti. & de testi. ca. cum clamor.* In casu † tamen licèt

15 confusè non dixerint, tamen nihilominus examinantur iterum, si aduersario placuerit, etiam super eodem, & ad

16 idem admittuntur. *vt de testi. ca. veniens.* Octauum, quòd † iudex officio suo testes compellit testificari, & ad testimonium venire. *vt C. de testi. l. si quando. & C. quemadmodum testa. aper. l. testamenti.* In criminalibus autem causis secundum canones testes non compelluntur. *vt de testi.*

17 *cogen. cap. dilectorum. cum ibi not.* Nonum, quòd iudex † non debet pati effrenatam multitudinem testium pro-

18 duci. *de testi. ff. l. prima. §. quamquam.* Effrenata † multitudo interpretatur vltra quadragesimum numerum. *de testi. ca. cum causam.* vel iudicis arbitrio *vt ibi notat.* Decimum, quod † testes lite non contestata, nunquam ad-

19 mittuntur ex parte actorum, nisi in casibus. *in authent. de testi. §. quia verò. & vt lite non contesta. ca. quoniam frequenter. circa princ.* Quo etiam casu, reo monito † & non

20 comparente, siue malicia, vt inueniri non possit, abfuerit, testes admittuntur & valebunt eorum attestationes: dummodo actor conueniat reum infra annum, vel saltẽ denunciet receptionem testiũ alias non valet. *vt d. decre.*

21 *quoniam frequẽter.* Reus † testes suos producere potest, cũ non sit in eius arbitrio differre. *l. purè. in fi. ff. de doli. exce. et*

C. de

C.de tēp. in inte.rest.l.petendæ.& C.de dila.l.si quādo. Vndecimum, quod † testis causam sui dicti debeat exponere, 22 quod sic intelligo, si fuerit requisitus. *vt C.de testib.l.j.& l.solam.eod.tit.* Et super circunstantiis † singulis pruden- 23 ter sunt inquirendi: veluti de causis loco, tempore, fama, visu, auditu, scientia, credulitate, & certitudine *de testi.capi.cum causam.* Duodecimum, quod † si altera par- 24 tium didicerit testificata, nullomodo de cætero poterit testes producere *in authen. de testi.§. quia verò. Nouel.90. & in clemen.ij.de testi.* ¶ Aduertendum † tamen, est quòd 25 vbi suprà dixi non licere post didicita testificata producere de nouo testes. Fallit primò, si facto partis aduersæ, vel iudicis, fuerit impeditus. *ar.lec. & no.in l.officium.cum sua glo.in prin.ff.de rei vendi.* Secundò fallit, si culpa iudicis, vel cōmissi, examinantis nō fuerint testes debitè examinati super interrogatoriis, positionibus, vel articulis *per lec. & nota.in authen. at qui semel. C. de proba.* Tertio fallit, in minore, milite, muliere, & rustico *per nota. per docto.in l.vbi.ff. de eden.* Item fallit, in criminalibus, & matrimonialibus causis *per lecta & nota.per Docto. in c. lator. & in c.tenor. de re iud.* ¶ Et nota regulariter, quòd testes † non tenentur reddere causam seu rationem sui 26 dicti, nisi fuerint requisiti. Fallit, quando interrogantur super his, quæ sensu corporali non percipiuntur: putà, si interrogentur de domino, vel de qualitatibus intrinsecis, putà ira, vel ebrietate, & similibus. quia tunc tenentur reddere causam sui dicti, etiam si non fuerint interrogati *per lec. & nota per Docto.in l.solam. C. de testi.& in c.causam.de testi.* Et ratio est euidens in istis casibus: quia testis † probare debet iudici. *l.iij.§. tu magis.ff. de testibus.* 27 Sed vbi testis deponit de re non sensibili, sed intelligibili, non probat iudici, nisi dicat causam intelligentiæ quare &c. Decimūtertium requisitū in materia probationum, hoc est, quod considerare † debet actor, si velit pro- 28 bare per testes, vel instrumenta: quia expedit quòd ipse actor primò reddat positiones facti, ex quibus si probentur, debeat reddi conclusio in sententia: item actor positiones affirmare debet medio iuramento afferendo, & dicendo, quòd credit eas fore veras, si requiratur ex parte rei: & demum petat suis positionibus responderi per verbum *credi* vel *non credit*: & personam propriam rei,

semoto procuratore, & quocumque alio instructore, medio iuramento per ipsum reum præstito ad hoc, vt actor releuetur ab onere probandi: & si reus iussus per iudicem respondere recuset: tunc positiones debent haberi pro confessatis. *vt in c.ij.de confess. libro vj.* Practicam autem ponendi & articulandi posuimus supra in practica legum regiarum, de qua etiam vide glo. *in c.j. de confess. lib. vj.* ibi recurre: quia optime & ad plenum ibi melius, quàm alibi videbis. De materia † verò interrogatoriorum vide *in c.penul.de iura.calum. & ff. de interrog.act. quasi per totum.* ¶ Decimo quarto † notandum est, quòd ad probandum positiones conceduntur actori qui primo debet facere suum cursum, prima & secunda tertia dilationes, & item quarta cum iur. solennitate: quæ solennitas est, vt ille qui petit, iuret, quòd eam non petit causa malitiæ seu prolongationis: nec dicta testium didicerit, nec potuerit habere testes, vel nesciebat eos, vel quia de nouo peruenit ad eius notitiam. & istæ dilationes debent esse competentes. Sed si † testes essent extra prouinciam, vel regionem, vel vltra mare, dantur longiores ad probandum producendúmque instrumenta. *vt C. de dilationibus.l.j.* Vel † committitur examinatio testium per literas commissorias, cum titulis interclusis, vt partiū parcatur laboribus & expēsis, destinatas iudici, sub quo testes morantur expensis tamen producentis *vt hæc probantur.C. de test. authen.at qui semel. & auth.apud eloquentissimum.C.de fi.instru.* Hodie † verò apud nos committitur notario causæ, aut aliis locorum ordinariis non suspectis, quod satis procedit in ciuilibus causis *per lec. & not.in dict. iurib.* In criminalibus verò, quicquid obseruet practica, ego vbi essem iudex, vellem per me ipsum interrogare, nec proprio fratri committerem, sed starem cum theorica *dictæ authen. in fine*, propter pericula, quæ vertuntur in criminalibus causis, quæ quilibet practicus potest considerare. pro quo optimè faciunt quæ habentur *in l. curent.ff. de testib.* ¶ Item postquàm actor † probauerit, reus admittitur ad deducendum ius suum, & ad probandum dantur dilationes sibi prout dantur actori. Ex quo not. quòd actor facit primo cursum sui processus, & postea reus facit hoc, & probat exce-

29 30 31 32 33 34

exceptiones suas: vel admittitur ad probandum.

¶ Superest † videre de aliquibus qualitatibus, seu qualificationibus dictorum testium, ad quas aduertere habet iudex. Et primò ponamus, quod testis deponat de valore fundi, dicens valere decem: quæritur, An eius testimonio stetur? Pro quo † distingue, quod valor, bonitas, & certæ qualitates possunt esse in duplici differentia: Aut enim sunt intrinsecæ, Aut extrinsecæ. Et iterum, aut percipiuntur cum discursu, aut sine discursu. Et in primis † casibus: scilicet quando qualitates sunt intrinsecæ & percipiuntur cum discursu. tunc testes tenentur reddere causam & rationem sui dicti: putà valorem fundi. quia est pinguis & frugifer, ex quo annis singulis seritur & fructificat. De equo: quia equitauit in comitiua, in qua erat: & concepit, quod bono corde innierat, bene bibit, bene comedit, est cordatus & non rigidus tibiis, éstque iuuenis secundum aspectum dentium: & ratio est, quia dictum † testis debet concludere *per lec. & nota. in c. in præsentia. de proba.* In secundo verò casu, quando qualitates † rei sunt extrinsecæ & percipiuntur sine discursu: vt in pannis laneis, vel lineis, & vasis ligneis & similibus: & tunc quia tales qualitates sensu sine discursu percipiuntur, valet dispositio testis sine redditione rationis, si non fuerit de ratione reddenda interrogatus. & ita limitatur. *lege solam. & lege testium. Cod. de testib. & cap. causam. de testib. cum similibus.* Dixi suprà, quòd testis † non requisitus non tenetur reddere rationem sui dicti *per notata. doctor. in dictis iuribus.* Et ratio est: quia non debet esse verbosus: id est, de probatione dominij ad plura respondere, quàm non interrogetur.

¶ Verumtamen si † interrogetur super iis, quæ sensu non percipiuntur: putà de dominio, tenetur reddere rationem sui dicti vt suprà dictum est. Probatio † tamen dominij difficilis est, de quo *per doctor. in lege proprietatis. & in lege cum res. Cod. de fide instrument.* Tres tamen sunt † modi magis vsitati probandi dominium. Primus per famam publicam, per

35 36 37 38 39 40 41 42 43

quam reputatur talis dominus talis rei, de quo est Glo. *in l. at qui natura. ff. de neg. gest.* Secundus modus, est præscriptionum: putà, quia testis dicit, quòd talis est dominus talis prædij: quia vidit eum tenere & possidere palã & pacificè, tam per se, quàm per suos prædecessores, non solum decem, immò viginti annis & vltrà. Et quia præ-

44 scriptio † est vnus de modis acquirendarum rerum per iura vulgata. *ff. & C. de præscrip.* satis reddit rationem testis. Tertius, si dicat se fuisse præsentẽ, dum talis sibi vendidit, vel permutauit: seu donauit & tradidit: quia licèt dominium, sine possessione quæri possit, non tamẽ sine traditione *per lec. & nota. in l. traditionibus. C. de pac. & in l. si fundum. vbi gl. ff. de fun. doct. & in l. j. & fac. l. Et ideo. ff. de condi. fur. & in l. ij. & iij. ff. de publiciana.* ¶Sed quæritur,

45 Si † testis deponat de possessione alicuius prædij, dicens talem vidisse possidere tale prædium; & non adiecit rationem dicti: An probet? Videtur quòd non: quia possessio est ius insistendi rei non prohibitæ possideri, vt definiunt *Doct. in l. j. ff. de acqui. poss.* & sic, cum testis deponat super illo, de iure videretur, quòd deberet reddere rationem sui dicti etiam non interrogatus *per ea quæ sup. dicta sunt.* In oppositum tamen est veritas: quia tale testimoniũ admittitur *per glos. in l. stipulatio ista. § hæc quoque. ff. de ver. oblig.* Et ratio est: quia Possessio † plus habet facti, quàm

46 iuris: maximè in prophanis *per lec. & not. in c. nostris, de cõcess præben.* Et ideo, quia plus habet facti, quàm iuris valet dictum testis super ea deponentis, non reddita ratione, nisi fuerit interrogatus, vt sæpè dictum est. Et iterum

47 † quæro, si testes deponãt singulariter in possessione seruitutis, seu aliàs in actibus possessoriis: putà, dicamus vnius prati: & producuntur tres testes, quorum vnus dicit rigari, alter siccari, alter herbam colligi vidisse: & sic ponunt de diuersis actibus, & diuersis temporibus factis: an videantur singulares & non probare sufficienter.

48 Videtur, quòd sic. quia testes singulares † non probant regulariter, sed hoc fallit in seruitutibus: quia omnes isti actus tendunt ad vnum finem: scilicet, ad finem probandi facultatem percipiendi fructus. Et quia rigare & falcare, seu siccare, sunt præordinatiua collectionis herbæ, videtur omnes ad eundem finem depositionis tendere, & eorum statur depositionibus *secundum doctrinam*

Doct.

Doct. in l. vbi numerus. ff. de testib. & in cap. in nomine domini. eod. tit. ¶ Quæro, testis † interrogatus super contentis in aliquo articulo, dicit vera esse: quia sic dici audiuit. quæritur, an valeat eius depositio. Et dic, quòd non *per no. in d. l. testium. C. de testib. & ff. de aqua plu. arcen l. ij. §. idem Labeo. l. ij.* Et ista quæstio, incidit in aliam: videlicet, in testimonium † de auditu dici, sit validum? Videtur, quod non *per no. in dictis iurib.* In oppositum faciunt *lec. & no. in l. curent. ff. de test.* Pro concordia sic distingue. Quia aut testis deponit se audiuisse ab alio auditione extraiudiciali, puta, referendo, vel fabulãdo de gestis per eum visis, & tunc tale testimonium de auditu alieno, non probat *per illam authen. multo magis. Cod. de sacrosanc. eccles.* licet illud quòd magis videtur inesse non inest, nec illud quòd minùs, sed magis videretur standum dicto, de cuius relatu deponit, quàm suo. & tamen non statur: quia extra iudicium fabulosè & recitatoriè dictum est. Et testi nõ † creditur, nisi producto parte præsente vel contumace, recepto per iudicem iuramento & examinato *per iura vulgaria iam preal.* ergo multominus creditur recitanti. Sed vbi testis diceret se audiuisse Titium deponentem super tali vel tali materia, dum interrogaretur per talem vel talem iudicem seu commissarium, qui interrogatus dixit & deposuit tale quid vidisse, vel audiuisse. Nam tunc tali testimonio bene staretur. *per lec. & nota. in d. l. curent. & in d. l. testium. Cod. de testibus.* ¶ Quæro, testis deponit se credere esse vera. Quæritur, an † eius dicto stetur sine alia ratione, vel causa dicti? Distingue, quia aut deponit super peritia alicuius artis, aut super alia re non dependente ex peritia artis. Primo casu, valet depositio, *arg. lec. & nota. in l. j. ff. de vend. inspi.* In secundo verò casu, non valet, nec arctat *vt ibi no. & in c. licet ex quadam. de testib.* Quod autem † testimonium de credulitate non sit sufficiens, probat *glo. rela. ad tex. in d. l. j. ff. de ven. inspicien. & accedunt lec. & not. in l. quid tamen. §. si arbiter. ff. de arbit.* ¶ Quæro, Testis † interrogatur de moribus hominis, qui sensu propriè non percipiuntur: quæ, vel qualis debeat per eundem testem ratio assignari? Et dic, quòd ad probandum bonos mores hominis, oportet, quòd testis deponat de bonis & virtuosis operibus eius, de cuius moribus tractatur, Nam scriptum

49 50 51 52 53 54

est in Euangelio, *Quod à fructibus eorum cognoscetis eos.* De quo *per gloss. in l. quod si nolit. §. qui mancipia. ff. de*

55 *ædil. edic.* Et sicut † benefactum, bonum præsumitur habere auctorem. *capit. in præsentia, de renun. capit. final. de præsum. iunctis, not. in l. prima. Cod. de contrahen. emp.* ita malefactum, prauum præsumitur habuisse auctorem *l. nam ludus. ff. ad leg. Aquil. & faciunt nota. in capit. de præsumpt. & in capit. Ositus de. elect.*

56 ¶Item quæro, Quid † si testis deponat super promissione, & dicat, quòd vidit dum Titius promisit Sempronio decem, An valeat talis depositio? Et videtur quòd non. quia non deponit per proprium sensum. Nam promissio, fit ore, & percipitur aure: & per consequens deberet deponere, quòd audiuit, & non quòd vidit. In oppositum tamen est veritas, ex eo, quòd in

57 materia probabili accipimus sensum † visus, communiter se habentem ad omnes, tanquàm elegantiorem inter sensus corporeos, vt alios comprehendat: & testis deponens se vidisse promittere, interpretatur, id est, audiuisse *secundum doctrinam doctor. in præallegatis iurib. & in cap. testem. iij. q. ix.*

58 ¶Item pone, quòd testis † dicit pro ratione sui dicti, se fuisse præsentem: quæritur, An hæc ratio sit valida? Videtur, quod non: quia potuit esse præsens. & non audiens vel videns. Sed dic, quòd immò valet: quia ex quo reddit rationem, quòd fuit præsens, videtur reddere rationem de omni sensibili apto actui, de quo deponitur: putà, si est res, quæ visu percipitur, intelligatur se vidisse, & si aure, se audiuisse, & si tactu, se palpasse *per sæpe allegatam legem testium. C. de testibus in illis verbis, quæ sub præsentia eius &c. & faciunt lec. & nota in §. si verò absint. in authent de hære. & fal. & in l. diem proferre. §. coram. ff. de arbi.*

59 ¶Sed pone, quòd † testis deponit per verbum. *Videtur:* An probet? Ista quæstio deciditur per quæstionem, quam supra posui de verbo. *Creditur nu. 52.* Vbi vide quæ

60 dicta sunt. Pone autem, † quòd testes de voluntate partium examinantur in turma, vt sæpe contingit: an pars contra quam fuerunt producti, poterit per alios contrarium probare? Dic, quòd non: quia pro publicatis haben

61 tur *gl. in l. minimè. ff. de legib.* Quæro ad idem: Sæpe † contingit,

tingit, quòd in materia possessoria producuntur testes familiares,domestici, qui regulariter non probant: licet in aliquibus casibus, de quibus *in l. consensu. C. de republ.* prębent:an saltem faciant indicium:dic quòd sic *per text. l. si quando. C. vnde vi.* ¶Pone, Testis † dicit,talem fuisse in 62 possessione & saysina tanto tempore,cuius initij memoria non extat in contrarium: An valeat eius depositio? Dic,quòd sic si quidem dicat ita semper vidisse, & à maioribus suis dici audiuisse, *ita text. in l. ij. §. idem Labeo. l. ij. ff. de aqua plu. arcen.* ¶Item pone, quòd testes, qui † producuntur sunt subditi producentis: an valeat eo- 63 rum testimonium? Et dic, quòd aut producens recognoscit superiorem,aut non. In primo casu iterum subdistingue: quia aut testes sunt tales,quibus potest imperari, aut non. Primo casu, non valet eorum depositio *per lec. & not. in c. j ij. q. v. & in c. in literis. & ibi gl. & doct. Ext. de testib.* Si verò non recognoscit superiorem: vti rex † no 64 ster: tunc non valet testimonium *per lec. & not. in l. eos. C. de testib.* Omnia tamen sunt in arbitrio iudicis, qui considerare habet seueritatem, aut mansuetudinem domini: ita quòd si seruus præsumat coactionem, si sic mansuetus aut non: & debet & secundum hoc vel illud adhibere vel non adhibere fidem testibus *per sæpe alleg. §. tu magis. in l. iij. ff. de testib.*

¶Quæro de sæpe in materia possessoria occurrenti quæstione. Agit † vniuersitas contra aliam vniuersita- 65 tem, vel vnum particularē: an stetur testibus productis de vniuersitate? Quæstio tangitur *per doct. in c. super. & in c. cum nuncius, de testib. & in l. in tantum. §. vniuersitas. ff. de rer. diui. & in l. parentes. & l. etiam. C. de testib.* Et resolutio consistit in duabus considerationibus, quas prudens iudex considerare debet: eo quòd arbitrium iudicis multum confert in approbandis vel reprobandis testibus *dicto. §. tu magis.* Quarum quidem considerationum vna respicit factum, & alia ius. Prima, quæ respicit factum, est considerare, an vtilitas, quæ potest euenire testi ex sua dispositione eueniat immediatè vel mediatè ad ipsum testem: hoc est suo proprio & non alterius ministerio: An verò mediatè & alterius ministerio, prout de vtroque membrorum prædictorum latè exemplificant *doctor.*

in prealle iurib. Secunda verò consideratio, quæ est circà ius, est, an probationes possent fieri per alios quàm de vniuersitate, an verò non. In primis casibus, quando commodum euenit mediatè & alterius ministerio, & non potest commodè per alios probari: tunc indistinctè admittuntur. In secundo verò casu, scilicet quando euenit immediatè & sine alterius ministerio, vt in iure de pascendi, legitimandi, & similibus: tunc potest per alios probari, & non admittuntur. Hæc est resolutio Doctorum *in dictis iuribus* quæ videtur satis veritati & æquitati amica. ¶ Quæro, † Testes sunt producti in aliquo processu & examinati: sed nondum publicati & causa sic relinquitur imperfecuta: deinde suscitatur alia quæstio, seu aliud nouum iudicium, inter easdem partes, vel alias: an probationes prædictæ nondum publicare faciant fidem? Dic, quòd non *per glos. in l. gesta. ff. de re iudica. & nota. per Docto. in d. l. solam. Cod. de testib.* ¶ Nunc de probationibus † criminalium causarum videamus: hoc est, quibus, aut qualibus modis probentur crimina? Et dic, quòd crimina possent probari per instrumenta, per testes, per indicia seu argumenta, per famam & confessionem: quæ membra, vt superiora summatim prosequar. Primo quæro, an † crimina valeant, seu possint probari per instrumenta? Et videtur, quòd non. *per lec. & nota. in c. cum in ecclesiis. de maiorit. & obedien. & in cap. Epyphanum. v. q. vj.* Econtra videtur, quòd immo: quia Iudex † debet informare animum suum per omnem speciem probationis. *ff. de testib. l. iij. §. eiusdem.* Item quia coniuratio vel conspiratio aliquorum conspirantium vel coniurantium in malum publicum vel priuatum, vt plurimum fit per instrumenta, vel per scripturas: ergo per talem scripturam probatur *arg. lec. & nota. in l. j. ad leg. Iuliam ma.* hoc tamen latiùs infra in aliis membris dicetur. ¶ Quæro, Qualiter † probentur crimina per testes? Et dic, quòd per testes omni exceptione maiores, & clarè deponentes *vt in l. sciant cuncti, cum sua materia. C. de proba.* Sed hîc insurgit dubium: An scilicet ex dicto vnius testis possit quis torqueri, & ad confitendum crimen cogi, causa plenæ probationis habendæ? Et videntur quod non: quia ad hoc, quòd quis torqueatur, requiruntur *plura indicia. per lecta & not. per Doctor. in l. fin. Cod. de proba. & in l. j. & l. maritus. ff. de*

Margin numbers: 65 (Quæro), 66, 67 (criminalium), 68 (an crimina), 69 (Iudex), 70 (probentur)

ff. de quæstio. Sed vnus † testis vnicum facit indicium. *l. Theopompus. ff. de dote præle.* & per vnicum est præiudicium (vt prædictum est) vnius testis. & hoc videtur quasi expressum. *in l. maritus ff de quæstio & in l. j. & l. milites. C. eo.* indicia etenim in plurali & non in singulari præcedere & procedere debent. *vt in dictis iurib.* Et vbi † pluralitas requiritur, non sufficit vnitas. *ff. de iti. actúque pri. l. j. § hoc interdictum. & l. vbi numerus. ff. de testi.* Præterea in criminalibus † vbi tormenta exiguntur. *l. diuus. ff. de quæstio.* dictum vnius testis, non facit semiplenam probationem. *ff. de re iudi. l. iij. & ca. veniens de testibus.* Ergo per dictum vnius testis, non debet quis torqueri. Econtrà videtur, quòd licèt per dictum vnius testis, quàm per plura indicia non fieret plena probatio, nec sufficiunt ad condemnationem: quia Nemo † ex præsumptionibus condemnatur. *ff. de pœnis. l. absentem.* tamen ex pluribus testibus potest quis condemnari *per iura vulgata.* Pro quorum concordia distinguendum est, quòd indicia sunt in duplici differentia. Nam † quædam sunt indicia indubitata, & quædam dubitata. Et iterum quæro, An † per indubitata procedantur ad condemnationem? Et videtur quòd non. *C. de quæstio. l. militi.* nam † criminalibus debent esse probationes luce clariores. *l. fin. C. de proba.* quia nemo (vt suprà dixi) debet ex præsumptionibus condẽnari. *vt d. l. absentem. ff. de pæ. & ij. quæst. j. in princ.* immo Sanctius est absoluere &c. *vt ibi.* Contrarium colligitur *ex dicta l finali. in textu. & Glossa.* Nam vbi † sunt indicia indubitata, quæ etiam adiuuãtur ab aliis adminiculis circa factum, de quo quæritur, contingentibus, videtur tunc ad condemnationem posse procedi *per dictam l. sciant.* quia Quæ † non prosunt singula, multa iuuant. *vt nota. ff. de testi. l. iij. Ext. de successio. ab intestato. ca. vltimo.* verbi gratia, Occisus est Petrus, & tamen non probatur de occisione: quia nemo eum vidit occidi, sed tamen probatur: quia Titius † visus est solus cum dicto Petro, & etiam fuit visus cum gladio sanguinolento fugere de loco, & probatur, quòd Titius erat inimicus dicti Petri occisi. item probatur contra Titium de publica fama, certè prædicta viderentur indubitata indicia, coadiuuantibus prædictis adminiculis: scilicet inimicitia & fama publica, quod videtur suffi-

71 72 73 74 75 76 77 78 79 80

cere ad condemnationem. Nam ex prædictis posset dici, quòd vix reus posset negare. *vt C. de pæ. l. qui sententiam.* nam præsentia in loco maleficij, facit contra præsentem. *ff. de his qui deie. vel effude. l. prima.* Item gladius sanguinolentus, qui non est sine sanguinis effusione cruentatus, vt ex euidentia facti ostenditur. Item fu-
81 ga: quia Fuga † accusat fugientem. *in authent. de testibus. §. si verò noluerit. Nouel. 90.* & habetur pro confesso. *C. de assesso. l. iij.* vnde sua scientia & fuga eum condemnat, *ff. de suspect. tutorib. l. impuberibus in fi. & ff. de testib. l. tertia,* vnde ex prædictis tam indubitatis & probabilibus indiciis & euidentibus adminiculis, posset hoc casu condemnatio ferri. *vt dict. l. tertia.* Sunt enim prædictæ præsumptiones, quibus standum videtur, donec contrarium probetur. *ff. quòd met. causa. l. vlt.* ¶ Nam
82 ex articulis † causa deciditur. *vt ca. forus, de verbo. signific.* Ista procedi viderentur de stricto iuris rigore: sed tamen primæ rationes sunt tutiores & æquiores. nam occisus potuisset esse inuasor & occidens inuasus, & se defendendo potuisset cruentasse cultellum, benè debitè & inculpatè se defendendo *per lec. & nota. in l. vt vim. ff. de iustitia & iure. & l. j. §. qui cum telo. & l. si quis percussorem. C. ad leg. Corne. de sica.* Et ideo dicerem vltra præmissa, requiri confessionem per quæstionem & perseueratam sine quæstione; alias ex illis indiciis nunquam condemnarem ad mortem, sed starem cum primis iuribus: scilicet cum *l. prima. ff. de quæst. & l. militis. C. eo. & l. qui sententiam. hoc clarè probantem. C. de pæ.* quia In du-
83 biis † tutior via est tenenda: & vbi maius periculum ibi cautius agendum. *vt notatur in dicta l. fin. C. de probatio.*

84 ¶ Sunt † præterea quædam alia indicia non omnino euidentia, vel indubitata: sunt tamen aliquo modo propinqua, per quæ proceditur etiã ad tormenta: putà, si homicidium fuerit commissum in aliqua domo, seu camera, quæ habet tantum vnum exitum, per quem tunc fuit visus reus exire cum armis cruentatis, & pallidus in facie, vel in loco delicti in agro vel vinea à longè fuit visus reus, quando ducebat arma contra illum, qui fuit occisus: vel si apud reum reperiuntur ali-

aliquæ res, quæ fuerunt apud occisum, tunc temporis: vel si dicatur, quòd mandato Titij: vel si Titius iactasset se de offendendo, vel occidendo illum, qui postea occisus reperitur, vel offensus. Item quia talis est iste reus, quòd verisimiliter talia perpetrasset, vel prædicta est solitus facere, vel fortè reus extra iudicium hoc delictum fuerit confessus, licèt non faciat plenam probationem contra eum. *arg. ff. de proba. l. fina. & faciunt quæ habentur & notantur ff. de adulter. l. j.*

¶ Item si delictum committatur nocte, & fuerit inuentus ibi reus illo tempore, bene præsumptio est contra eum: quia tenebræ sunt aptæ ad malum committendum. *vt ff. de vent. inspicien. l. j. §. tria luminaria.* & quia nox aggrauat delictum. *C. de adulte. l. Gracchus. ff. de effrac. l. fi.* Prædicta autem, & alia innumerabilia indicia, possunt occurrere secundum factorum varietatem: & ideo non posset certa doctrina apprehendi. *argu. ff. de testi. l. iij. §. eiusdem.* quia † plura sunt negotia, quàm vocabula. *ff. de præscrip. verbis. in l. natura.* 85 Prædicta † autem indicia, de quibus suprà exemplificauimus, possunt his legibus approbari. *ff. de vent. inspi. l. j. §. in quo. & de dam. infec. l. quod conclaue. in fi. ff. de testi. l. iij. in princ. de quæstio. l. de minore. §. fin.* Nam pallor † contra percussorem facit præsumptionem. *vt nota. C. vnde vi. l. j.* quandoque contra portantem arma, & arma tenentem præsumitur. *in l. j. in prin. ad leg. Cornel. de sica. ff.* quia eorum vsus est interdictus *in authenti. de armis per totum. Nouel. 85.* Item probatur contra eum, eo quod est deprehensus in facinore. *ff. de fur. l. v. & in authent. de defen. ci. §. fideiussores. Nouel. 15.* Item probatur quòd receptatores, vel consocij sunt criminis: & ideo cùm criminosis puniuntur. *ff. de recepta. per totum.* Item & de fama habetur. *ff. de arbi. l licet. & ibi notatur. & C. quod metus causa. l. metum. C. ex quibus caus. l. ij.* & propter minas & iactationes factas ab initio, secuta postea iniuria contra minantem præsumitur. *C. ad legem Iuliam de adult. l. si quis. ff. de accu. l. sicut. de pign. act. l. vel vniuersorum.* Item quia solitus. soliti enim actus, magnam præsumptionem inducunt. *C. de episcop. aud. l. secunda. ad idem fac-*

86

87

ff.de re militari.l.ij. §.is qui.& l.non omnis. §. à barbaris. & *Ext.de pig.ca illo.* Facit etiam ad corroborationem præmissorum: quia indicia prædicta insurgunt ex quadam facti euidentia, quæ facit quandam probationis speciem. *ea.cum ad sedem.de restitut.spoliato.l.si irruptione.ff.fin. regun.*

88 nullæ enim † sunt validiores probationes, quàm quæ fiunt, vel quæ habentur per facti euidentiam. *Ext.de iureiu.ca.ad nostram.* Item ex qualitate facti capitur etiam coniectura. *ff.de donationib.inter vir.& vxor.l.virorum.* Item etiam ex qualitate personarum aliquid præsumitur. *ff.de probationib.l.Proculo.& l.si seruus communis.de don.inter vir.& vxor. & per ea quæ nota. Ext.de preben.ca.nisi.C.de suspect. tuto. l. pietatis. & ff. de rei ven.l. in fundo.cum si.* Hæc autem sunt vera, nisi personarũ conditio tormenta non pateretur, *vt d. l.milites.C.de quæstio.* quod dic vt infrà

89 dicetur. Nota tamen, quòd prædicta indicia † locum habent demum, quando constat maleficium esse commissum. *ff.ad Sill.l.j.§.item illud.* aliàs autem frustra quæreretur de indiciis & coniecturis habendis: quia eius † quod

90 non est, nullæ sunt causæ. *vt ff. de iure codi. l.quidam referunt.* ¶ Sed iuxta præmissa quæro: Nónne indistinctè †

91 quilibet & cuiuslibet conditionis torqueri possit? Item An in omni crimine sit ad tormenta procedendum? Et dic, quòd regulariter tam liberi, quàm serui: & tam mares, quam fœminæ, ac etiam testes, possunt torqueri. *ff.de quæstio.l.vnius & in authent.de testi. §.si verò.col.iiij. Nouel. 90.* Sed mulier prægnans † non torquetur: sed nec puni-

92 nitur *vt no.in l.pregnantis.ff.de pœ.* Similiter non torque-

93 tur † impubes. *l.j. §. impubes. ff.ad Sill. & faciunt quæ habentur in l.de minore. & l.ex libero.§.minore.ff.de quæstio.* Item in decrepita † ætate constitutus, non torquetur. *ff.*

94 *ad Sil.l.iij.§.ignoscitur.* Et dic, quòd decrepitus, est à septuagesimo anno. *ff.de iure immunita.l.maiores.* Item mili-

95 tes † & decuriones non torquentur. *ff. de quæsti. l.militis. & l.decuriones. & l.diuo Marco.ff.de decu.l.fina.* & per hoc idem in militibus, qui militant: non tamen videtur idem in militibus nostri temporis. quia ipsi, cùm non vacent curiæ & expeditioni reipub. hoc priuilegio nõ gaudent *vt not.in auth. de manda.prin. §.fin. Nouel. 17.& arg. de epi. & cleri.generaliter.* in tamen casibus positis *in d.l. de minore.& de re mili.l.prætor. & l.proditores* torquentur.

Quid

Quid † de clericis, An sint verberibus, vel tormentis 96 subiiciendi? Et videtur, quòd non. *C. de epi. & cle. l. presbyteri. & ij. q. v. ca. illi.* Sed dic, quòd clerici maiorum hoc est minores, pro criminibus quæstionantur. *vt no. v. q. v. ca. illi.* Item nota quòd clerici non possunt torqueri à layco, sed ab episcopo. *vt Ext. depo. ca. j.* Item † dic, quòd 97 testes torquentur tam in ciuili quàm in criminali: vt si est seruus, vel vilis persona, vel etiam liber, si sit criminosus, vel infamis, vel excommunicatus, vel ignotus. tales enim non recipiuntur ad testimonium, nisi cũ quæstionibus, etiam si sint clerici. & de hoc plene not. *in v. quæst. v. in prin. & in authent. de test. § nos igitur. Nouel. 90.*

¶ Ad secundum † quæsitum, Nunquid scilicet in omni 98 causa, sit habenda quæstio, & sint adhibenda tormenta? Dic primò, quòd videtur quod in omni causa tam ciuili, quàm criminali, quæstio possit haberi tormentorum. *ff. de quæstionibus. l. diuus.* torquẽtur enim in casu: scilicet, quando veritas aliter haberi non potest, *vt d. l. diuus.* Sed in contrarium videtur *in l. diuo. C. eo. titu.* vbi dicitur, in causa ciuili, quasi prohibeatur in leuioribus delictis. *vt ff. de questio. l. edictum.* Ergo & hoc casu, vbi minor est ratio, & hoc est verum. quod intellige in liberis personis. *l. quicunque. cum similib. C. de seruis fugi.* Notandum tamen est, quòd vbi dixi, quòd milites † & decuriones tor- 99 queri non debent, fallit in militibus ignominia missis, & in decurionibus macula pudoris aspersis. *l. milites. & l. decuriones. C. de quæstio.* Et ratio esse potest: quia in talibus reatus omnem honorem excludit. *l. j. C. vbi senato. vel clarif. vi.* Et cùm propter honorem militarem, vel decurionatum, ad hoc essent priuilegiati ne torquerentur, ille honor præteritus per eos, nũc perditus, eos non iuuat. Torquentur etiam decuriones in alio casu: scilicet, quando ante decurionatum gesserunt officium tabellionis, & quæritur de fide scripturæ ipsorum. Nam illo casu, possunt torqueri, vt aperiant veritatem. *C. ad leg. Corneliam. de fal. l. si quis decurio.* Item quæritur, Quid † si 100 iudex extorquet per tormenta confessionem à reo, iudiciis non præcedentibus, & ab eo qui torqueri non potuit: Nunquid reus ex tali confessione obligetur? Et primò videtur quòd sic: quia licèt fieri non debuerit, tamen ex quo confitetur, videtur tenere. *argu. ff. quando*

appel.sit l.j. §.quòd simili modo. & facit. ff. quod met.causa.l. fin.§.fina. Ad idem facit: quia si quis coactus promittit, postea soluit quòd promisit, non repetit. *l.ij. C. quod met. caus. & ibi not.* Et multa prohibentur † fieri, quæ tamen facta tenent. *ff. ad Trebel l.seruo inuito.§.cum prætor.* Econtra, quòd non obligetur reus, quia factum est contra legis prohibitionem: ergo pro non facto est habendum. *l.non dubium.C.de legib.* vnde neo extorqueri debuit, nec ex † tortura reus conuincitur. *ff. de dam.infec.l.fluuium.§. vitium.ff.vt in pos.leg. l.in princ.* Item sicut non præiudicat sententia a non suo iudice lata, nec etiam confessio † coram iudice non suo. *cap. at si clerici. de iudi. & argu. C. de appella. l. nominationis.* Et hæc est veritas, quæ probatur *ff. de quæstio. l. j. § diuus. in fin. l.ciues.§.ij.*

101 102 103

104 ¶ Quæro, An quæstio † seu confessio facta die feriata valeat? Dic, quòd non, si sit facta tortura die feriato: quia tunc nec tortura, nec confessio, nec aliquis actus iudiciarius valet. *C. de ferijs.l die festos.l.omnes. Ext. eo.ca. conquestus.* sic etiam posset dici circa damnationem fideiussorum in causa criminis, facta in die feriato, quæ datur in causa criminis. *C.qui accu. non pos. l.iij.* & quia condemnato reo fit executio in fideiussores. *C. de vsu.rei iudi.l fin. §.si fortè.* Ergo valet abiectio cum talis prohibetur datio.

105 ¶ Quæro, An † condemnato reo, videatur condemnatus fideiussor ad id pro quo fideiussit, vt in eum possit fieri executio? Dic, quod sic, in fideiussore iudicij, cùm promisit iudicatum solui. Secus, si promisit de iudicato sisti tantum: quia tunc condemnato reo absoluitur fideiussor. *ff. de fideiussori. l. gracè. §. an ergo.* Quod intellige *secundum ea quæ notant. Ext. de iniur. & dam. da.cap. primo. in vj. in gloss. super verb. quod esse non debet.*

106 ¶ Item quæro, An † reus possit sæpe torqueri, seu An quæstio possit repeti? Dic, quod si tortus negauerit, & tortus in negatione perseuerauerit, amplius non est torquendus sine nouis indiciis. *per lect. & not.per Do-*

107 *cto. in l. repeti. ff. de quæstio.* Et dicuntur † noua indicia: putà, quia testes prius dixerant, Vidisse ingredi domum occisi: & vnicum ostium: nunc alij dicunt, vidisse exire per idem ostium cùm gladio sanguinolento,

lento, & similia, tunc potest repeti. attamen iudex in tali repetitione debet adhibere temperamentum. *ff. de quaestio. l. de minori. §. tormenta.* & considerare qualitates personarum torquendarum, & grauiùs vel remissiùs procedere qualitate pensata. *l. j. §. quaestioni. ff. de quaest. & ff. de termino amo. l. ij. cum similib.* ¶ Quaero, An † quaestionatus, debeat interrogari de suis consociis, item & de receptatoribus eorum? Dic, quòd sic. *vt ff. de custo. reo. l. diuus. & l. secunda.* Idem & in aliis criminibus exceptis, *quae not. C. de accu. l. fin.* In aliis autem criminibus non est de aliis sociis interrogandum pluribus rationibus. Primò, quia Socio † criminis non creditur. *C. de malefic. l. fin. & de testi. l. quoniam liberi.* nam laborant eodem morbo. *Ext. de testib. personas.* Item quia correo non creditur. *C. de quaestio. l. sicuti. aliàs incipit pars.* Item quia testes debent esse omni exceptione maiores. *C. de contrahen. & committen. stipula. l. optimam. & fac. Ext. de testi. cap. licet ex quadam:* vnde non facit probationem. *vt notat. in dicta l. fina.* Si tamen praecedat praesumptio contra reum nominatim, tunc confessio correi facit aliqualem praesumptionem contra illum. *vt ibi notatur.* & hoc quoniam, quae per se singula non sufficiunt, multa iuuant *vt notatur in dicta lege finali.* vnde non nocet alteri quantum ad aliquam praesumptionem: sed contra alios criminosos non socios, posset dici, quod dictum rei, sit pro testimonio vnius testis: vnde fortè sufficeret ad tormenta contra illos, per ea quae dixi suprà.

¶ Quaero nunc de probatione, quae fit † per famam: hoc est, Testis dicit, quod publicè dicitur talem occidisse: nunquid ex hoc fama publica erit probata? Et videtur quòd non: quia ista ratio, scilicet quòd publicè dicitur, non est sufficiens ad probationem famae. quia Glossa communiter dicunt, quòd Testes, qui de † fama deponunt, debent dicere maiorem partem populi ita sentire *vt no. ff. de testi. l. iij. §. eiusdem.* Et cùm in quaestione proposita non sic se habeat depositio, concluditur quòd fama non sit probata sufficienter. Et ad hoc accedit, quòd dicitur, quòd fama est cõmunis opinio

verùm communis opinio non colligitur ex opinionibus singulorum, vel ex eo quòd publice dicitur: sed ex opinione & æstimatione vniuersorum. *vt colligi potest ex notatis in ca. vestra. de cohab. cle. & mulier. ff. de fun. instruc. instrum. leg. l. cum de lanionis. §. j.* Cùm igitur deposuerunt testes publice, & palam esse: ideo, quia ita dicebatur, non sequitur communem opinionem, vel famam esse probatam, pro quo faciunt *lec. & not. in ca. cum in apostolica. & ca. cum in tua. de spon.* Simpliciter ergo, & † sine determinatione, probatio referri debet ad actum, & interpretatio ad eam partem, quæ minùs odij continet, trahi. *ff. de pœ. l. si præses. & de suspec. tuto. l. quid ergo.* Sed quod intelligitur probatio continet odium, igitur repellendum. In oppositum esse videtur, quòd per præmissa fama sit probata. *per ea quæ leg. & nota. in l. iij. §. sed quia publicè. ff. ad Mace.* Iudex tamen ex præmissis animi sui motum informare poterit.

112

113 ¶ Et ponamus famam esse probatam. Quæro, An † talis fama sit sufficiens ad torquendum? Et dic, quod non: quia fama non facit, nisi vnum indicium: & per vnicum indicium non proceditur ad torturam *per lec. & in l. j. ff. de quæst.* Item † fama non facit indicium, sed coadiuuat & confirmat, vt suprà dictum est. vt putà, Facta est probatio per testes, qui non sunt omni exceptione maiores, vel qui sunt inimici, non tamen capitali inimicitia. Nam quamuis non esset eis aliàs danda fides plena *vt l. optimam. C. de contrahen. & commit. stipu. & not. Ext. de simo. ca. per tuas. §. j.* Assistente tamen fama publica, confirmantur eorum testimonia. & ita intelligitur glo. *l. iij. ff. de testibus.* Sed aliquis vno solo † indicio non torquetur, etiam existente famà, quæ (vt diximus) solùm coadiuuat & non probat. *vt not. ff. de testi. l. iij. Ext. de testi. ca. veniens. Vide Gloss. in ca. cum in diocesi. de vsur. & in ca. cum causam. de proba.* vbi nulla fama est apta ad condemnandum, nec ergo ex fama sine aliis probationibus condemnarem: quia potius facit † præsumptam, quàm veram probationem *per lec. & not. in l. absentem. in princi. ff. de pœn.* ¶ Si quæras ergo de quo † proderit illa fama? Dic, quòd nihil de per se, sed adminiculata indiciis vel suspicionibus. *vt l. pen. & fin. ff. de quæ-*

114

115

116

117

de quæstio. Nam tunc sufficeret ad torturam. In † ciuilibus 118 autem causis, non solùm coadiuuante fama ex vno teste: sed ex qualibet semiplena probatione defertur iuramentum. *ut not. C. de re. credi. l. in bonæ fidei, & l. admonendi. ff. de iureiuran.* immò ex † multis indiciis videtur plena 119 probatio induci in causa ciuili. *ar. C. de prob. l. proprietatis. l. scient. C. de rei vendic. l. indicia. ff. de præscript. verb. l. solent. C. qui test. fac. pos. l. hac consultissima. & Ext. de hære. c. excommunicamus. in fin. & in multis aliis locis.*

¶Item quæro, An † per testimonium mulierum in de- 120 lictis probetur delictum per famam seu indicium? Et videtur, quòd non. *per c. forus. de verbo. significa.* nisi procederetur per viam inquisitionis. *ut in c. quoniam. de testib.* Sed dic, quod illud est verum de iure canonico: sed de iure ciuili, & communi obseruantia curiarum, mulieres in criminibus ad testimonium admittuntur, cùm expresse non prohibeantur. quia edictum de testibus † est prohibito- 121 rium. *ff. de testib. l j.* Cùm ergo non prohibeantur mulieres: ergo admittuntur. *ff. ex quib. caus. maio. l. necnon. §. quod eis.* Præterea probatur ex eo, quòd mulier in testamento est prohibita ferre testimonium. *ff. de testa. l. qui testamento. §. mulier.* per quod relinquitur, quod regulariter admittitur: quia exceptio † regulam firmat. *l. nam quod. §. fin.* 122 *ff. de pen. leg. ff. de regul. iur. l. prima.* Præterea, si delictum commissum, non potest probari per mares: quia fortè ibi nullus erat, & fœminæ non testificentur, crimen remanebit impunitum: quod esse † non debet. *l. ita. ff. ad leg.* 123 *Aquil.* & pœnā ob maleficia † solui magna ratio suadet. 124 *ff. de fideins. sol. l. si à reo.* Item ferre † testimonium, est di- 125 gnitatis. *xxxij. q. quinta. c. preceptum.* à qua non repellitur magis fœmina, quam masculus: nec in hoc inuenimus deteriorem conditionem generis masculini, quàm fœminei: ergo &c. Quid iuris de † minore viginti ann. vide 126 *in l. inuiti. & l. testimonium. ff. de testib.* vbi habetur, quod minores. xx. ann. nō admittūtur in criminali ad testimonium, licèt faciant indicium. quod limita *ut ibi per Docto.*

¶Postremò, restat † videndum de probatione criminis 127 per confessionem criminosi. Vnde sciendum est, quod criminosi † duobus modis confitentur: scilicet per tor- 128 menta, vel sponte. In primo casu: scilicet quando per tormenta, vel aliter inuiti confitentur: tunc auditur reus

reuocare volens. quia talis confessio non est plena, sed semiplena etiamsi in ea persistat *per lec. & not. in l. secunda. ff. de custo. reo.* Et dicitur persistere in confessione, quando extra tormenta & præsentiam aut in præsentia illorum perseuerat. & hinc inoleuit practica iudicum, qui post confessionem factam in tormentis coram se & extra tormenta, ac præsentiam tormentorum adduci faciunt reum ad sciendum, si perseueret, vel ne, iuxta doctrinam Docto. *in dicta l. ij. & faciunt lec. & not. in capit. quid ergo. xj. q. iij. & l. j. §. si quis vltra. ff. de quæstio.* Si verò confessio non fuerit meticulosa, seu metu tormentorum extorta admittitur reuocatio: dum tamen causam adiiciat reuocandi. puta, quia dixit, quòd per vim & metum carceris, seu tormentorum, vel aliàs erroneè confessus est, se delictum perpetrasse contra veritatem. *arg. lec. & nota. in l. si domus. §. qui confitetur. ff. de lega. j.* Constat

129 enim, quod † error facti potest quandocunque reuocari ante sententiam probato errore. *C. de iur. & facti igno. l. error. & l. creditor. §. iussus. ff. de appell. & in cap. vltim. de confes.* quæstioni enim habitæ fides non semper adhibenda est: quia periculosa probatio est.

130 ¶ Nam sæpe † contra veritatem emittitur confessio in tormentis, eo quòd plerique in tormentis tanta ducuntur impatientia, vt non solùm de se confiteantur: quinimmò etiam alios innocentes criminentur, quare

131 si confessione non † obstante apparet de innocentia confitentis, liberari debet. *ff. de quæstio. l. j. §. diuus. & §. si quis vltro.* & ideo cautos immò cautissimos esse oportet iudices circa ea: nedum reos contra veritatem per tormenta confessos, se iustè condemnare putant, seipsos coram æterni iudicis tribunali æterno iudicio subiiciant, *per ea quæ leg. & notan. in cap. cum æterni. de re. iudic. lib. vj.*

132 Vbi † verò reus perseuerat in confessione, & constat de casu confessato, potest condemnari *secundum theoricam Docto. in dicta l. secunda, & in l. si confessus. ff. de custo. reo. & in capit. ij. de confes. cap. qualiter. lo. ij. de actu. cap. fi. de cele-*

133 *bra. missa.* In † omnibus tamen cautè, se debet habere iudex: quia dubia est condemnatio, quæ fit ex sola partis confessione.

134 ¶ Septimum † tempus assignant aliqui, tempus exclusionis à plus probando per testes & illorum publi-

cationes,

cationes, quod vno contextu fieri solet, & copia processus fit partibus, originali remanente penes iudicem vel notarium, secundum stilos curiarum, de quo *in cap. quoniam contra falsam, de proba.* Sciendum tamen est, sola † exclusio iudicis sine consensu partis facta, non 135 claudit viam probandi parti, quo minus testes, qui fuerant absentes, nunc de nouo recipiantur, si ad eius notitiam peruenerint, & examinari possint: dum tamen testificata non didicerit, & quod calumniose hoc non postulet, iurauerit, prout hæc probantur *in authent. de testib. §. quoniam, & §. quia verò. & §. illud eum. & §. si verò. Nouel. 90.* Vbi autem † exclusio fieret de consen- 136 su partis, per modum renuntiationis & conclusionis in causa, *de quo in authent. iubemus. Cod. de iudi. & in d. capit. quoniam contra falsam.* tunc non admitterentur *per lec. & not. in dictis iuribus*, idque propter dubium subornationis.

¶Respectu † verò instrumentorum & documentorum, 137 non fit propriè exclusio: quia semper possunt produci. & non solum quarta, immò etiam sexta, septima & octaua dilatio dari ex causa illa producenda: quia in illis cessat dubium subornationis. Et hoc iure curiæ nostræ in partib. vtuntur, & ad impugnationem illorum, datur dilatio parti, vel si pars malit, ad tempus disputationum dictæ impugnationes reseruantur. in hoc tamen non est vis. Nam quælibet curia in suo stilo & practica abundat. Octauum verò † tempus, quod est de obiectionibus 138 contra testes expeditum est suprà in practica casus noui tatis. ¶Nouum † tempus assignatur, tempus renuntiatio- 139 nis & conclusionis in causa, & assignatio ad sententiam, quæ simul fiunt: de quibus habetur. *C. de iudi. in d. authent. iubemus. & c. quoniam contra falsam. Ext. de probationib.* Iudex † tamen sæpe & sæpius vtranque partem interro- 140 gat ante conclusionem causæ: vtrum scil. voluerit plus probare, vel aliud iustũ dicere: & si partes dixerint, quòd non, potest in causa concludere, & assignare partib. terminum ad sententiã ferendam. *vt C. de iudi. l. iudices. & ff. de interrog. ac. l. pe.* Et antequã sit † renunciatũ & conclusum 141 in causa, debent tradi allegationes iuris per partes, aliàs non admittentur de iuris rigore post renuntiatio-

142 nem & conclusionem. Verumtamen in curia † nostra, vt prædixi, non fiunt expresſè renunciationes & conclusiones in causa, ſed tacitè, ſcilicet per aſſignationem ad ſententiam *iuxta glo. circa fi. in cle. ſæpe. de verb. ſign. & per cap. cum dilectus. cum ibi not. de fide instru.* Et ideo producunt partes quæcunque genera documentorum & iuris allegationes ante ſententiam: & ſi nolunt dare in ſcriptis iuris allegationes, illas reſeruant deducendas verbaliter ad tempus diſputationũ iurium partium, ſcilicet dum pro-
143 ceſſus refertur ſeu reportatur in conſilio. ¶ Sed quæ † eſt ratio, quare fiunt allegationes iuris in fine cauſæ, dum ius ſit finitum & certum? *vt l. in omni parte. ff. de iuris & fac. igno.* Reſpon. quòd illud fit ad maiorem facti euidentiam, & declarationem animi iudicis. ſic *C. de bon. quæ lib. l. non ſine ratione* &c. ¶ Decimum † & vltimum tempus, eſt
144 tempus prolationis ſententiæ, quam ſententiã iudex non debet proferre ſubito ſine deliberatione præhabita con-
145 ſilij ſui, vel alterius: quia licet † alienum petierit conſilium, non neceſſitatur illud ſequi, ſi videat quòd tale cõſilium à vero decidet *per lec. & not. in c. ne innitaris. de conſtitutionibus. & C. de rela. quaſi per totum.* & clarius Exod. c. 23: vbi habetur. *Nec in iudicio plurimorum acquieſcens, vel*
146 *ſententia, vt à vero deuies.* In dubio † tamen tutius eſt iu-
147 dicem ſequi conſilium: quia conſilium † eum releuat à dolo, & ne poſſit ſindicari. *vt not. per Doctores in l. j. C. vt omnes iud. poſt depoſitam adminiſtrationem. & in l. j. ff. de legi. & in d. cap. ne innitaris. & in cap. cum olim. & in cap. cum dilecti. de arbit. & in cap. calumniam, de pœn. per Doct.* Præci-
148 pitatæ † quidem & indeliberatæ ſententiæ triſtem ſolent parere exitum: quia frequenter annullantur, vt infrà dicetur, vbi de cauſis per quas annullantur proceſſus, tan-
149 gemus. Et nota, quòd † ſententia continere debet condemnationem, vel abſolutionem: alias non valet. *vt ff. de ſen. ex pericu. reci. l. præſes. gl. in l. j. C. ſi aduer. rem iud. l. in ſumma. & ff. de arbi. l. quid tamen. §. ſi arbiter. & ff. ſi cert. pet. l.*
150 *certum eſt.* Et † debet ferri ſententia in publico, non in ſecreto *vt C. de ſen. & interlo. om. iud. l. cum ſentẽtiam.* i. vbi dari conſueuit ſaluo iure maiorum. *vt ff. de iuſti. & iu. l. pen.* non autem in turpi loco. *vt ff. de arbi. l. ſi cum dies. §. pen.*
151 Item † vtraque parte præſente. *ff. de reg. iur. l. quæſitum, &*
152 *C. quomodo & quando iudex. l. ea quæ.* ¶ Item in † ſententia

feren-

ferenda, iudex feruare debet ordinem iuris. *ut ff. de feu. & interlo.om.indi.l.prolatam.* Item † non incerta, sed certa esse debet. *ut C. de senten.quæ sine cer. quan.per tot.& Insti.de actio. §.curare.* Item iudex † lata sententia diffinitiua, desinit esse iudex cùm functus sit officio suo. *ut ff. de re iud.l.iudex.& Ext.de offi.deleg.c.in literis.* Ideóq; de † cætero nihil potest addere, vel diminuere, vel mutare: nisi quoad grammaticam, vt dictum est: vel nisi mulcta, quæ remittitur propter inopiam *ut C. de modo mulctan. l.fi.& ff de offi.præsi.l.illicitas.§.ult.* vel nisi suppleat ea, quæ pertinent ad consequentiam, vt de expensis & similibus: & hoc eadem die, *ut ff. de re iudic. l. Paulus la.* j. *& C. de fructi.& lit.expensis.l.determinato.* Debet enim † iudex victum victori condemnare in expensis: nec enim debet esse lege clementior. *ut hic probatur, & in authent.de iud. §.oportet. coll.sexta. Nouel.* 82. Si tamen prospicit neutrum ex sua sententia condemnandum in sumptibus, eadem sua sententia decernat. *ut in d.§.oportet.uer.si enim prospicit,*

153 154 155 156

¶Sed quæro, Iudex post † latam sententiam diffinitiuam, siue in criminali, siue in ciuili, cognoscit se malè iudicasse: & à sententia non est appellatum, & fortè ex sententia criminali imponitur pœna mortis. Quæro, Qualiter consulet ei? Et videtur, quòd non possit sibi succurri de aliquo consilio: quia sententiam suam non potest reuocare. *per d.l.iudex. ff.de re iud.* quia siue benè, siue malè iudicauerit, functus est officio suo. *ut in d.l.iudex.& c.in literis.de offi.dele.* Dic tamen, quòd licèt non possit sententiam reuocare: quia siue benè siue malè iudicauerit, functus est officio suo *ut in dictis iuribus,* verba ad cautelam sui, poterit consulere suum superiorem, qui sententiam reformaturus erat, si appellatum fuisset. *arg.lecta.& not.in l.j.in fin.ff.de quæstio.* Et sic poterit interim differre executionem. Sed iterum restat dubium, casu quo ille superior consultus nolit se intromittere ex eo, quòd causa non deuoluitur ad eum per causam reformalem: quia sine recursu reformali non debet se intromittere *per lecta & notata. in c. Romana de appellationib. lib.* vj. Quid † fiet, & quo remedio subuenietur ei? Practica potest esse duplex: quòd ipsemet iudex fingat vnum tertium, qui supplicet iudici ad quem significando, quod ipse iudex

157 158

iniquè & iniustè condemnauit ad mortem talem, requirens per modum querelæ & defectus iustitiæ prisonerium adduci, processum reuideri, & sententiam reformari *iuxta lect. & nota. in lege eos. C. de appellationibus. & in authentic. in medio litis non fieri §. sub. Nouell. 113. & in prædictis capit. Romana.* Et tunc ille tali iudex superior, per querelam aditus necessariatus, in vim supplicationis admittet supplicantem ex theorica *l. non tantum. C. de appellat.* Ex qua admittuntur appellantes pro perire volentibus. Et hoc modo ille iudex superior reformabit iudicium inferioris.

¶ Alia potest esse practica, quòd idem iudex faciat seipsum audiri per requestam, allegando in requesta, reum fuisse notoriè læsum ex sententia & petere in integrum restitui ex generali clausula edicti restitutorij: tunc iudex cognito grauamine poterit restituere. Quia licèt per sententiam expiret officium iudicis mercenarium: non tamen expiret nobile, ex quo pendet restitutio *per lec. & not. in lege in causæ. la. ij. §. final. alias est. l. in precio. ff. de minor. & l. diuus. ff. de in inte. resti. & facit. l. prima. §. cæterum. ff. de postu.* In qua prætor per remedium restitutionis remittit infamiam. Sed huic practicæ contrariari videtur. *l. j. §. fin. ff. de quæstio.* quæ dicit rescribi debere superiori. Et ideo pro concordia, vt in aliquo casu procedat hæc practica, dicerem considerari debere primò, eminentiam grauantis: secundo, miseriam grauati. Exemplum primi: putà, quia sententia data esset à supremis iudicibus, scilicet præfecto prætorio, vt sentire videtur gloss. *in lege vnica. Cod. de senten. præfect. præto.* Exemplum secundi: scilicet, quia minor, prout sentire videtur gloss. *in dicta lege in causa.* Et his concurrentibus, tunc procedat. *§. final. in lege in causa.* Sed vbi iudex non esset supremus, immò subalternus: tunc procedat practica. *§. final. in lege prima, ff. de quæstio.* etiam si condemnatus esset minor. Puto tamen, primam practicam esse tutiorem propter dubium sindicationis. Nam plures æmuli possent impingere iudici restituenti, quod concussus, vel pecunia corruptus, restituisset. Lata siquidem sententia, si appellatur, habes formam appel-

landi

landi supra in practica legum regiarum. Si verò non appelletur, mandatur executioni contra reum. Sed ponamus † in sententia ciuili, quòd res, in qua eminet fienda executio, sit penes tertium iuxta theoricam, *l. à diuo Pio. §. si super rebus. ff. de re. iu.* Nunquid ille tertius impediet executionem indistinctè? Dic, aut tertius sciuit rem fuisse in iudicium deductam, aut ignorauit. Primo casu subdistingue: quia aut tertius potuit impedire iudicium, aut non. Primo casu, si res fuerit in iudicium deducta per reum, qui potuit in iudicium deducere in præiudicium tertij scientis, oppositio tertij non impedit: sed si eo ignorante, aut sciente, quando reus non potuit rem in iudicium deducere; tunc subdistingue, quia aut fit executio in alia re, quàm petita: & iterum subdistingue: quia aut victus possidet, aut tertius, primo casu, non impedit: secundo casu subdistingue. quia aut ille tertius possidens habet causam ab alio quam à victo, aut à victo. Primo casu, scilicet si habet causam ab alio quàm à victo, impedit. Sed si habet à victo, non impedit. ista theorica colligitur ex dictis Docto. *in d. §. si super rebus, & in l. sæpe. ff. de re iudic. & in cap. penultim. de re iudic. & in c. veniens. de sponsali. & in cap. quia verò. de iudi.* Potest tamen sententiæ executio † impediri, etiam per condemnatum absque eo quòd appellet: scilicet, per integrum restitutionem vt dictum est. Secundo, per modum nullitatis; maximè vbi statim apparet de illa *per lec. & nota. in l. iij. §. condemnatus. ff. de re iudi.* & in prædictis iuribus de quibusdam nullitatibus infrà latius dicetur. Nunc † restat videre, quas cautelas obseruare debeant practici in prosecutione appellationis. Et dic primo, vt † infra decem dies appelletur *vt authent. hodie. C. de appell.* siue grauamen sit iudiciale, siue extraiudiciale. *capit. concertationi. de appell. libro vj.* Item adhærentes, debent infra decem dies declarare *gloss. in cap. vt circa, de elec. libro vj.* Secundo, quòd † diffinitiua sententia lata sufficit: dum tamen illicò appelletur vtendo hisce & similibus verbis Appello, quamuis hoc fiat sine scriptis, vel etiã cũ scedula. Sed si post appelletur, debet appellari in scriptis *per lec. et no. in l. ij. ff. de app. et no. C. de ap. l. eos. §. j. & l. litigatorib. e. ti.* Sed † ab interlocutoria sẽper appellatur

159 160 161 162 163

in scriptis. *c.j.eod.titu.lib.vj.* & *ibi vide.* Tertio quod ap-
165 pellans ab † interlocutoria, petat apostolos infra xxx. dies, semel, secundo, tertio, sæpius, instanter, & instantissimè: & quod intra xxx. dies iudex concedat apostolos, aliàs punitur, & prosequitur appellans suam appel. *de ap.cap.ab eo.* & *cap.cordi.eod.titu.libr.vj.* & *C. ea.l.quo-*
166 *niam iudices.* Cum verò † à diffinitiua appellatur iudex debet illicò respondere appellationi, aliàs punitur *vt in d. l. quoniam.* Et appellans potest suam releuare appellationem, *vt in dictis iurib.* quæ sunt satis in practica vulgata.
167 Quarto, quòd † tales xxx. dies computentur à tempore latæ sententiæ, vel grauaminis, vel scientiæ. *vt C. de ap-*
168 *pella.l.iudicibus.* & *c.ab eod.titu.lib.vj.* Quinto, quod † iudex potest abbreuiare illos xxx. dies, retento iuris termino:
169 & nisi appellans † in termino assignato compareat ad recipiendum apostolos, appellatio erit deserta *vt clem. quamuis rigor.de appella.* & *in cap.j. eod. titu. libr. vj.* quia
170 iudex † potest statuere ambabus partibus terminum ad prosequendum appellationem coram iudice ad quem appellatur, & si appellans non compareat termino assignato, reputabitur cótumax, & appellatio habebitur pro deserta. *vt c.sæpe.de app.* & *c.significauit.eo.tit.* Dum tamen terminus fuerit competens & legitimus *per lect.* & *not. in*
171 *capi.ablatæ.de appel.* Et si appellatus † non compareat, habetur pro contumace, & condemnabitur in expensis & procedetur in appellatione *cap. cordi, de appella. libr. vj.* Secundum tamen stilum curiarum nostrarum, citatur iterum appellatus, qui si non compareat, lis habetur pro contestata ex priuilegio causarum, & appellationem prosequitur appellans in contumacia appellati iuxta theoricam. *l ampliorem. C. de appella.* & *fac. d. cap. cordi.*
172 Septimo, † quod ille, qui appellat potest adiornari facere iudicem à quo appellatur, si sua putauerit interesse, & partem appellatam coram iudice appellationis, vel alio, ad comparendum coram dicto iudice appellationis pro cessurum in causa appellationis cum appellatur ad certam diem competentem, per literas iudicis appellationis ad hoc decretatis, iuxta theoricam *cap. Romana.§.fin. de appella.lib sexto.* Secundum iura antiqua, pars appellans possit suæ appellationi terminum prefigere, & talis præfictio valeret tantum ac si esset [illegible]

appellationis *vt not. in ca. Nicolao. de appella.* Hodie tamen stilus seruat ius nouum: scilicet, quod citatur appellatus per literas iudicis appellationis. Cætera requisita ad validitatem appellationis: vide *in cap. j. de appellat. lib. vj. in textu & glossa.* Octauo, datur † appellanti annus ad prosequendum appellationem, & computatur à tempore latæ sententiæ grauaminis, siue sententiæ sine grauamine, vel à tempore scientiæ: & ille annus vocatur primum fatale: & si appellans fuit impeditus primo anno, ex iusta causa habebit secundum fatale. & si † fuerit negligens tempore fatalium, appellatio erit deserta lapsu fatalium: & appellans in expensis condemnabitur. *l. j. & authent. ei qui, C. de tem. appellat.* Item † si in secundo fatali impeditur per iudicem, vel per partem: tunc restituitur officio iudicis. *vt not. in d. authent. ei qui, & cap. ex ratione, de appellat.* Nono, quòd in † causa appellationis datur libellus appellatorius, & iudex appellationum in cótumaciam partis, potest habere pro responso & lite contestata. *l. ampliorem. C. de appellationib.* Decimo, iudex appellationis † potest facere reuocari omnia innouata & attentata post appellationem, & antequam lis contestetur. *cap. non solùm, de appellationib. lib. vj.* quod intellige, quando est quæstio proprietatis. Sed si † esset quæstio inter partes de possessione, & vtraque prætenderet se possidere, non cadit attentatorum reuocatio: quia qui vtitur possessione sua nó attétat. *vt no. glo. in c. nó solum.* Vndecimo, quòd † iudex appellationis debet mandare suam sententiam executioni, vel mandare iudici ordinario, quòd exæquatur. *l. eos C. de appella.* Duodecimo, quòd in † vna causa non debet tertio appellari. *l. j. C. ne liceat in vna & ead. causa tertio appella. c. sicut. de app.* Decimotertio, quòd in † alijs punctis, additamentis, dilationibus, & probationibus, seruatur ius commune: vt in causa principali, exceptis quibusdam casibus specialibus in consistorio principis, vbi non currunt fatalia: nec dantur dilationes ordinariæ, sed causa appellationis diffinitur per processum causæ principalis. *l. si appellationem. l. in offerendis. C. de tép. appella.* Et † appellantur tales processus in scriptis, in curijs supremis huius regni: hoc est, quia sine nouis deductionibus ex actis primæ instantiæ iudicantur. Item † [illegible], quòd licèt appellatio deseretur, poterit tamen at-

173 174 175 176 177 178 179 180 181 182 183

tentatorum fieri reparatio: quia attentata non transeunt in desertionem *per lec. & nota.in c.ex parte de rescript.* Item
184 siue † appelletur à diffinitiua, siue ab interlocutoria, fit attemptatorum reparatio *per lec. & nota in c.j.de dila. &*
185 *in cap. non solum de appellat.libr.vj.* Sed attentata † ante inhibitionem non reparantur contra iudicem: quia manus non sunt ei ligatæ ante prohibitiones *vt not. in cap.*
186 *non solum.* ¶ Quæro, † An appellatione deserta, liceat iudici à quo, sententiam suam mandare executioni. Et dic, quòd sic *per lecta & notata in l.quoniam.& in l.eos.C. de appellationib.& in c.personas.de appellationib.* etiamsi detulisset appellationi, *vt vult gloss.in cap.cum appellationib.*
187 *in verbo tenenda.de appellat.in vj.* Item nota, quod † criminosus detentus appellans, debet mitti ad iudicem ad quem, *iuxta lecta & not.in l.eos.§.super his.C.de appellationib.& Actuum xxv.c.* vbi loquitur tex.de Paulo, dicens, Ad Cæsarem appellasti, ad Cæsarem ibis.& ibi sibi prouiderur de defensore iuxta theoricam.*l.si non defendantur.*
188 *ff. de pœn.* vt suprà visum est. Et inde † facto processu, datur sententia confirmatoria, vel infirmatoria, vel etiam
189 reformatoria, vt suprà visum est. ¶Sed quæro, an † procurator admitteretur in causa criminali ad defendendum. Videtur quòd non *ff.de pu.iudi.l.penult.§. ad crimen.* Sed distingue nam aut causæ sunt merè criminales, aut mixtæ. Et iterū, aut agitur de crimine criminaliter, aut ciuiliter. Et iterum aut procurator comparet ad confitendum causam principalem, aut ad allegandum causas absentiæ & eas probandum. In primis casibus, non admittitur, si criminum pœna est relegationis, vel maior. *vt d. §.ad crimen.& ff.an per alium causa appellat. l. j.* In secundis casibus, quando sunt mixtæ, aut intentantur ciuiliter, & procurator venit excusando. Et tunc admittitur procurator. *Ext.de procur.c.tria. & de accu.cap.super his, in fi.* Et dixi procuratorem in criminibus pœnam maiorem continentibus, non admitti ad defendendum reum à crimine obiecto. Sed ad allegandum causas absentiæ, etiam ad eas proponendas, bene admittitur, *per §. publicè. in l. seruum quoque. ff.de procur.* Item admittitur procurator in criminalibus, ad excipiendum, & exceptiones pro reo proponendum & probandum. Non dico excipiendo, vt excuset eum reum à crimine de quo est [illegible]

proponendo dilatorias exceptiones, vel declinatorias, quæ veniunt proponendæ & examinandę ante litis contestationem: vt si excipiatur, quòd reus est alterius fori, vel quia rescriptum non valet, vel quia iudex esset excommunicatus vel incompetens: & sic de alijs huiusmodi exceptionibus *vt not. in capit. veniens, in glo. de acc.* Quod † autem dictum est, procuratorem posse allegare causas absentiæ, intelligitur de absentia quæ habet iustam rationem. *ff. de publi. iudi. l. penult. in fin.* Quia voluntaria † absentis non probat excusationem. *vt ibi faciunt lect. & nota. in ca. cũ Bertoldus. de re iud. cum concor.* Vltimo quæro, Quot † & quales sint causæ, quibus acta annullantur? Et dic, quòd † primo annullantur, si litis contestatio fiat cum vno procuratore & fiat translatio in alium similem, nulla mentione habita, vel, si sine eius voluntate translatio facta sit. *ff. de procur. l. in causæ. & l. post litem. C. de procur. l. procuratoribus. & ff. eod. l. Paulus. cum similib.* Item si dominus comparet, non protestatus, quòd non intendit reuocare procuratorem suum, quicquid postea cum illo procuratore agitur, est nullum, nisi ratificetur expressè vel citatè per appellationem. *ff. de mandat. l. qui mutuam. & de procu. l. licet. & ff. rem ra. ha. l. iij. § fi.* Item † si procedatur sine citatione secundum illos: dicentes, citationem esse de substantia iudicij. *vt in authen. de liti. § omnem, colla. viij. Nouel.* 112. de quo suprà, vbi de citatione dictum est. Item † si agat primo super possessorio retinendæ & ante finitam instantiam offerat libellum in petitorio: quia quicquid super petitorio proceditur, ante litem finitam in possessorio, totum est nullum. *ff. de indic. l. fin. de vi. in princ.* Item & generaliter, si intentetur † alia actio quàm debeat *vt l. j. § j. ff. si pars hered. petatur.* Item si † agatur inter patrem & filium venia non petita & obtenta. *ff. de in ius vocan. l. j. & ij. & l. fin. C. de in ius vocan.* Item † si agatur cum falso tutore, *vt l. j. ff. quod fal. tuto. auctο.* Item † cùm agitur cum datiuo tutore, cum legitimus debeat esse: quia nihil valet. *vt C. de episcopo. audien. de creationibus.* Item, si cum † testibus pecunia corruptis procedatur. *ff. de re indi. diuus.* Item † si ex falsis instrumentis, *l. j. & ij. & fina. C. si ex fal. instru.* Item si † habeat locum legitima tutela, & proximior non [illegible] quia quic-

190 191 192 193 194 195 196 197 198 199 200 201 202

quid agitur cum illo, qui non est proximior, est nullum. *vt l. si sororis. C. qui da.tuto.non poss.* Et notatur plenè de ista materia. *C. quando muli.tu.offi.fun.po.autem. mater in fi.*
303 *illius authen.* Item si aliqua † persona in causa, ratione proximitatis agat, & alius præcedat eam in gradu. *vt ff.*
304 *de inoffi.test.l.posthumus.§.j.& §.fin.* Item si † ordo perturbetur in actionibus & exceptionibus proponendis, quando vna est alteri præparatoria. & si peruertatur, seu pars vertatur, non valet quod agitur: vt in actione ad exhiben. *vt not. in l.iij.§.est autem, ad exhiben, & in cap.exhi-*
305 *bita.de iudic.* Item quando † ille, qui agit, non habet legitimam personam: vt in pupillo sine tutore, & minore sine curatore. *C. qui legitimam personam.l.fin.* sed si pro eis iudicatum fuerit, valet. *l.non eo minus. & l.neque. C. de pro-*
306 *cur.* Item † si filius agat sine consensu patris pro rebus, in quibus pater habet vsumfructum. *C. de bon.quæ liber.l. cum oportet.§ necessitate.* Nec valet ratihabitio facta per patrem. *vt ibi not.* Sed in illis in quibus pater non habet vsumfructum, potest filiusfamilias esse in iudicio sine consensu patris. *vt not. glo. in l. si infanti. C. de iure delib.*
307 Itē si † obijciatur tutori agenti, quòd non fecerit inuentarium. *C. arbi.tut.l.fin. & ff. de admi tu l.tutor qui reperto-*
308 *rium.* Item & præcipuè annullatur † processus coram incompetenti iudice factus, *C. si à non competen.iud.l.j. & ij.* nisi esset talis iudex, cuius incompetentia posset tacitè ratificari. *ff. de iudi.l.j. & ij.d.t. C. si à non compet. iudi.l.j.* Et potest dici incompetens, delegatus procedens in vim rescripti surreptitij. *cap. constitutus. de rescript. c. ad audientiam, de concessione preben. cap. si motu proprio & de preben.*
309 *lib. sexto.* Item est nullus, si † delegatus exæquatur contra formam rescripti. *c. cum dilecta. de rescrip. cap. venerabi-*
310 *li. de offi. delega.* Itē si † omittatur petiti libelli oblatio. *g.* [illegible] *in cle. sæpe de verb. signif. Et faciunt lect. & no. in auth. offe*[illegible]
311 *tur. C. de litis contesta.* Item † iuramenti calumniæ præstari requisiti prætermissio. vt sup. visum est in iura. calumniæ. *& fac. l.j.§ sed quia veremur, cum ibi not. C. de iure-*
312 *iuran. propter calum. dando.* Item † si testes producantur. absente, vel non vocata parte. *C. de testib. l. si quando. & in*
313 *cap. in nomine domini. de testi.* Item si feratur † sententia parte non præsente vel vocata. *l.j.§. penult. ff. quæ sen. sine*
314 *ap. rescin* [illegible]

diffinitiua feratur ſine ſcriptis, niſi in caſibus exceptis *per gloſſ.in cap.fina. de re iudi. lib.vj.* Item & † quando iudex 215 corruptus, aut concuſſus venalem profert ſententiam *per l.venales.C.quando prouo.non eſt neceſſe.* quod ſi ſeruaretur, multi proceſſus annullarentur, de quo vide ſup.*inj. part.in tit.de concuſ.* ¶ Notandum † tamen, quòd quando 216 nullitas prouenit circa ſententiæ prolationem: vt in duobus proxime præceden. caſibus, tunc annullatur terminus ſententiæ, & cętera acta firma manent *per lec. & not.* 216 *in cap.Pyſanus.de reſtitut.ſpolia. & ff. de iudi.l.j. & l.poſt edictum.* Vbi † autem annullatur proceſſus, tunc ex integro de nouo agendum eſt: hoc eſt, libellus dari & litis conteſtatio fieri, *per lect. & nota.in cap.dudum.lo ij. de elect.* Et ſi reus † petat abſolui ab inſtantia annullata, debet abſolui. 217 *ff.de accuſa. l.libellorum. §.filius.* Apud nos tamen pro validatione actorum, nobis prouidemus per remedium legis ſeu vſus: hoc eſt, per impetrationem à principe, qui 218 proceſſus patientes defectus, dum tamen non deficiunt in formalibus & ſubſtantialibus, faciliter habilitat, vt partium parcatur laboribus, pariter & expenſis. quod etiam legi conuenit. Atque ita tandem huic opuſculo finem facimus Dei Opt. Max. beneficio, cui vnico ſit laus, honor & gloria per infinita ſecula. Amen.

FINIS.